

2 400 40 **Manila** Made in Spain

...
...
...
...
...
...
...
...
...
...

...
...
...

...
...
...
...
...
...
...
...
...
...

C. a. S.

8

X

II

del Colegio de la Comp. de San Juan de Granada *12-9-61*

COMMENTARIA IN

decem & septem quæstiones primæ partis
sancti Thomæ de ineffabili Trinitatis
mysterio, vbi disputantur trigin-
ta tres distinctiones pri-
mi Magistri sen-
tentiæ.

EDITA PER DOCTOREM

*Bartholomæum Torres episcopum Canariensem, Rebilla
balegerensis oppidi Burgenfis diocesis.*

Compluti

Excudebat Andræas de Angulo.

1567.

Con priuilegio de su Magestad.

Esta tassado a tres maravedis el pliego.





ON Philippe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Ierusalem, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorca, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iauen, de los Algarues, de Algezira, de Gibraltar, de las Islas de Canaria, de las Indias, Yllas y tierra firme del mar Oceano, Duque de Milan, Conde de Flandes, y de Tyrol, & cat. Por quanto por parte de vos el Doctor Torres Cathedratico de Theologia, en la vniuersidad de Siguença, nos ha sido fecha relación que vos auéis compuesto vn libro intitulado Commentarios sobre sancto Thomas, en el mysterio dela sanctissima Trinidad, el qual era muy vtil y prouechoso, y nos supplicastes os diessemos licencia y facultad, para que lo pudiessedes imprimir y vender, mandádo que por termino de quinze años, ninguna otra persona lo pudiese imprimir, ni vender, o como la nuestra merced fuesse, lo qual visto por los del nuestro consejo, por quanto en el dicho libro se hizo la diligencia que la prematia por nos agora nueuamente fecha dispone, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra carta en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien, por lo qual vos damos licencia y facultad para que qualquier impresor de estos nuestros reynos pueda imprimir el dicho libro q̄ de suso se haze mencion, sin que por ello caya ni incurra en pena alguna, y mandamos que despues de impreso, no se pueda vender ni venda, sin que primero se trayga al nuestro consejo, juntamente con el original, q̄ en el fue visto, que va rubricado y firmado al fin del Licenciado Luyshurtado corrector de los libros que se mandan imprimir, para que se vea si la dicha impressión esta cónforme al original, y se le de licencia para lo poder vender, con que se tale ante todas cosas en el nuestro consejo el precio, porque se huuiere de vender cada volumen, lo pena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha prematia y leyes de nuestros reynos, y no fagades ende al dada en la villa de Madrid a primer día del mes de Hebrero de mil y quinientos y sesenta y seys años.

El Licenciado Diego Despinosa. El Licenciado Menchaca. El Licenciado Morillas.
Doctor Suarez de Toledo. El Licenciado Fuen Mayor. Castellon.

Yo Ioan Fernandez de Herrera Secretario de la Camara de su Magestad, la fiz e escriui, por su mandado, con acuerdo de los del su Consejo.

Registrada Martin de Vergara Chanciller,

Priuilegio.

El Rey.



OR quanto por parte de vos el reuerendo in Christo padre don Bartholome de Torres, Obispo de Canaria, del nro cõsejo nos ha sido fecha relación diziendo, q̄ vos auíades compuesto vn libro intitulado Commentarios sobre sancto Thomas, en el mysterio dela sanctissima Trinidad, el qual era de grãde utilidad, y le queríades hazer imprimir en estos nuestros reynos, y nos pedistes, y supplicastes os diessemos licencia y facultad, para que vos, o quien vuestro poder huuiessedes, y no otra persona alguna lo pudiessedes hazer imprimir, en estos nuestros reynos de Castilla, por el más tiempo que fuessemos seruido, o como la nuestra merced fuesse. Y nos acatando lo suso dicho, y que el dicho libro ha sido visto, y examinado, por los del nuestro consejo, y le ha parecido ser obra vtil y prouechosa, y de buena doctrina, y exemplo, lo auemos tenido, y tenemos por bien, por ende por la presente damos licencia y facultad a vos el dicho Obispo, para que vos, o la persona que vuestro poder especial para ello huuiere, y no otra alguna podays hazer imprimir y vender el dicho libro de que de suso se haze mencion en estos nuestros reynos y señorios de Castilla, vendiendo cada pliego de los que el dicho libro tiene a tres marauedis, en que por los del nro consejo, fue tasado, y poniendo el traslado de esta nuestra cedula, con la dicha tasación al principio del, por tiempo y espacio de diez años cõplidos primeros siguientes, que se quenten desde el dia dela fecha desta nuestra cedula en adelante, lo pena que qualquiera persona, o personas que sin tener para ello vuestro poder lo imprimieren, o vdiere, pierda los moldes y aparejos della, y mas incurrá cada vno en pena de cinquenta mil marauedis por cada vez que lo contrario hizierẽ, la qual dicha pena sea la tercia parte para la persona que lo acufare, y la otra tercia parte para el luez que lo sentenciare, y la otra tercia parte para nuestra camara, y fisco, y mandamos a los del nuestro consejo, y a otras qualesquier justicias de estos nuestros reynos y señorios que guarden, y cumplan y executen y hagan guardar cumplir y executar esta nuestra cedula, y lo en ella cõtenido fecha en el escorial, a 26. dias del mes de Marzo de mil y quinientos y sesenta y siete años.

YO EL REY.

Por mandado de su Magestad Pedro de Hoyo.

Illustrissimo principi Domino domino Di-

daco de Espinosa, Philippi Hispaniarũ Regis summis iudicibus praefecto, aduersus haereticam prauitatem generali inquisitori, doctor Bartholomæus Torres sacrae Theologiae professor, & Episcopus Canariensis aeternam felicitatem.



Eriunda mihi, & è sapientissimo pectore orta, illustrissime princeps, illa Platonis sententia semper visa est, qua dicere solebat, beatas fore respu. Si imperaret philosophi, aut philosopharetur imperatores. Philosophos autem non tantum eos intelligi voluit, qui omnigena artium cognitione essent praestantes: sed eos praecipue, qui sapientia & virtute magno studio amoreque prosequeretur, & quo quo modo augere curaret: nam id ipsum vox philosophia significat. Quod si in hunc modum se res habet, beatitudinis nomine applaudere sibi potest respub. qua Philippum regem nostrum diuino beneficio agnoscit imperatorem, sapientia studioque virtutis amatorem: qui sapientum ingenia magnis fauoribus & praemijs excitata, grauioribus sua amplissima diuionis rebus pertractandis adhibet, in senatus & consilij sui dignitatem cooptando: qua in re ipse tanquam optimus imperator philosophatur, ac simul ut philosophi imperent & sua regna moderentur, pro animi sinceritate constitucere sane videtur. Huius autem rei clarissimum exemplum experientia teste cognoscimus, (vt plura alia omittamus) cum te ipsum prudentissimus Rex ad tantam euexerit dignitatem, vt vberius & fusius res publica tuo beneficio iuuaretur: & sapientissimo vsus consilio vt regio summoq; sis praefectus pratorio liberè voluerit: simulque ad consultationes de summis Hispaniae rebus, & ad reipub. statum attingentibus adhibearis: ita vt potissimum negotiorum ad te quasi summa deferatur, non tantum in decidendis litibus, verum in eligendis iudicibus & rectoribus ad respub. in pace & virtute continendas ac moderandas: in quo possis etiam benemeritos omnes iuxta iudicij tui integritatem ad officia publica summo cum honore & vtilitate promouere. Sane his haud facile videor mihi posse explicare, vtrum tibi magis an toti reipub. gratulandum putem. Neque his rebus contentus Caesar, te ad maiora paratum & à natura institutum iudicans, generalem fidei censorem fieri propensa voluntate curauit: vt in tuum consilium admissis & conuocatis cum vtriusque iuris peritis, tum verò sacrae Theologiae doctoribus (de quorum munere est, de rebus fidei censere) haereticorum hominum errores possis euertere, ac penitus extirpare, & pro ecclesia Christi pugnare: vt sic demum veritatem Christianae doctrinae velut à maioribus accepimus, integram conseruemus. At verò ea quae hactenus diximus omnibus manifestissima sunt, & tuarum virtutum atque meritorum (quibus, vt omnes pro-

* 2 clamant

clamant philosophi honor debetur) indicia clarissima: & omnes sanè qui te probè no-
 uerant communi serè suffragio amplissimis quibuscunque honoribus dignum iudica-
 bant. Solent nimirum qui sua opera maioribus aut principibus dicare desiderant, eo-
 rum virtutes maximè extollerè. Sed timemus profectò, eximias tuas laudes oratione
 profèqui, quoniam experimento cognouimus, tuam modestiam nihil minus appetere
 quàm apud homines laudari. Hoc enim semper fuit tui sinceri & Christiani animi
 ingenium, calcasse mortalia: & quæ alij mirantur, vel nulla duxisse, vel quasi man-
 cipia ad virtutis redegeisse ministerium. Sed quoniam vidimus, te hæc etiam eadè non
 sine molestia audire (quando vt Christi verus miles intelligis omnia vana esse, præter
 Christum redemptorem nostrum, & ea quæ in illius gloriam diriguntur) ab amplio-
 ribus laudibus, quæ non exigua futura erant, supersedendum censuimus. Superest igitur,
 vt lucubrations has nostras de sacro sancto Trinitatis mysterio, quas magnis su-
 doribus & lectionum assiduitate elaborauimus ad gloriam Christi Iesu, cui nos no-
 straquæ dedimus, & quæ nobis nihil debet esse antiquius aut celebrius, tibi inscriba-
 mus & nuncupemus: tenue quidem munusculum, sed vtriusque nostrum persona cõ-
 ueniens: tum vt illis hoc plus possit accedere authoritatis, quod tuo nomini sint dicatæ:
 tum verò quia nostræ fidei altissimum arcanum nulli commodius potuit aut debuit
 consecrari, quàm eiusdem fidei generali assertori: & habebis simul tuorum in me ma-
 gnorum meritorum memoris animi testimonium. Sed ne diligentiam tuam iugè soli-
 citudine orbi consulentem longiori sermone remorantes, in publica peccemus commo-
 da. Vale.

Ad Lectorem.



Vm apud me cõstituissem Christiane lector, studia theologie, om-
 nium serè doctorum concessione, ex vnus diui Thom. doctri-
 na præcipuè ac maximè posse iuari: eiusque theologiæ summam
 sine legitima interpretatione nullo modo satis posse intelligi: em-
 pi mecum ipse tacita cogitatione, non tam meam in hæc opera cõ-
 mentationem instruere & adornare, quam aliorum (quos & plu-
 rimos, & maximè doctos ætas nostra tulit) optare diligentiam. Vt
 cum id munus à nemine fuscipi viderem, posteaquam, diu
 multumque Deum opt. max. precatus sum, vt animo meo quod
 sibi gratum, & proximis salubre futurum esset inspiraret: tandem cõstitui denarium
 meum in ecclesia catholica Christi fidelibus offerre. Labores siquidem hocce no-
 stros magna expectatione à multis etiam doctis quotidie efflagitari audiebam: ÷ opera
 Bati deinde illis in lucem editis, plures scholasticorum qui eadem nostra scripta, neque
 ita diligenter exornata, nec satis fideliter excepta vbique circumferunt, magnum emolu-
 mentum reportaturos. Potuissem equidem (vt aliquid in insipientia mea dicam) si pro-
 prium voluissem ingredi, ac non potius alienis vestigijs insistere, theologiæ doctri-
 næ integrum fortassis opus conficere: vel sanè cæterorum more sententiarum libros con-
 scribere: cum post publica stipendia in enarranda Aristotelis philosophia, plures annos
 subulis doctoris Scoti sententias in celeberrima Salmanticensi academia fuerim inter-
 pretatus: ipsius aut diui Th. doctrinam per viginti annorum circiter spatiũ in primaria ca-
 thedra Seguntina assiduis vigilijs exposuerim: de quibus omnib⁹ & collegũ in signe san-
 cti saluatoris (quod Ouentete appellant) in cuius me alumnus haberi volo, & Seguntinũ
 gymnasium fidele certumque ferent testimonium: sed malui optimi auctoris interpret esse,
 quàm autor ipse haberi: quoniam publicæ vtilitatis habendam potius rationem arbitra-
 tus sum, quàm priuata existimationis meæ. At verò quod cõmentaria solum in decem
 & septem quæstiones in vulgus efferamus, & eas non ordine primas, sed quæ post alias
 2. & 6. habentur, vtrunque vel reprehensione dignum, vel certè aliqua suspitione non va-
 care iudicabitur. Verum qui omnes fœtus laborum meorum vno quasi partu in lucem
 edi volunt, clarissimos nostræ tempestatis doctores, qui id ipsum fecerunt, inuolunt necesse
 est. Hi nimirum proximorum vtilitati prospicientes, de more habent paulatim atque
 maturè opera sua in publicum emittere: sic enim ea correctæ magis atque ab erroribus ma-
 gis purgata, & ordine debito exposita nobis tradiderunt: quod sanè tum ad claritatem
 tum etiam ad veritatem ipsam facilius indagandam, maximè conferre videretur. Alterum
 autem quod obijci posse prædiximus, cur videlicet à prima diui Th. quæstione nõ exor-
 diamur, non temerè aut sine causa factum esse quis existimet: hæc enim ratione permo-
 uemur, quod idem Magister sententiarum & ipsemet diuus Tho. quin & omnes alij schola-
 stici doctores dum Magistrum in sententijs explicant, ab hoc altissimo Trinitatis myste-
 rio suam theologiam auspiciati sunt. Præterea, decem & septem quæstiones quas in præ-
 sentia mittimus, vt numero quidem non multæ, ita argumenti magnitudine, & difficul-
 tate rei, & copia grauisimarum disputationum, integrum opus iure optimo censeretur, qui
 debent. Complectimur nempe ea omnia de quibus Magister sententiarum per tres & tri-
 ginta distinctiones primi sui libri longa verborum serie differuit. Quamobrem pergra-
 tum fore studiosis omnibus arbitratus sum, si primus noster laboris preponeretur, qui
 diligentia doctrinæque nostræ, qualis qualis illa est, specimen indiciumque certissimum
 esse posset: quod proculdubio in hoc abditissimo & ineffabili trinitatis sacramento ex-
 plicando elucescet. Ex quo planè licebit vnicique conijcere, quantum illi in reliquis quæ
 non sunt ea difficultate impedita, neque tanta caligine inuoluta vsui & emolumèto esse
 possimus. Integra verò cõmentaria in primam partem sancti Th. quæ prelo parata ha-
 bebimus, pollicemur cum diuinæ clementiæ auxilio statim post cõmentaria hæc editu-
 ros: modò intelligamus diligentiam nostram Christi fidelibus, ac sacre theologiæ ama-
 toribus neque infructuosam neque iniucundam esse. Reliquos verò tractatus in primam
 partem ita duximus distribuendos, vt post hunc, statim in viginti sex primas quæstiones

Auctoris
intentione.

Dua obie-
ctiones.

Soluitur
prima obie-
ctio.

Soluitur se-
cunda obie-
ctio.

Ratio.

Alia ope-
ra pollicen-
tur auctor.

Edendorũ
operum es-
sẽ.

*Methodus
auctori.*

commentaria simus edituri. Insuper librum quendam opusculorum de metaphysicis, naturalibus, & logicis quaestionibus quas diuus Th. in prima parte tractat, vel earum mentionem facit: quæ re vera si ibi disputarentur, magna molestia afficeremus lectorem, qui iam logicum, physicum, & metaphysicum egit. Postremo à quadragesima quarta quaestione ad finem vsque primæ partis commentaria proferemus. Enimvero si diuina benignitate vita superstit, animus est in reliquis etiam diui Th. partes commentaria, quæ longo tempore meditatæ sum, huic primæ adijcere. Modo autè, ne remoremur lectorem, hæc Methodo incedemus. Primum, diui Thomæ sententiæ ac verba facili sermonis cursu exponuntur, quod quidem exigui negotij non fuit: mox quæcunque vel ab aurore quæstiones propositæ sunt, vel ex doctrina illius ortum habere videntur, vel inde sumi & à theologis disceptari solent, eas à nobis disputatas pro ingenij nostri tenuitate & absolute habebis. Atque hæc præfationis loco dicta sint: cætera quæ de ordine, methodo, ac doctrina sancti doctoris explicanda erant, in proœmium, totius primæ partis referuantur: quo loco hæc atque alia, & aptius dicentur & plenius. Illum ergo interim supplex oro in quo sunt thesauri omnes sapientiæ & scientiæ Dei absconditi, vt curas meas, conatusque omnes quoad vixero eò conuertat ac dirigat, vt diuinæ ipsius bonitati perpetuò honori & laudi sint. Et tandè nobis omnibus persuasum esse debet Candide lector, omnia vana esse præter Christum Iesum seruatorem nostrum, & quæ in illius nominis gloriam efficiuntur. Vale.

Comprobatio fratris Ioannis Regla mona-

chi Hieronymiani olim à sacris confessionibus imperatoris maiestati

Caroli quinti, in commentaria super S. Th. de altissimo

Trinitatis mysterio, ab insigni doctore Bar-

tholmao Torres primario

seguirino edita.



I quando iniunctum munus pro ingenij mei vrbibus graui-
uissimum, vellem detrectare, ne sub onere cum rubore
succumberem: his proximè diebus maxime vellem,
cum supremi senatus regij decreto illustre hoc opus mi-
hi expendendum, inspiciendum, examinandum quæ-
traderetur. Etenim viri huius (doctoris inque Bartho-
lomæi Torres, qui iam olim sacræ theologiæ in celeberrima Salmaticensi
academia profitebatur, & inde in seguntina primariam cathedram eius-
dem facultatis professor circiter viginti annos cum magna doctorum lau-
de & admiratione obtinet) lucubrationes, dignum laudatorem potius
quàm examinatore postulabant: cum tamen dum mihi demandantur
neq; ingenij acumen, neque doctrinæ vberem copiam, aut facundam di-
cendi peritiam, quibus illa præstari optimè possint, sortita sint. At verò
cum è regione considero tantam esse doctoris celebritatem, vt nomē Bar-
tholomæi Torres magnam huic operi, & cæteris à secudendis auctorita-
tem pariat, atq; conciliet, neque examine neque laudibus indigere plane
intellexi. Is enim est quem incredibilis morum honestas, dignè sacerdotis:
profunda Theologiæ cognitio, sapientem: singularis humanitatis præstan-
tia, virum bonum: eximia in Deum pietas, admirabilem: omnia simul iu-
cta immortalem efficiunt. Sed vt rem agamus, liber hic quem assidua di-
ligentiq; opera totum plegi, consideravi, & expendi, nulla linea neque ver-
bo intermissis, præter doctrinam quam habet catholice ecclesiæ Roma-
næ consentaneam, solidam, veram, & apostolicum spiritum vbique refe-
rentem, theologis omnibus & vniuersitatibus magnam pari & vtilitatē.
Sanctissimum enim trinitatis arcanum in ecclesia Dei per multas anno-
rum centurias, adeò fuit reconditum, vt ob paruam de illo cognitionem
& explicationem, festum illius non ducerent sancti patres statuendū, cum
tamen in cælis in eius contemplatione sita sit nostra & angelorum perfe-
cta beatitudo. Sed diuinus spiritus excitauit deinceps, erudiuitq; aliquo-
rum doctorum animos, vt sancti doctoris Augustini, Hilarij, & aliorum

è quibus ad ceteros fideles aliquorum myſteriorum maior notitia dedu-
 ceretur & dimanaret. Veruntamen illi (quæ conditio eſt, iuxta Ariſtotele,
 omnium qui primam manum inueniendæ rei imponunt) ſparſim & ſi-
 ne ordine, nec tam copioſe & perſpicue quàm opus erat, rem pertracta-
 runt. Enim verò in præſentia per authorem hæc habemus diſputationem
 abſolutam tanta dexteritate, vbertate, ordine, claritate, vt quilibet huius
 rei ſtudioſus mediocri adhibita diligentia intelligat ac penetret, quod ſi-
 ne eius operis adminiculo, niſi magnis ſudoribus fieri nõ poterat. Et hoc
 fanè magis ac magis eluceſcet, ſi aliorum doctorum commentaria in hæc
 diſtinctiones conferantur, quod nos diligenter admodum fecimus.
 Equidem cum tractatus hic tam ſit per difficilis, author illius, omnes di-
 ſceptationes & de hac re congreſſus ad vitium vſque reſecat, maxima ver-
 borum & rerum perſpicuitate: ex quo facile conijcere licet, magnam uti-
 litatem in cæteris que pollicetur ſe editurũ, hominibus poſſe afferre. Pro-
 fecto dum opus hoc cum reliquis alijs, tanta animorum expectatione in
 omni academia poſtulantur; quæ ſtudijs theologicis magnum parent
 emolumentum; in hoc munere exhibitio (niſi me iudicium animi fallit)
 omnium vicit expectationem, quod de reliquis identidem fore procul-
 dubio ſperamus. Conſequens ergo eſt, vt imperio prædicto ſatisfacientes
 dicamus, hunc librum ſatis expenſum & examinatum, nõ magnitudine
 ſed pretio æſtimandum, deberi non ſolum ad communem omnium uti-
 litatem imprimi, & publicè ferri, ſed magna cum laude & proximorum
 gratulatione ſuſcipi & exoſculari. In cuius rei fidem & testimoniũ, noſtrũ
 nomẽ apponendum decernimus: in hoc cœnobio ſancti Hieronymi de
 Madrid. 25. die Ianuarij anno dominicæ incarnationis. 1566. Vidimus præ-
 terea & probauimus ſine mendis librariorum eſſe literarum textus d. Th.
 à quæſt. 27. vſque ad. 43.

Frater Ioan. Regla.

Quæſtionum & dubiorum quæ ab autore mo- uentur in hoc tractatu de ſacraſſimo trinitatis myſterio, index copioſiſſimus.



N poſſimus euidenter ex ſcri-
 pturis oſtendere, Chriſtum
 redemptorem noſtrũ & ſpi-
 ritum ſanctum verum Deũ,
 atque in diuinis plures per-
 ſonas eſſe: vbi apertiffimis ſa-
 cre ſcripturæ testimonijs o-
 ſtenditur pars affirmans & reprobatũ Arri-
 Sabellius & etiam Erasmus. fo. 2. pag. 2.
 Quid ſit verbum. fo. 10. pag. 1.
 Quid verbum vocale & eius proprietates ſint.
 fo. 11. pag. 1.
 Quid dicens vocale ſit, & proprietates dicen-
 tis. ibidem.
 An conceptus dicatur propriè verbum, vt è do-
 nomine verbi pro ſermone: an duntaxat per
 quamdam metaphoram & ſimilitudinem.
 fo. 12. pag. 1.
 Quid verbum mentale ſit, & eius proprietates.
 fo. 13. pag. 2.
 Quid dicens intellectuale ſit, & eius proprie-
 tates. fo. 14. pag. 1.
 An ſicut per actum intelligendi, ita per actum
 ſentiendi producatũ verbum. fo. 14. pag. 1.
 An mentis verbum ab actũ intelligendi diſſe-
 rat. fo. 14. pag. 2.
 An neceſſarium ſit ponere verbum mentale.
 fo. 17. pag. 2.
 An per actum intelligendi rem ad extra, anima
 ſolum intelligat ipſam rem, an etiam ipſum
 verbum mentale. fo. 18. pag. 2.
 An quilibet rei cõceptus & notitia ſit verbum.
 fo. 19. pag. 1.
 An per actum intelligendi rem præſentem, ſeu
 notitiam intuitiuam, producatũ verbum.
 fo. 19. pag. 1.
 An angelus cognoscendo ſe formet verbum.
 fo. 19. pag. 2.
 An angelus ſicut cognoscit ſe per ſuam ſubſtan-
 tiam veluti per ſpeciem, ſic quoque intelligat
 ſe per ſuam ſubſtantiam tãquam per verbũ:
 ita vt non formet verbum aliud à ſe. fo. 20.
 pag. 1.
 An beati videndo Deũ formet verbũ. ibidem.
 An per actum voluntatis producatũ aliquid,
 ſicut per actum intellectus producitũ ver-
 bum. fo. 20. pag. 2.
 An in diuinis ſit verbum & verbi proceſſio.
 fo. 21. pag. 2.

An filius Dei ſit verbum. fo. 22. pag. 1.
 An filius Dei poſſit appellari ſermo. fo. 22. pa. 2.
 Quare filius Dei appelletur verbum: & ibidem
 probatur verbum diuinũ habere omnes ver-
 bi proprietates. fo. 22. pag. 2.
 Quare Ioannis. 1. ſpeciatim de verbo dicitur,
 q̄ omnia per ipſum facta ſunt. fo. 25. pag. 1.
 Quamobrẽ de verbo priuatim dicitur Ioan. 1.
 Quod factũ eſt in ipſo vita erat. fo. 25. pa. 2.
 Vtrum res verius eſſe habeant in verbo, quàm
 in ſe ipſis: quandoquidem vitam habent in
 verbo. fo. 26. pag. 1.
 Quare de verbo in ſcriptura aſſeritur q̄ ſit Dei
 imago, & nõ de patre & ſpũ ſc̄to. fo. 26. pa. 1.
 An diuinum verbum ſit propriè Dei filius, &
 eius proceſſio propriè generatio. fo. 27. pa. 2.
 An ſpiritus ſanctus procedat ſimilis patri & fi-
 lio, ex vi p̄ductionis. Et adducit author plu-
 rima argumenta ad probandam partem aſſir-
 mantẽ: & recedit à cõmuni ſententiã. fo. 30. p. 1.
 Cur generatio qua pater generat filiũ, in ſacris
 literis appellatur partus & conceptio. fo. 32.
 pag. 2.
 An verbi generatio ſit propriè generatio: & ip-
 ſum verbum propriè filius. fo. 32. pag. 2.
 An per actum voluntatis producatũ aliquid,
 quod ſit terminus eiũdẽ actus. fo. 34. pag. 1.
 An amor rei procedat à verbo & eiũdem rei
 cognitione in genere cauſæ efficientis, an ve-
 rò in genere cauſæ finalis. fo. 34. pag. 2.
 An verbum producatũ per actum intellectus,
 & ſpiritus ſanctus per actum voluntatis. fo.
 36. pag. 2.
 An diuinũ verbum producatũ per actum in-
 telligendi creaturas. fo. 38. pag. 2.
 Vtrum relatio realiter diſtinguatur à ſuo fun-
 damento. fo. 44. pag. 1.
 An Dei attributa diſtinguantur ex natura rei à
 ſe inuicem & à diuina eſſentia, vel tantũ ra-
 tione. fo. 44. pag. 2.
 Quid ſignificet attributum, & quid ſit. fo. 46.
 pag. 2.
 An diſtinctio rationis actũ ab æterno fuerit: in-
 ter dei attributa: atque ea fuerint ab æterno
 diſtincta diſtinctione rationis actũ. fo. 49. p. 1.
 Vnde ortum habeat pluralitas attributorum in
 deo, quando ipſa attributa ſunt idem ex natu-
 ra rei. fo. 49. pa. 1.
 An eſto creaturæ eſſe non poſſent, adhuc repe-
 riretur

riretur in Deo pluralitas attributorum. *ibid.*
 Quid intelligatur nomine rationis, cum dicimus in Deo esse plures attributorum rationes, & vnam aliam non esse. *ibidem.*
 An in Deo sint plures quidditates, sicut sunt plures rationes. fo. 50. pag. 2.
 An Dei attributa sint de essentia diuinæ naturæ, & de ea formaliter & essentialiter prædicentur, an tantum identice. *ibidem.*
 An Dei attributa de se inuicem verificentur formaliter & essentialiter: ita ut quodlibet sit de essentia alterius. fo. 51. pag. 1.
 An Dei relationes distinguantur à diuina essentia ex natura rei. fo. 52. pag. 2.
 An plus differat relatio & persona ab essentia, quam relatio à persona. fo. 55. pag. 2.
 Vtrum quemadmodum intellectus ad rem intellectam, seu notitiæ aut sciendi ad suum obiectum, in nobis est relatio realis: ita quoque sit relatio realis rei intellectæ ad intellectum ipsam: & rei volitæ ad voluntatem. fo. 60. pag. 2.
 Quid persona significet, & quid persona sit: & quod discrimen sit inter individuum, personam, suppositum, & rem singularem. fol. 63. pag. 1.
 An sit concedendum, in diuinis esse tres hypostases. fo. 64. pag. 2.
 An sit concedendum, in Deo esse tres substantias. *ibidem.*
 An in diuinis sit ponenda persona: vbi reprobatur Laurentius vallerius. fo. 66. pag. 1.
 Vtrum nomen personæ significet relationem. fo. 67. pag. 2.
 Vtrum per rationem naturalem possimus cognoscere trinitatis mysterium. fo. 81. pag. 1.
 Vtrum sibyllæ per sapientiæ traditionem cognouerint omnia mysteria que prædixerunt. fo. 83. pag. 2.
 An quemadmodum paternitas, & spiratio actiua que est in patre, sunt duæ relationes: sic etiam realiter inter sese distinguantur. fo. 86. pag. 2.
 An hæc propositio sit vera. Paternitas est sapiens. fo. 88. pag. 1.
 An sint plures notiones quæ quinque. fo. 90. pag. 1.
 Quid sit hæresis pertinacia. fo. 92. pag. 2.
 An homo ille hæreticus sit, qui affirmat aliquid contra fidem ex crassa aut supina ignorantia, postquam admonitus est ab episcopo & viris doctis, exiitans se non aduersari Christi doctrinæ. fo. 95. pag. 2.
 An sit concedendum, quod pater sit principium totius Deitatis. fo. 98. pag. 1.
 Vtrum pater sit autor filij, & filius spiritus sancti.

fo. 98. pag. 2.
 An pater sit causa filij, & filius spiritus sancti. *ibidem.*
 An quæuis naturæ perfectio ex diuina perfectione nominetur. fo. 100. pag. 2.
 An nomen filius, quatenus significat Dei filium, & creaturam respectu ipsius Dei, sit verè æquiuocum: ita ut ea significet pluribus conceptibus. fo. 103. pag. 1.
 An spūs scūs ingenuus dicit possit. fo. 106. pag. 1.
 An improductum & improcessum, hoc est non productum & non processum sint propria patri. fo. 170. pag. 1.
 Cur Deus appelletur pater noster, & spiritus etiam hominum: & tamen non dicitur nec dici potest filius noster. fo. 114. pag. 2.
 An hæc conditionalis sit vera. Si spiritus sanctus non procederet à filio, non distingueretur ab eo. fo. 118. pag. 2.
 An sit asserendum, spiritum sanctum principaliter procedere à patre. fo. 122. pag. 1.
 An concedendum sit, spiritum sanctum propriè procedere de patre. *ibidem.*
 An hæc disputatio: vtrum pater & filius sint vnum, vel plura principia spiritus sancti, sit de re, an tantum de nomine. fo. 124. pag. 1.
 An hæc propositio. Pater & filius sunt vnum principium spiritus sancti, sit ex vi verborum & secundum proprietatem sermonis vera, & de rigore. fo. 124. pag. 2.
 An principium spiritus sancti sit quartum constitutum distinctum à patre, filio, & spiritu sancto. *ibidem.*
 Vtrum spiritus sanctus per se procedat à pluribus suppositis. fo. 126. pag. 1.
 An pater, vel Deus in communi, sit, vel fuerit ab æterno donum respectu creature. fo. 133. pag. 1.
 An spiritus sanctus peculiari ratione dicatur donum potius quam filius. *ibidem.*
 An cum dicit sanctus Th. spiritus sanctus procedit ut amor, nomen amoris accipiatur pro amore essentiali quod est diuina essentia: an pro amore personali, qui est spiritus sanctus. fo. 133. pag. 2.
 Cur aulus sit sanctus Th. concedere quod sunt plures æterni, & plures omnipotentes, cum aliter sit in symbolo Athanasij. fo. 138. pag. 2.
 An hæc propositiones sint veræ. Pater omnem rem quam habet, aut realitatem comunicat filio. Pater omnem entitatem quam habet comunicat filio. fo. 139. pag. 2.
 An pater & filius debeant dici plura principia. *ibidem.*
 An assertio diui Th. qua affirmat, tres personas esse

esse vnum Deum & non plures, sit de fide accipienda. fo. 140. pag. 1.
 An semper cum nomen deus supponit pro essentia, supponat etiam pro persona. fo. 143. pag. 1.
 Pro quo supponit nomen deus, in his propositionibus, Deus generat. Deus non generat. fo. 143. pag. 2.
 An ista propositio sit vera. Hic Deus est hic Deus, primo pronome demonstrante patrem, secundo filium. fo. 144. pag. 1.
 An nomine Deus, supponente pro natura in concreto, aut Deo in communi ut abstrahit à suppositis, hæc sit vera. Deus generat, generatur, spirat, & spiratur. fo. 146. pag. 1.
 An hæc vera sit, Deus generat deum. fo. 146. pag. 2.
 An nomen Deus sit singulare, an cōe. fo. 146. pag. 2.
 An hæc sit catholica, essentia diuina non generat: & sua opposita hæretica. essentia diuina generat. fo. 148. pag. 2.
 Quid sit in causa quare hæc falsa sit, essentia generat. fo. 148. pag. 2.
 An pater & paternitas sint de intellectu & intrinseca ratione naturæ diuinæ. fo. 150. pag. 2.
 Regula, quibus faciliè theologus cognoscere possit veritatem aut falsitatem propositionum, in quibus diuina prædicata de se inuicem affirmantur, aut negantur. fo. 153. pag. 1.
 Quid appropriatio, & quod appropriatum. fo. 155. pag. 1.
 Quonam pacto cum accomodamus attributa personis, declarantur personæ. fo. 155. pag. 1.
 Cur Dei sapientia interdum dicatur creati, hōn nunquam verò genita. fo. 159. pag. 1.
 An proprietates sint in personis. fo. 162. pag. 1.
 Vtrum hæc conclusio relatio est idem quod persona, sit de fide tenenda. *ibidem.*
 An ipsæ diuinæ personæ sint intrinsecè & essentialiter relatiuæ, atque intrinsecus ad inuicem referantur. fo. 165. pag. 1.
 An personæ distinguantur per relationes à patre originis. fo. 166. pag. 2.
 An si hæresis, affirmare quod diuinæ personæ non distinguuntur per relationes neque per originis. fo. 168. pag. 1.
 An personæ diuinæ duntaxat distinguantur per oppositionem relationum, aut relationes sibi inuicem oppositas. fo. 170. pag. 1.
 An diuinæ personæ constituantur per relationes. fo. 174. pag. 1.
 An personæ constituantur per relationes, quatenus relationes sunt. fo. 176. pag. 1.
 Vtrum generare & spirari sint actiones voluntariæ. fo. 180. pag. 1.
 An volitio generandi filium, seu actus volendi generationem filij, sit prior generatione filij secundum rationem. fo. 183. pag. 2.

An generatio filij sit de substantia patris, & spiratio spūs sancti de substantia patris & filij. fo. 185. pag. 2.
 An in diuinis sit potentia generandi & spirandi. fo. 188. pag. 2.
 An potentia generandi significet relationem. fo. 191. pag. 2.
 An in diuinis possint esse plures filij per actum intellectus generati, aut plures spiritus sancti per actum voluntatis spirati. fo. 195. pag. 1.
 Vtrum æqualitas & similitudo sit in diuinis. fo. 198. pag. 2.
 An aliquo pacto possimus concedere, quod Deus est similis creature. fo. 200. pag. 1.
 An æqualitas & similitudo in diuinis sint relationes rei vel rationis. fo. 206. pag. 2.
 Quorū sint relationes æqualitatis & similitudinis in diuinis. fo. 202. pag. 1.
 An sit concedendum secundum Scotum, quod in Deo sint viginti entia realiter distincta. fo. 202. pag. 2.
 An tantum in diuinis sit æqualitas & similitudo. *ibidem.*
 Vtrum sit inter diuinis personas ordo naturæ, aut originis. fo. 209. pag. 1.
 Quare filius dicatur esse in patre, & pater in filio. fo. 208. pag. 1.
 An sicut filius est in patre secundum originem, sic quoque pater sit in filio etiam secundum originem. fo. 208. pag. 2.
 Vtrum filius sit æqualis patri secundum potentiam: vbi plurima argumenta sophistica Aristoteli voluntur. fo. 209. pag. 2.
 Quid missio sit. fo. 212. pag. 1.
 Quid missio diuinæ personæ sit. fo. 212. pag. 2.
 Vtrum missio diuinæ personæ sit temporalis vel æterna. fo. 213. pag. 1.
 Vtrum diuina persona mittatur solum secundum gratiam gratum facientem. fo. 213. pag. 1.
 An spiritus sanctus sit caritas. fo. 216. pag. 1.
 Quid sit diuinam personam mitti, venire, & procedere ad nos. *ibidem.*
 An pater æternus missus aliquando dicatur. fo. 218. pag. 1.
 Vtrum persona diuina inuisibiliter mittatur ad oēs qui habent gratiam. fo. 220. pag. 2.
 Vtrum spiritus sanctus visibiliter mittatur. fo. 222. pag. 2.
 Cur filius dicatur mitti à patre, & non spiritus sanctus. fo. 223. pag. 1.
 Quid nomen significaret signa illa, sub quibus spiritus sanctus apparuit, ultra significationem qua indicant missionem spiritus sancti. fo. 223. pag. 2.
 An signa illa sub quibus spiritus sanctus apparuit, fuerint veræ res: ut columba. fo. 224. pag. 1.
 Vtrum persona diuina mittatur ab ea, à qua non producit. fo. 227. pag. 1.
 An ecclesiæ ministri possint dare spiritum sanctum. fo. 227. pag. 2.

Rerum quæ magis insignes visæ sunt in hoc tractatu, index
locupletissimus alphabetico ordine dispositus.

A



Bailardi hæresis. fo. 155. pa. 2.
Absoluta in diuinis sunt cõmunia omnibus relationibus & personis. fo. 56. pag. 2.
Absoluta nõ recipiunt pluralitatem, nec multiplicatur ratione: & absolute. fo. 68. pag. 1.
Absoluta & communia in diuinis sunt priora secundum intellectum propriis personarum. fo. 103. pa. 2.
Abstracta tributorum magis proprie dicuntur de deo, quàm concreta, licet hæc proprie dicantur. fo. 51. pa. 1.
Abstractorum finitio. fo. 141. pa. 2.
Actiones quæ non necessario Deo conueniunt, non sunt Dei attributa. fo. 46. pag. 2.
Actus intelligendi quid. fo. 14. pa. 2.
Actio & passio ratione distinguuntur, re autem idem sunt. fo. 15. pa. 2.
Actus intelligendi, & verbum mentale distinguuntur se ipsa. fo. 16. pa. 1.
Actiones distinguuntur penes terminos. fo. 33. pag. 2.
Actus vitalis in Deo, est actus intellectus & voluntatis. fo. 37. pa. 1.
Actus immanentes dari possunt, per quos aliquid producit. fo. 38. pa. 1.
Actiones distinctæ sunt illa, quæ habent distinctos terminos. fo. 51. pa. 1.
Actio, & passio sunt eadem motui, verum non sunt eadem inter se. fo. 118. pa. 1.
Accipere esse ab aliquo quid sit. fo. 103. pa. 1.
Accidens est ens reale. fo. 152. pa. 2.
Actio qua actio est, non constituit agens. f. 170. pag. 1.
Actus notionales ita tribuuntur personis, quod non essentia. fo. 178. pa. 2.
Actus notionales sunt voluntarij, quomodo sit vera propositio. fo. 183. pa. 2.
Actus notionales sunt de aliquo. fo. 186. pa. 1.
Actus notionalis ad plures personas terminari non potest. fo. 195. pa. 1.
Actus Dei ratione discernantur. fo. 195. p. 2.
Actio qua pater generat filium, non est successiva, neque cum moru. fo. 204. pa. 1.
Adiectiuum nomen significat formam per modum accidentis. fo. 138. pa. 1.

Adiectiua & substantiua in quo differant, & in quo conueniant. ibidem.
Equalitas & similitudo in Deo, non sunt relationes reales, sed rationis. fo. 60. pa. 2.
Equale quid. 199. pa. 1.
Equalitas diuinarum personarum includit similitudinem, & aliquid plus. fo. 199. pa. 1.
Equalitas & similitudo in diuinis sunt relationes rationis, ex diuo Tho. fo. 200. pa. 2.
Equalitas & similitudo in diuinis sunt relationes reales, ex mente Scoti. fo. 201. pa. 1.
Equalitas & similitudo diuinarum personarum in suo intellectu tria includit. fo. 202. pa. 1.
Equalitas quid sit. fo. 202. pa. 1.
Equalitas & similitudo non solum sunt in diuinis, sed etiam in creaturis. fo. 202. pa. 1.
Alogianorum hæresis. fo. 22. pa. 1.
Ambrosius nequaquam fateri Erasmo, in expositione illius loci ad Titum. 2. expectates beatam spem, &c. fo. 7. pa. 1.
Ambrosij & Hieronymi responsio ad illam autoritatem Marci. 13. de die autem, &c. quæ in suum fauorem adducit Arius. fo. 6. pa. 2.
Ambrosij & Hieronymi responsio iam lotum non habet. ibidem.
Ambrosius quare non admisit nomen ingenerati in diuinis. fo. 105. pa. 1.
Amatum in amante quomodo sit. fo. 34. pa. 1.
Amor est similis voluntati. fo. 30. pa. 2.
Amici Iob. fo. 83. pa. 1.
Amor trisariam sumitur. fo. 133. pa. 2.
Amor quare sit primum donum quod gratis aliquid damus. fo. 217. pa. 1.
Angelus cognoscit se per suam essentiam, tanquam per speciem. fo. 20. pa. 1.
Angelus quo perfectior est, pauciores habet operationes. fo. 71. pa. 2.
Anima rationalis separata a corpore, quare nõ sit suppositum. fo. 65. pa. 1.
Anima nostra per speciem intelligibilem est in actu primo ad intelligendum. fo. 12. pag. 2.
Anima nostra quo pacto cognoscit rem aliquam. fo. 17. pa. 2.
Anima non potest aliquid intelligere, nisi ei actu representetur. ibidem.
Anima quomodo intelligit rem præsentem. ibidem.
Anima intelligendo se format verbu. f. 19. p. 2.
Apo

I N D E X.

Apostoli, esto circa ea quæ sunt fidei, dubitauerint, non fuerunt hæretici. fo. 96. pa. 1.
Appropriata & appropriari quid. fo. 155. pag. 1.
Appropriata personarum quæ sancti accommodant ipsis personis. fo. 160. pa. 1.
Argumenta quæ probant Christum redemptorem nostrum esse verum Deum. fo. 3. pa. 1.
Argumenta aduersus Erasum. fo. 5. pa. 1.
Artificis perfectione indicat operis perfectio. fo. 100. pag. 2.
Arianorum hæresis à quibus ortu habuerit, & in quibus concilijs damnata fuerit. fo. 4. pa. 1.
Arius conuincitur scripturæ testimonijs. fo. 6. pag. 2.
Attributum Dei quid significet. fo. 46. pa. 2.
Attributi definitio. ibidem.
Attributa sunt in deo ex natura rei, seclusa quavis operatione intellectus, & ei necessariò conueniunt. fo. 47.
Attributum æquè primum est in omnibus personis. fo. 135. pag. 2.
Attributorum pluralitas reperiretur in Deo, etiã si non possent esse creatura. fo. 49. pa. 2.
Attributorum nomina non fuerunt imposita ad significationem essentiam, vt essentia est, sed eius perfectiones. fo. 50. pa. 1.
Attributa Dei habent definitiones quid nominis diuersas. ibidem.
Attributorum nomina non sunt Synonyma. ibidem.
Attributa Dei de se inuicem verificatur forma liter & essentialiter. ibidem.
Attributa Dei quomodo se inuicem includat. fo. 83. pag. 2.
Aureoli opinio circa dei attributa. fo. 45. pag. 2.
Augustini verba. 4. de trinit. cap. 10. pater est principium totius deitatis, quo pacto sunt interpretanda. fo. 98. pa. 2.
Auctores qui de sacratissimo trinitatis mysterio scripserunt. fo. 1. pag. 1.
Auctores qui de verbo agunt. fo. 10. p. 2.
B
Beari videndo Deum formant verbum, probabilior opinio. fo. 20. pag. 1.
Boetius cenet, omnia attributa essentialiter includi in diuina essentia. fo. 51. pa. 1.
Bonauentura opinio de distinctione personarum. fo. 167. pag. 1.
Bonauentura cõsaturatur à diuo Tho. fo. 167. pa. 2.
Bonitas adaptatur spiritui sancto in sacris litteris. fo. 159. pag. 1.
C
Caietanus, Capreolus, & Scotus dicentes diuinas relationes nullam importare perfectionem, reprobandur. fo. 56. pag. 2.
Caietanus & alij diui Th. interpretes reprehenduntur, q̄ sine ordine & delectu quæ ad philosophiam & metaphysicam spectant, immisceant. fo. 63. pag. 1.
Capreolus & Caietanus cõsent relationem realiter distinguunt à suo fundamento. fo. 44. p. 1.
Capreolus improbat. fo. 49. pa. 1.
Capreoli sententia de distinctione relationum Dei à diuina essentia. fo. 54. pag. 2.
Capreoli sententia probatur, reicitur tamè eius fundamentum. ibidem.
Catholicorum munus in exponendis sacris scripturis. fo. 5. pag. 1.
Causa finalis non efficit effectum sibi similem. fo. 30. pag. 1.
Causa est duplex. fo. 114. pag. 1.
Christum optimum max. esse verum Deum probari potest testimonijs tum veteris tum noui testamenti. fo. 3. pag. 1.
Christus seruator noster quare Deus absconditus appelletur. fo. 3. pa. 1.
Christus omnia ab æterno habuit à patre, quæ tamen in tempore hominibus manifestata sunt. fo. 8. pag. 1.
Christus confert hominibus gloriam, atq; beatitudinis præmia pro cuiusq; meritis distribuit. ibidem.
Cõsequari quid sit. fo. 200. pag. 2.
Cognitio quomodo fiat. fo. 21. pa. 2.
Columba quæ descendit super Christum dum baptizaretur quid significabat in eo. fo. 23. pag. 1.
Concepit an dicatur proprie verbum. fo. 12. pag. 1.
Conceptus tam confusus quàm clarus verbum dicitur. fo. 19. pa. 1.
Conceptio, generatio, & partus non simul sunt in generatione humana. fo. 32. pa. 2.
Concreti nominis finitio. fo. 141. pa. 1.
Constitutio multiplex est. fo. 170. pa. 1.
Creaturæ visibiles sub quibus missus fuit spiritus sanctus, à quo fuerint formati. f. 223. p. 2.
Creatura quare referatur ad Deum relatione reali. fo. 22. pa. 2.
Creaturarum principium sunt pater, filius, & spiritus sanctus. fo. 99. pa. 1.
Creatura quilibet perfectio est similitudo & signum diuinæ perfectionis. fo. 100. pa. 2.
Creatura perfectio nominatur ex Dei perfectione, quæ sibi correspondet. ibidem.
Credibilem diuisio. fo. 92. pa. 1.
D
Dæmones, & qui in inferno sunt, & habuerunt fidem

† fidem

I N D E X.

fidem infusam, hæretici sunt. fo. 96. pa. 2.
 Dæmones & damnati non habent fidem. ibid.
 Dæmones quo pacto credant mysteria diuina. fo. 96. pa. 2.
 Damnata quare magis repugnet spes quam fides. fo. 96. pa. 2.
 De & ex maximè differunt. fo. 187. pa. 1.
 Deus in se eminenter continet omnium creaturarum perfectiones. fo. 100. pa. 2.
 Deus quare appelletur pater noster, & spiritus hominum. fo. 114. pa. 2.
 Deus generat, Deus non generat, sunt contradictoria propositiones. fo. 144. pa. 1.
 Deus generat Deum catholica est propositio. fo. 146. pag. 2.
 Deus agit & creat per actum intellectus & voluntatis, quos ab æterno habuit. fo. 152. pa. 1.
 Deus cur dicatur incepisse creare mundum, cum creauit. fo. 152. pa. 2.
 Deus naturaliter & necessariò, & non liberè amat seipsum. fo. 183. pa. 1.
 Definitio relatiuorum explicatur à sancto Th. fo. 56. pa. 1.
 Deitas potest haberi à pluribus, & pluribus modis, quia communis. fo. 196. pa. 2.
 Deus quare non est similis creaturæ. fo. 199. p. 2.
 Deum esse simile creaturis, an aliquo pacto sit concedendum. fo. 200. pa. 1.
 Deus non assimilatur creaturæ, sed econtrario. fo. 200. pa. 2.
 Deus quatuor modis est in creaturis. fo. 215. p. 2.
 Deus dicitur aliquid cognoscere, cum illud facit nos cognoscere. fo. 6. pa. 2.
 Deo tribuere solet scriptura, quod ipse in hominibus facit. fo. 9. pa. 1.
 Deus quomodo verbum suum genuit. fo. 33. p. 2.
 Deus quare dicitur omnia suo verbo fecisse. ibidem.
 Deus necessariò debet agere per verbum suum, cum per intellectum agat. fo. 35. pa. 2.
 Deus duntaxat habet vnum actum intelligentiæ, quo cuncta intelligit: & vnicuique actum amandi, quo omnia vult. fo. 36. pa. 1.
 Deus ab æterno non magis produxit creaturas, quam chimæram. fo. 39. pa. 1.
 Deus denominatur dominus creaturarum, à relatione reali quæ est in ipsa creatura. fo. 41. pag. 1.
 Deus quare natura & substantia simplex sit. fo. 47. pa. 1.
 Dicens & dicere quid. fo. 11. pa. 1.
 Dictio exclusiua quid significet in sacris literis. fo. 7. pa. 1.
 Dicentis aut huius quod est dicere proprietatem.

tes. fo. 11. pa. 1.
 Dicentis & huius quod est dicere finitiones & proprietates. fo. 14. pa. 1.
 Dicere & intelligere ratione distinguuntur. fo. 14. pa. 1.
 Dicentis proprietates quæ patri æterno conueniunt. fo. 24. pa. 1.
 Dicere immediatè, est generare, non autem mediatè, ibidem.
 Dici conuenit omnibus tribus personis, dicere solum patri. fo. 24. pa. 2.
 Dicere & intelligere differunt inter se. ibidem.
 Dignitas est de absolutè dictis. fo. 57. pa. 1.
 Discrimen intermissionem filij & spiritus sancti. fo. 222. pa. 2.
 Distinctio rationis non solum oritur per actum intellectus creati, sed in creati. fo. 34. pa. 2.
 Distinctio rationis duplex. fo. 55. pag. 2. & 48. pag. 1.
 Distinctio rationis actu. fo. 49. pa. 1.
 Distinctio diuinarum personarum est minima inter omnes reales distinctiones. fo. 169. p. 2.
 Doni definitio. fo. 132. pa. 2.
 Donum analogum est ad Deum & creaturas. ibidem.
 Donum triplicem importat respectum. ibid.
 Doni acceptiones. fo. 133. pa. 2.
 Donum est nomen personale spiritus sancti. fo. 217. pa. 1.
 Dona omnia supernaturalia tribuuntur spiritui sancto qua dona sunt. ibidem.
 Dubitare licet quisnam verus scripturæ sensus sit. fo. 94. pag. 2.
 Dubium de aliqua fidei propositione cum pertinacia hæresis est. fo. 94. pa. 1.
 Durandus impugnat diuini Th. dicentem filium produci per actum intellectus, & spiritum sanctum per actum voluntatis. fo. 36. p. 2.
 Durandi sententia falsa periculosa & temeraria. fo. 37. pa. 1.
 Durandi opinio circa Dei relationes, an distinguantur à diuina essentia ex natura rei. fo. 54. pag. 1.
 Durandi sententia hac in parte periculosa est. ibidem.

E
 Ecclesiæ autoritas. fo. 67. pa. 2.
 Ecclesia decreuit patrem & filium esse vnum principium spiritus sancti. fo. 124. pa. 1.
 Entis natura. fo. 51. pag. 2.
 Erasmus notatur quod à Arrio fauere visus fuerit. fo. 4. pa. 1.
 Erasmus perperam interpretatur potissima uerba, ex quibus colligitur a patre, Christum uerum

I N D E X.

Erasmii doctrina periculosa. fo. 6. pa. 1.
 Erasmus ubi vetus interpres verbum ponit, sermone veritatem. fo. 22. pa. 2.
 Esse & agere in diuinis idem sunt. fo. 7. pa. 2.
 Esse vel fieri dicuntur aliqui in sacris literis cum innoscunt hominibus. fo. 8. pag. 1.
 Esse diuinum quo pacto dicatur in filio acceptum à patre. fo. 33. pa. 1.
 Esse bifariam capitur. fo. 56. pag. 1.
 Esse in, quid dicat, cum asserimus patrem esse in filio secundum essentiam. fo. 209. pag. 2.
 Essentia nec producit, nec generat, aut spirat. fo. 37. pag. 2.
 Essentia diuina quomodo se habeat ad omnia diuina, tum absoluta tum relatiua. fol. 51. pag. 2.
 Essentia diuina continet in se omnia diuina, quomodo intelligendum. ibidem.
 Essentia diuina non potest addi aliqua res diuina. ibidem.
 Essentia diuina alio modo est in patre, quam in filio. fo. 58. pag. 1.
 Essentia diuina quare non sit formaliter persona, cum sit eadem re cum personis. fol. 63. pag. 1.
 Essentia est idem quod persona. fo. 135. pa. 1.
 Essentialia nomina quæ sint. fo. 137. pag. 2.
 Essentia quare non dicatur generare. fol. 149. pag. 1.
 Essentia diuina est principium quo, omnium actuum diuinorum, sub diuersis tamen rationibus. fo. 192. pa. 2.
 Essentia diuina trifariam potest considerari. fo. 210. pag. 1.
 Ex & de. fo. 136. pa. 2.
 Ex ipso quare tribuatur patri. fo. 159. pag. 2.
 Exemplar, ut rex, non est simile suæ imagini. fo. 199. pa. 2.

F

Fides ordinatur ad beatitudinem, ut ad finem suum. fo. 95. pa. 1.
 Fides infusa & mortale peccatum optimè in eodem subiecto esse possunt. fo. 96. pa. 2.
 Filius & quatenus homo & quatenus deus scit diem iudicii. fo. 6. pa. 2.
 Filium audire à patre, ab eoque demonstrari omnia, quid sit. fo. 7. pa. 2.
 Filium esse minorem patre, & illi subiectum, quo pacto sit intelligendum. fo. 8. pa. 1.
 Filium Dei non esse verbum, aut esse improprie verbum, hæreticum est. fo. 12. pag. 1.

Filius dei congruentius vocatur verbum quam sermo. fo. 22. pag. 2.
 Filius dei proprius dicitur verbum quam oris verbum. fo. 23. pa. 2.
 Filius dei quare proprie appelletur verbum. fo. 24. pa. 2.
 Filius dei quare peculiariter appelletur sapientia. fo. 25. pa. 1.
 Filij definitio. fo. 28. pa. 1.
 Filius est alius à patre, non aliud. fo. 76. pa. 2.
 Filius verè est autor spiritus sancti. fol. 98. pag. 2.
 Filius non est causa spiritus sancti. fo. 98. pa. 2.
 Filius dei ab æterno fuit donum. fo. 132. pa. 2.
 Filiatio duo exercet munera. fo. 173. pa. 2.
 Filius est de substantia patris, & de eadem generatur. fo. 185. pa. 2.
 Filius est æqualis patri secundum magnitudinem. fo. 207. pa. 2.
 Filius est in patre, & pater in filio. fo. 208. pa. 1.
 Filius est æqualis patri secundum potentiam. fo. 209. pa. 2.
 Finis præstantior est his, quæ sunt ad finem. fo. 98. pa. 2.
 Flatus significatio. fo. 223. pa. 2.
 Florere floribus est producere flores, non placet auctori. fo. 130. pa. 1.
 Fecunditas Dei & creaturarum differunt. fo. 38. pag. 1.
 Forma dicitur eius, qui eam habet, non econtrario. fo. 136. pag. 2.
 Forma rei est duplex. fo. 192. pag. 1.
 Fundamentum paternitatis est generatio, & filiationis natiuitas. fo. 201. pa. 1.

G

Generationis & creationis discrimen. fol. 8. pag. 2.
 Generatio bifariam sumitur. fo. 27. pag. 2.
 Generationis proprie finitio. ibidem.
 Generatio communiter dicta nequit esse in deo. fo. 28. pag. 1.
 Generationis definitio absoluta. fo. 29. pa. 1.
 Generationis virtus & proprietates. ibidem.
 Generatio actiua, & spiratio actiua non sunt proprie processiones. fo. 34. pa. 1.
 Generatio & spiratio non sunt intelligere & velle absolute. fo. 38. pa. 1.
 Generans vel genitor proprie enuntiantur de patre æterno, sed magis proprie pater. fo. 100. pag. 1.
 Generationis nomen accipitur duobus modis. † 2 dis

I N D E X.

dis. fo. 106. pa. 2.
 Generatio diuina & humana differunt. fo. 186. pag. 1.
 Gilberti error. fo. 43. pa. 2.
 Gilberti error afferentis Dei relationes distinguendum rem, à diuina essentia. fo. 53. pag. 2.
 Gilberti episcopi Pictauiensis explanatio super verba Boetii de trinitate, peruersa. fo. 85. pag. 2.
 Gilberti Porretani error, afferentis relationes seu proprietates non esse personas, neque in personis. fo. 161. pa. 2.
 Græci doctores fatentur, filium & spiritum sanctum esse principatos. fo. 98. pag. 1.
 Græcorum error damnatus in multis concilijs, tam latinis quàm græcis. fo. 117. pa. 2.
 Gratia gratum faciens quid. fo. 215. pa. 1.
 Gratia gratis data quid sit. ibidem.
 Gratia & charitas multum inter se differunt. fo. 216. pag. 2.
 Gregorij Arimænsis opinio circa notiones. fo. 86. pag. 2.

H

Hæretici qui censendi non sunt. fo. 92. pa. 2.
 Hæreticus nequit esse aliquis sine pertinacia. ibidem.
 Hæresis etymologia. fo. 93. pa. 1.
 Hæresis absque deliberatione non est. ibidem.
 Hæresis finitio. fo. 93. pa. 2.
 Hæresis cognitio in foro animæ à cognitione actuum interiorum est petenda. fo. 97. pa. 1.
 Hic Deus est hic Deus, an sit vera propositio. fo. 144. pa. 1.
 Hieronymus affirmat ex verbis Esaiæ cap. 45. colligi apertissimè aduersus Iudæos Christum esse verum Deum. fo. 3. pa. 1.
 Hieronymus cur reformidavit cedere in deo tres hypostases. fo. 64. pag. 2.
 Hieronymus & Augustinus timuerunt concedere, in Deo esse tres substantias. fo. 64. pa. 2.
 Hilarius affirmat se interfuisse cuidam concilio, vbi admissum fuit, esse tres substantias in diuinis. fo. 65. pa. 1.
 Homo est vnus ens, & quæcūq; sunt in illo sunt idem ens. fo. 56. pa. 2.
 Homo cur pluribus abundet operationibus. fo. 71. pa. 2.
 Homo quare appellatur omnis creatura Marci vltimo, prædicare euangelium, &c. ibidem.
 Homo quare dicatur Dei imago in sacris liti-

ris, potius quàm angelus. ibidem.
 Homo non est Dei perfecta imago, sed potius ad imaginem Dei factus. fo. 82. pa. 2.
 Homo quomodo ducatur in cognitionem Dei per creaturas. fo. 100. pa. 2.
 Hominis quare dicatur Deus pater. fo. 103. p. 1.
 Holcoth. fo. 148. pa. 2.
 Hypostases in Deo tres sunt. fo. 64. pa. 2.
 Hypostasis & personæ discrimen. fo. 172. pa. 1.

I

Idea non sunt Dei attributa. fo. 46. pa. 2.
 Idolum quare non appellatur verbum. fol. 14. pag. 2.
 Imaginatio & intellectus qua in re differant. fo. 18. pag. 1.
 Imaginis finitio. fo. 26. pa. 1. & 31. pag. 2.
 Imago ortum & originem ducit à suo exemplari. ibidem.
 Imago duplex est. fo. 31. pa. 2.
 Improdum & improcessum. fo. 107. pa. 1.
 Indiuiduum quid sit. fo. 63. pa. 1.
 Indiuiduum & suppositum differunt. fo. 186. pag. 2.

Ingenitum quare sit patri proprium. fo. 105. pag. 1.
 Ingenitum est concretum innascibilitatis. ibidem.
 Ingeniti nomen bifariam sumitur. fo. 106. pa. 2.
 Innascibilitas ex mente sancti Th. nullam formaliter inuoluit affirmationem. fo. 90. pa. 1.
 Innascibilia duo quare non sint in deo. fo. 107. p. 1.
 Intellectus in intelligendo ordinem ad quatuor habere potest. fo. 16. pa. 2.
 Intellectus quo pacto intelligat. fo. 17. pag. 2.
 Intelligere, actus intelligendi, & intellectio synonyma sunt. fo. 18. pa. 1.
 Intellectus & voluntatis discrimen. fo. 29. pa. 2.
 Intelligere & velle sunt filij & spiritus sancti productiones. fo. 37. pa. 1.
 Intellectus est principium quo producendi filium, non tamen intelligere. fo. 37. pa. 2.
 Intelligere quomodo dicatur importare relationem. fo. 46. pag. 2.
 Intelligere Dei est velle Dei, in quo sensu verum sit dicere. fo. 53. pa. 1.
 Intellectus creatur potest habere infinitos actus intelligendi. fo. 60. pa. 2.
 Intellectus in quocunque bono creato potest considerare rationem boni & mali. fo. 181. pag. 2.
 Ioannes omnium nouissimus aduersus hæresin Ebionis

I N D E X.

Ebionis scripsit euangelium. fo. 4. pa. 1.
 Ioachimus abbas reprehendit Magistrum sententiarum. fo. 87. pag. 1.
 Ioachimi abbatis error. fo. 148. pa. 1.
 Irrationalis creature quare Deus dicatur pater. fo. 103. pa. 1.
 Iudæorum & Sarracenorum error infidelitas est, non hæresis. fo. 93. pag. 2.
 Iudices tenentur in foro exteriori secundum allegata & probata sententiam ferre. fo. 95. pag. 2.

L

Laurentius valla grammaticus reprehenditur. fo. 61. pag. 1.
 Liber vitæ tribuitur filio in sacris literis. fo. 159. pag. 2.
 Liberum & voluntarium differunt. fo. 180. p. 2.
 Libertas est in ratione, tãquam in radice & causa. fo. 181. pag. 2.

M

Macedonius tutatus est errorem Arii. fol. 9. pag. 1.
 Magnitudo & quantitas virtualis penes quid attendatur. fo. 199. pa. 1.
 Magnitudo & potentia reidem sunt ratione differunt. fo. 210. pa. 1.
 Manus in sacris literis nonnunquã sumitur pro potestate. fo. 4. pag. 2.
 Manus separata à toto quare non sit suppositum. fo. 63. pa. 1.
 Materia habet aliquas proprietates, quæ claudunt in se imperfectionem. fo. 187. p. 1.
 Medium quandoque potest ingredi conclusio nem. fo. 210. pa. 2.
 Memoria fecunda quid nam sit. fo. 192. pa. 2.
 Mensura duplex. fo. 59. pa. 2.
 Mensurabile quid sit. fo. 60. pa. 1.
 Methodus obseruanda in pertractatione de fide, quam docet August. fo. 2. pa. 2.
 Ministri ecclesiæ an possint dare spiritum sanctum. fo. 225. pag. 2.
 Missio quid. fo. 212. pa. 2.
 Missio diuinæ personæ est temporalis. fo. 213. pag. 1.
 Missio inuisibilis diuinæ personæ fit ad omnes in quibus est gratia. fo. 220.
 Missio personæ diuinæ duplex. fo. 222. pa. 2.
 Missio visibilis diuinæ personæ tria importat. ibidem.
 Missionem spiritus sancti super Christum &

apostolos, & alios sanctorum primores, signis ostendi & manifestari oportuit. fo. 223. pag. 2.
 Missio visibilis spiritus sancti cur facta non fuerit ad patres veteris testamenti. fo. 222. pag. 1.
 Mitti conuenit alicui personæ diuinæ. fo. 212. pag. 1.
 Mitti contingit trifariam illum qui mittitur ab alio. fo. 211. pag. 2.
 Mutatio quomodo fiat. fo. 152. pa. 2.
 Mysterium trinitatis cur Deus hõibis reuelauerit. fo. 82. pa. 1.

N

Natura creata & diuina quomodo differat. fo. 34. pag. 1.
 Natura geniti in diuinis est eadem numero cù natura generantis. fo. 102. pa. 2.
 Natura cur determinata sit ad vnum. fo. 181. pag. 1.
 Natura diuina, aut essentia diuina, aut deitas non generat, neque generatur, neque spirat, neque spiratur. fo. 146. pag. 1.
 Necessitas & necessarium multis modis accipiuntur. fo. 181. pa. 2.
 Negatio vbi potest esse innotescendi ratio. fo. 90. pag. 2.
 Negatio reducitur ad gen^o affirmationis. fo. 107. pag. 1.
 Nescire dicimur quod secretò scimus. fol. 6. pag. 2.
 Noe post diluuium trecentos quinquaginta vixit annos. fo. 83. pa. 1.
 Nomen filius quatenus significat Dei filium & creaturam, æquiuocum est. fo. 103. pag. 1.
 Nomen non significat id quod monet institutorem ad imponendum, sed id ad quod representandum instituitur. fo. 13. pa. 2.
 Nomina quæ dicuntur de Deo & creaturis sunt analogæ. fo. 33. pa. 1.
 Nominalium opinio circa Dei attributa. fo. 45. pag. 2.
 Nomina quæ significant secundas intentiones, non significant aliquid commune omnibus suis significatis. fo. 268. pag. 1.
 Nomina quæ tribui Deo non debent. fol. 78. pag. 2.
 Nomen solus additū prædicatio essentialis, qd importet in diuinis ex vi sermonis. fo. 77. p. 2.
 Nomen causæ videtur importare diuersitatem substantiæ, & dependentiã alicuius ab altero. fo. 98. pa. 2.
 Nomen præ est proprium primæ personæ. fo. 100. p. 1.

Nomen pater analogum est. *ibidem.*
 Nomen pater bifariam sumitur. fo. 102. pa. 2.
 Nomen precipue dicitur de eo, in quo repeti-
 tur perfectio, & completa illius ratio. fo. 102. pa. 2.
 Nomen spiritus sanctus bifariam sumitur. fo. 114. pa. 2.
 Nomen amoris bifariam sumitur. fo. 128. pa. 1.
 Nomina diuina quæ nullum dicunt respectum
 ad nos, non admittunt proprie nostrum, magis
 vel minus potissimum abstracta. fo. 134. pa. 1.
 Nomina diuina essentialia: & substantiua non
 possunt predicari in plurali de personis, sed
 tantum in singulari. fo. 138. pa. 1.
 Nomen res bifariam assumi potest. fo. 139. pa. 1.
 Nomen persona quare pluraliter predicatur de
 tribus personis. fo. 139. pa. 2.
 Nomen Deus in hac propositione Deus creatus
 pro quo supponat. fo. 142. pa. 2.
 Nomen Deus an sit singulare, an commune
 fo. 146. pa. 2.
 Nomina essentialia in abstracto non supponit
 pro personis. fo. 148. pa. 1.
 Nomen ad potest supponere pro eo quod non
 significat. fo. 149. pa. 1.
 Nomina quæ significantur origines diuersarum
 personarum, sunt triplicis generis. fo. 153. pa. 2.
 Notiones definitio. fo. 85. pa. 2.
 Notiones necessarii est ponere in diuinis. fo. 85.
 pag. 2.
 notiones sunt quinq. fo. 89. pa. 2.
 Notionum quatuor tantum sunt relationes. fo. 90.
 pag. 1.
 Notio, proprietates & relatio differunt inter se.
ibidem.
 Notionum nomine quid intelligant doctores
 & sancti. fo. 91. pa. 1.
 Notio res, re ipsa in Deo sunt. *ibidem.*
 Notitia reflexe vera definitio. fo. 19. pa. 1.
 Notitiam abstractiuam & intuitiuam quid appel-
 lent scholastici. *ibidem.*
 Notitia non est notitiam alterius principii. fo. 29.
 pag. 1.
 Notitia quando rationis relationem, quando ve-
 ro reale dicat. fo. 60. pa. 2.
 Numerus duplex est. fo. 70. pa. 1.
 Numerus qui mensuratur per unitatem. fo. 71.
 pag. 2.
 Numerus ternarius personarum quare trinitas,
 non aut triplicitas dicatur. fo. 75. pa. 1.
 Obiectum & anima in productione notitiam quo
 pacto se habeant. fo. 11. pa. 2.
 Ochamus reprehenditur, quod concesserit pa-

trem & filium esse, plura principia. spiritus
 sancti. fo. 124. pa. 2.
 Omnes creaturas producete sibi similes, unde
 ortum habuerit. fo. 101. pa. 1.
 Omnis distinctio realis in diuinis, est per oppo-
 sitionem. fo. 120. pa. 1.
 Omnes diuina personæ veniunt ad nos ad san-
 ctificandum nos. fo. 213. pa. 1.
 Opiniones variæ circa verbum. fo. 12. pa. 1.
 Opiniones variæ circa hanc questionem. An me-
 ris verbum ab actu intelligendi differat. fo. 15.
 pag. 1.
 Opiniones variæ circa hanc questionem. an ange-
 lus cognoscendo se formet verbum. fo. 19.
 pag. 2.
 Opinio de aliqua fidei propositione cum perti-
 nacia hæresis est. fo. 94. pa. 2.
 Opiniones de hac propositione. Pater & filius
 diligunt se spiritu sancto. fo. 129. pa. 2.
 Opiniones variæ circa diuinitatem personarum, et
 constitutionem. fo. 174. pa. 2.
 Oppositio esse nequit sine reali distinctione.
 fo. 57. pa. 2.
 Ordo aliquis prioris aut posterioris nequit esse
 in deo re ipsa, & extra intellectum. fo. 168.
 pag. 2.
 Ordo dicitur comparatio quadam ad aliquod
 principium. fo. 206. pa. 1.
 Ordo multiplex quemadmodum & principium.
ibidem.
 Ordo est in diuinis. fo. 206. pa. 1.
 Ordo originis quid sit. fo. 206. pa. 2.
 Origines oppositæ. fo. 120. pa. 2.
 Origo quid sit. fo. 167. pa. 2.
 Origines actiue & passiuæ qua in re differant.
 fo. 174. pa. 1.
 P
 Passio grammatice tantum est in diuinis. fo. 179.
 pag. 1.
 Passio quid. fo. 61. pa. 1.
 Pater per generationem æternam communicat fi-
 lii omnia quæ habet, dempta paternitate.
 fo. 7. pag. 2.
 Pater, cur dicatur demonstrare omnia filio.
ibidem.
 Pater æternus proprie est dicens. fo. 24. pa. 1.
 Pater inuenitur omnia in verbo velut in actu se-
 cundo, & in sua essentia, velut in actu primo.
 fo. 32. pa. 1.
 Pater est principium quod generationis filij, in-
 tellectus vero principium quo. fo. 37. pa. 2.
 Pater producit filium per actum filij, sed non
 ut est

ut est actus filij. *ibidem.*
 Paternitas est spiratio, quando vera sit propo-
 sitio, quando autem falsa. fo. 87. pa. 2.
 Paternitas & spiratio cur de se inuicem non
 possint predicari. fo. 95. pa. 1.
 Patri competet esse principium. fo. 98. pa. 2.
 Patrem esse principium totius deitatis, non est
 concedendum. fo. 98. pa. 1.
 Pater in nullo genere causæ est causa filij. fo. 98.
 pag. 2.
 Patris secundum suam propriam rationem de-
 finitio. fo. 102. pa. 2.
 Pater & filius sunt vnum principium spiritus
 sancti. fo. 124. pa. 1.
 Pater & filius diligunt se spiritu sancto, quod
 pacto sit falsa ex mente diui Thomæ. fo. 129.
 pag. 2.
 Pater & filius non tantum diligunt spiritu san-
 cto. fo. 130. pa. 1.
 Pater noster quomodo appelletur diuina per-
 sona. fo. 134. pa. 1.
 Pater quare dicatur principium totius deitatis.
 fo. 149. pa. 2.
 Paternitas non est aliquid. fo. 170. pa. 2.
 Paternitas quare dicatur abstractum. *ibidem.*
 Paternitas duo exercet munera. fo. 173. pa. 2.
 Paternitas & filiatio atque æqualitas & similitu-
 do maxime differunt. fo. 201. pa. 2.
 Pater quomodo dicatur esse in filio secundum
 originem. fo. 208. pa. 2.
 Pater non mittitur, sed filius & spiritus sanctus.
 fo. 218. pa. 1.
 Pelagianus error. fo. 98. pa. 2.
 Perfectio vel imperfectio veritatis propositio-
 nis per quid cognoscatur. fo. 69. pa. 1.
 Perfectiones Dei cognoscimus per creaturarum
 perfectiones: non omnes tamē dei perfectiones
 tribuimus Deo ex creaturis. fo. 46. pa. 2.
 Personæ bifariam distinguuntur. fo. 120. pa. 1.
 Persona quid ex mente diui Thomæ. fo. 53.
 pag. 2.
 Persona diuina & essentia tantum ratione di-
 stinguuntur. fo. 55. pa. 1.
 Personæ acceptiones & definitio. fo. 63. pa. 1.
 Persona, suppositum, & indiuiduum comparat-
 tur inuicem vt superius & inferius. *ibidem.*
 Personæ nomen quare sit ponendum in diuinis.
 fo. 87. pa. 1.
 Personæ nomen vniuersè acceptum non signi-
 ficat relationem. fo. 64. pa. 1.
 Personæ nomen materialiter significat relatio-
 nem, formaliter vero suppositum diuinae na-
 turæ. fo. 65. pa. 1.
 Persona diuina quomodo sit communis tribus

personis. fo. 68. pa. 2.
 Personæ diuinae tantum sunt tres. fo. 71. pag. 1.
 Personæ diuinae multiplicabuntur per originem.
 fo. 89. pa. 2.
 Personam patris distingui ab alia quomodo non
 bis potest innotescere. *ibidem.*
 Personæ diuinae tantum distinguuntur per re-
 lationes. fo. 117. pa. 1.
 Personalia nomina quæ sint. fo. 187. pa. 2.
 Personalia nomina duplicis sunt generis.
ibidem.
 Persona diuina manifestari possunt per attri-
 buta. fo. 155. pa. 1.
 Persona bifariam manifestantur per attributa.
 fo. 155. pa. 2.
 Personæ diuinae distinguuntur per proprietates
 personales. fo. 164. pa. 2.
 Personæ diuinae distinguuntur tum per relatio-
 nes, tum per origines, sed magis principaliter
 per relationes. fo. 165. pag. 1.
 Personæ diuinae quomodo distinguuntur seip-
 sis. fo. 166. pa. 2.
 Personæ necessariò fuerunt distinctæ ab æter-
 no per relationes. fo. 169. pa. 1.
 Personarum simplicitati quomodo non re-
 pugnet quod distinguantur relationibus. fo.
 169. pag. 2.
 Personæ diuinae per relationes constituuntur.
 fo. 174. pa. 2.
 Personæ diuinae constituuntur per relationes
 formaliter, & in quantum diuinae relationes
 sunt. fo. 176. pag. 2.
 Personæ diuinae sunt æquales. fo. 198. pa. 2.
 Persona procedens in diuinis est cetera sua
 principio. fo. 204. pa. 1.
 Persona diuina mittitur inuisibiliter, solum se-
 cundum gratiam gratum facientem. fo. 215.
 pag. 1.
 Persona diuina solum datur secundum gratiam
 gratum facientem. fo. 215. pag. 2.
 Personam diuinam inuisibiliter mitti, exire, &
 procedere ad sanctificandum nos, quid sit.
 fo. 217. pag. 2.
 Persona aliqua mittitur ab ea, a qua non pro-
 ducitur, absolute loquendo. fo. 225. pa. 1.
 Pertinax quis sit dicendus. fo. 97. pa. 1.
 Pertinacia non est temporis diuturnitate esti-
 manda. fo. 92. pa. 2.
 Pertinacia in quo consistat. fo. 93. pa. 1.
 Pertinacia quæ facit hæresin qualis sit. *ibidem.*
 Pium est credere, non est veri catholici verbum,
 cum sit sermo de rebus fidei. fo. 4. pa. 2.
 Philosophi quomodo venerint in cognitionem
 mysterij Trinitatis. fo. 83. pa. 1.
 † 4 Pœni

I N D E X.

Pœnitens dubius in fide quo pacto examinandus. fo. 97. pa. 1.
 Pœnitentia volendi duobus modis potest considerari. fo. 182. pa. 1.
 Potentia pro quo sumatur. fo. 188. pa. 2.
 Potentia vera definitio. fo. 189. pa. 1.
 Possibile bifariam sumitur. ibidem.
 Potentia duplex est. fo. 189. pa. 2.
 Potentia generandi significat in recto naturam diuinam, sed in obliquo relationem. f. 191. p. 2.
 Potentia generandi in Deo quid sit? ibidem.
 Potentia agendi consequitur perfectionem naturam. fo. 209. pa. 2.
 Potentia dicitur respectu operationis. fol. 211. pa. 1.
 Præpositiui error circa notionem. fo. 83. pa. 2.
 Prædicata diuina sunt duplicis generis. f. 88. p. 1.
 Prædicata diuina, quæ actionem significant, nõ dicuntur de notionibus. ibidem.
 Præsumptio arrogancia est, & radix pertinaciæ. fo. 92. pag. 2.
 Prædicata communia quæ significant relationem ad creaturas, sunt posteriora proprijs personarum. fo. 103. pa. 2.
 Prædicata notionalia personarum siue sint verba adiectiua, siue participia, non prædicantur de notionibus. fo. 153. pa. 1.
 Præpositiuius assererat, in Deo proprietates esse personas, sed non in personis. fol. 161. pag. 2.
 Prima persona quare dicatur pater, filius secunda, Spiritus sanctus tertia. fo. 206. pa. 1.
 Principium quo generandi est commune generanti & genito. fo. 193. pa. 2.
 Principium duplex. fo. 37. pa. 1.
 Principium non est necessum, vt referatur relatione reali ad illud quod ab eo procedit. fo. 41. pag. 1.
 Principium primum quid sit, & quot sint de eius ratione. fo. 90. pa. 2.
 Principij definitio. fo. 98. pa. 1.
 Principium, causa, & elementum quomodo differant. fo. 98. pa. 2.
 Prioritas nulla nec posterioritas est inter diuinas personas. f. 206. pa. 1.
 Prioritas originis est duplex in doctrina Scoti. fo. 206. pa. 1.
 Priuationum tria sunt genera. fo. 106. pa. 1.
 Processio quæ fit cum motu, & quæ sine eo. fo. 21. pag. 2.
 Procedens quando diuersum sit ab eo, à quo procedit, quando vero non. ibidem.
 Processiones in deo quot sint. f. 33. p. 2. & 36. p. 1.
 Processio spiritus sancti quare non sit generatio.

fo. 35. pa. 2.
 Productiones personarum actiue generatio scilicet & spiratio non distinguuntur realiter. fo. 38. pa. 2.
 Procedere est suppositorium. fo. 58. pa. 2.
 Processio & filiatio nõ sunt oppositæ relationes & tamẽ realiter distinguuntur. f. 228. p. 2.
 Proprietates personales duplici ratione sunt idem cum persona. fo. 163. pa. 1.
 Proprietates & relatio pro eodem accipiuntur. fo. 173. pag. 2.

Q

Quando liceat argumentari ab humanis ad diuinam. fo. 38. pag. 2.
 Quantitas est duplex. fo. 298. pa. 2.
 Quasi cur addatur in definitione quantitatis. fo. 199. pa. 1.
 Quid dicitur nomen dupliciter assumitur. f. 50. pag. 1.
 Quomodo aliquid dicatur esse in altero. fo. 34. pa. 1.
 Quot relationes reales insurgant ex qualibet processione. fo. 60. pa. 1.

R

Ratio rei propria, & completa in quo differat. fo. 4. 2. pa. 1.
 Rationis significationes. fo. 49. pa. 1.
 Ratio cur in euangelio de filio dicatur esse minorem patre & nõ de spiritu scilicet. f. 223. pa. 1.
 Relationes esto secundum rem sint personæ, sunt nihilominus in personis. fo. 262. pag. 1.
 Relationes reales sunt in Deo. fo. 40. pa. 2.
 Relatio duplex & vtriusque definitio. f. 41. p. 1.
 Relationes diuinæ & essentia tatum ratione distinguuntur. fo. 55. pa. 1.
 Relationum realium tria sunt genera. f. 59. pa. 2.
 Relatio realis morua quæ sit. fo. 60. pa. 1.
 Relatio tum creatura tum increata importat perfectionem. fo. 100. pa. 2.
 Relationes quæ nõ sunt oppositæ, non sufficiunt ad distinguendum personas. fo. 117. pa. 1.
 Relatæ opposita sunt duplicis generis. f. 120. p. 2.
 Relationes sunt in essentia vno dicitur modo. fo. 163. pa. 2.
 Relatio & origo sunt idem secundum rationem. f. 167. p. 2.
 Relationes quomodo consequuntur ad personas, & sunt eis posteriores. fo. 169. pa. 1.
 Relatio in abstracto bifariam considerari potest. fo. 170. pa. 2.
 Relationis definitio. fo. 176. pag. 2.
 Relatio

I N D E X.

Relationes eiusdem rationis in eodem subiecto non multiplicantur secundum terminorum pluralitatem. fo. 202. pa. 1.
 Relationes æqualitatis & similitudinis in diuinitis quot sint. fo. 202. pa. 1.
 Reciprocatio similitudinis est inter diuinas personas. fo. 199. pag. 2.
 Respondentem petere principium non est incommodum. fo. 196. pa. 2.
 Respectus rationis qui sunt inter ideas, quomodo sunt in Deo. fo. 60. pag. 2.
 Res vnius naturæ non tollit solitudinem rei alterius naturæ. fo. 77. pa. 2.
 Res fidei quomodo probanda. fo. 82. pa. 1.

S

Sabellij error. fo. 2. pa. 2. & 9. pa. 1.
 Sabellij error à quibus damnetur. fo. 10. pa. 1.
 Sacra pagina non affirmat, quod spiritus sanctus procedat à patre solo. fo. 118. pa. 1.
 Sancti Thomæ mos & methodus. fo. 196. pa. 2.
 Sanctorum verba quomodo sunt explananda. fo. 99. pa. 1.
 Sanctus quare tertiæ personæ ascribatur. fo. 114. pag. 2.
 Sanctorum opiniones circa hanc questionem. An actus notionales sint voluntarij. fo. 180. pag. 2.
 Sapientia quæ est filius Dei quare dicatur genita & creata in scripturis. fo. 8. pa. 2.
 Sapientiam diuinam scriptura ascribit filio. fol. 159. pa. 1.
 Scoti opinio circa attributa. fo. 45. pa. 2.
 Scotus censet Dei attributa non verificari de se inuicem formaliter & essentialiter. fo. 51. pag. 1.
 Scoti opinio circa Dei relationes An distinguatur à diuina essentia ex natura rei. fol. 53. pag. 2.
 Scotus impugnat. fo. 54. pa. 1.
 Scotus in dubium vertit, an sit ponenda sexta notio. fo. 90. pa. 2.
 Scientia, & scitum in Deo sunt idem. fol. 60. pag. 2.
 Sensus exterior per actum sentiendi non format rei sensibilis similitudinem. fo. 14. pa. 1.
 Sensus interioris officium. fo. 14. pa. 2.
 Simonidis error. fo. 82. pa. 1.
 Similitudinis quæ est species, & dissimilitudinis quæ est verbum discrimen. fo. 20. pag. 1.
 Similitudo rei in communi hominum sermone, sumitur pro ipsa re. fo. 25. pa. 2.
 Similitudo, aut simile, & imago longo dissidēt

interuallo. fo. 31. pag. 1.
 Similitudo quomodo pertinet ad amorem, & quo pacto ad verbum. fo. 35. pa. 2.
 Simile sibi ipsi idem esse non potest. fol. 61. pag. 1.
 Sibyllæ quo pacto consequatur fuerint mysteriorum nostræ fidei cognitionem. fol. 83. pag. 2.
 Sibyllæ quot præcipuè ab autoribus celebrentur, & earum prophetiæ. ibidem.
 Similitudo est inter diuinas personas, vt æqualitas. fo. 199. pa. 1.
 Simile alteri dicitur aliquid vna ex duabus causis. fo. 199. pa. 2.
 Similia quæ sint. fo. 202. pag. 2.
 Signorum sub quibus apparuit spiritus sanctus significatio. fo. 224. pag. 1.
 Signa sub quibus apparuit spiritus sanctus, an fuerint veræ res. ibidem.
 Significari per modum formæ quid. fol. 170. pag. 2.
 Singularitas, vel pluralitas nominis substantiui penes quid attendatur. fo. 138. pa. 1.
 Solus duplicem habet significationem. fol. 77. pag. 2.
 Species intelligibilis nõ representat obiectum actu, sed habitum. fo. 17. pag. 2.
 Spiritum sanctum esse Deum, euidenter colligitur ex scripturis. fo. 3. pa. 2.
 Spiritus sanctus quare dicatur postulare gemitibus inenarrabilibus. fo. 9. pa. 1.
 Spiritus sanctus quare non sit imago Patris nec filij. fo. 26. pa. 1.
 Spiritum sanctum nõ esse filium nec genitum, de fide tenendum est. fo. 31. pa. 1.
 Spiritus & generari, quare non sint passionis in Deo. fo. 61. pa. 1.
 Spiratio actiua communis patri & filio quare persona non sit. fo. 63. pa. 1.
 Spiritus sanctus non est ingenus. fo. 106. pa. 1.
 Spiritus significationes. fo. 114. pa. 1.
 Spiritus nomen peculiari quadam ratione tribuitur tertiæ personæ. fo. 114. pa. 2.
 Spiritum sanctum procedere à filio, virtute continetur in sacris literis. fo. 118. pa. 1.
 Spiritus sanctus procedit immediate à patre æterno, & mediatè etiam. fo. 122. pa. 1.
 Spirator & principium spiritus sancti sunt synonyma. fo. 125. pa. 1.
 Spiritus sanctus procedit à patre & filio, tantquam à pluribus. fo. 126. pa. 1.
 Spiritus sanctus in sacris literis peculiari nomine donum appellatur. fo. 132. pag. 1.
 Spiritus sanctus cur dicatur procedere per modum

I N D E X.

dum voluntatis. fo. 182. pa. 1.
 Spiritum sanctū nō dari, sed dona eius, error. fo. 215. pag. 2.
 Spiritus sanctus non potest augeri, nec minui, quodam scd, sed quodam nos. fo. 216. pag. 2.
 Spiritui sancto conuenit visibiliter mitti. fo. 222. pag. 2.
 Spiritus sanctus missus fuit sub quadruplici signo. fo. 223. pa. 2.
 Subiectum in deo propriè esse nequit. fo. 201. pag. 1.
 Substantium in diuinis nō prædicatur in plurali, cum forma importata per ipsum, in concreto est vna. fo. 124. pa. 1.
 Substantium nomen significat formam per modum substantiæ. fo. 138. pa. 1.
 Substantiæ nomen bifariam accipitur. fo. 64. pag. 2.
 Subsistentiæ in diuinis tres sunt. fo. 64. pa. 2.
 Suppositum, & natura in rebus spiritualibus ratione tantum differunt. fo. 55. pa. 2.
 Suppositum quid sit. fo. 63. pa. 1.
 Suppositum naturæ tribus aliis nominibus nū cupatur. fo. 64. pag. 2.

T

Tantum trinitas est deus: An sit propositio cōcedenda. fo. 77. pag. 2.
 Terminus actionis quid. fo. 18. pa. 2.
 Termini numerales non ponunt aliquid in diuinis, sed remouent. fo. 73. pag. 1.
 Ternarius numerus personarum neq; est accidens, neque ad prædicamentū aliquod pertinet. fo. 75. pag. 1.
 Tertia persona non habet proprium nomen. fo. 114. pa. 2.
 Testimonia veteris instrumenti ad probandū Christum redemptorem nostrum verum Deum esse. fo. 3. pa. 1.
 Testimonia noui testamenti ad id ipsum probandum. ibidem.
 Theodori hæresis. fo. 6. pag. 1.
 Theologorum munus. fo. 22. pa. 2.
 Tres substantias esse in Deo, nunquam absolute concedendum est. fo. 65. pa. 1.
 Trifariam dicitur aliquid esse alicuius. fo. 133. pag. 1.
 Trinitas personarum apertissimè colligitur ex scripturis. fo. 10. pa. 1.
 Trinitas quare non sit triua. fo. 75. pa. 1.
 Trinitatis mysterium qui rationibus naturalibus velit probare errat dupliciter. fo. 82. p. 1.
 Trismegistus. fo. 81. pa. 1.

V

Verbum, & nomen pluralis numeri, quanuis autoritatem denotent in prima persona, nō tamen in tertia. fo. 9. pag. 2.
 Verbum quot modis sumatur. fo. 10. pa. 2.
 Verbum & dicens sunt relatiuè opposita, sicut pater & filius. ibidem.
 Verbi vocalis definitio. fo. 11. pag. 1.
 Verbum mentale. fo. 11. pa. 2.
 Verbi mentalis definitio, & proprietates. fo. 13. pag. 2.
 Verbum mentale, & dicens intellectuale sunt relatiuè opposita. fo. 14. pag. 1.
 Verbum prius est (saltem natura) ipso actu intelligendi. fo. 18. pag. 1.
 Verbum mètale est simpliciter necessarium ad intelligendum. fo. 20. pa. 1.
 Verbum & verbi processio est in diuinis. fo. 21. pag. 2.
 Verbi diuini proprietates. fo. 23. pag. 2.
 Verbum cur dicatur splendor à Paulo. fo. 25. pag. 1.
 Verbum diuinum cur sit eminèter omnes creaturæ. fo. 25. pa. 2.
 Verbum cur sit imago patris, & non creaturæ. fo. 26. pa. 1.
 Verbum quare sit Filius, nō autem spiritus sanctus. fo. 32. pa. 1.
 Verbum producit per actū intelligendi, quatenus est dicere. fo. 38. pag. 1.
 Verba in definitione non dicunt actum, sed aptitudinem. fo. 132. pa. 2.
 Verba aut participia adiectiua quæ important actū notionalem non verè affirmantur de diuina essentia. fo. 153. pa. 1.
 Verificatio aut prædicatio longè alia est à suppositione. fo. 149. pa. 1.
 Verius duo potest designare. fo. 26. pag. 1.
 Vestigium non ducit nos distinctè, & perfectè in cognitionem rei, cuius est vestigium, sed obscurè & confusè. fo. 82. pag. 2.
 Virtus spirandi, & spiratio pro eodem sumuntur. fo. 125. pag. 2.
 Vnius essentiæ quæ dicantur. fo. 136. pa. 2.
 Vna persona quo pacto dicatur esse in alia. fol. 52. pag. 1.
 Vnum & multa, vt prædicantur de diuinis, non pertinent ad quantitatem. fo. 73. pa. 1.
 Vnum in qua significatione accipiat in illo loco Ioannis. 10. Ego & pater vnum sumus. fo. 4. pa. 2.
 Volitio generadi filium, in patre eterno simularanea est, & comes generationi filij. fo. 183. pag. 2.

Voli

I N D E X.

Volitum quā volitum, & intellectum, quā est intellectum, non fundant relationes reales ad rem intelligentem & volentem. fol. 60. pag. 2.
 Voluntatis obiectum, & cur per actum voluntatis non producitur ipse obiectum. fo. 25. pag. 1.
 Voluntas est principium. Quò producendi spiritum sanctum, non sic velle. fo. 37. pa. 2.
 Voluntas comitans quid sit. fo. 180. pag. 2.
 Voluntas, & natura differunt. fo. 181. pa. 1.
 Voluntas non potest nolle Deum clarè visum. fo. 182. pag. 1.
 Voluntarij definitio. fo. 180. pa. 2.

Finis indicis eorum, quæ annotatione digna visa sunt.


Quauis summa cura & diligentia adhibita sit, vt hec commentaria ab omnibus mendis & erratis quam purgatissima ad manus studiosorum peruenirent, tamen nullo pacto fieri potuit (quæ humana fragilitas est) quin aliqua eiusmodi deprehenderentur: quorum maxime obseruanda hoc loco subieciimus. Tu ergo lector amice, cum primum librum acceperis, ne alicubi offendas, hac ratione criata corrigito.

Folio. 1. pag. 2. in margine superiori, disputatio prima superfluit. fol. 2. pa. 1. in margine superiori. Disputatio prima pro commentarium. fo. 4. pa. prima col. prima linea. 46. æterna pro coæterna. fo. 6. pa. 2. col. 1. linea vltima thesauri p thesaurorū. fo. 6. pa. 2. col. 2. in margine annotatio pro nota. fo. 7. pa. 2. col. 1. lin. 29. Ioā. 6. p Ioān. 5. fo. 11. pa. 1. col. 2. lin. 53. effectus ad causam, p causæ ad effectū. fo. 11. pa. 2. in margine superiori, disputatio. 2. pro disputatio. 3. fo. 16. pa. 2. in margine superiori. Disputatio prima pro disputatio. 4. fo. 17. pa. 1. in margine superiori, disputatio prima, pro, disputatio. 4. fo. 18. pa. 1. col. 2. li. 10. vt effectus ad causam, pro, vt causa ad effectum. fo. 18. pag. 2. col. 1. lin. 22. habent pro habeant. fol. 22. pag. 1. col. 1. lin. 50. Ioan. 7. pro Ioan. 8. fo. 43. pa. 2. in margine superiori deest commentarium. fo. 44. pa. 1. in margine superiori. articulus primus, pro, art. 2. fo. 85. pag. 2. col. 1. lin. 2. statum p statum. fo. 87. pa. 2. col. 1. lin. 24. in genere rationis, pro, in genere relationis. fo. 90. pa. 2. col. 1. lin. 4. priuatio pro priuatio. fo. 101. pa. 1. col. 1. lin. 28. à diuina pro ad diuinam. fo. 120. pa. 1. col. 2. lin. 16. à patre pro à filio. fo. 120. pa. 2. col. 2. lin. 23. spirationem pro processione. fo. 133. pa. 1. col. 1. lin. 23. & pater & filius eandem. addendum est. spiritui sancto. fo. 133. pa. 1. col. 2. lin. 40. à patre à filio pro à patre & filio. fo. 143. pa. 2. col. 1. lin. 33. obit pro hoc. fol. 144. pa. 1. col. 1. lin. 4. ante perit. addatur primo. fo. 146. pa. 2. col. 1. lin. 51. aut Deus generat se Deū, pro, Deus generat Deū, ergo Deus generat se Deū, aut alium Deū. fo. 153. pa. 1. col. 1. lin. 30. de se inuicem verè affirmantur, particula verè superfluit. fo. 159. pa. 1. col. 2. lin. 34. nominari pro notari. Et lin. 40. timoris pro timoris. fo. 162. pa. 2. col. 1. lin. 42. si assumatur ens pro relatione, particula ens redundat. fol. 174. pa. 1. col. 1. lin. 41. procedentium pro producentium. fo. 177. pag. 1. col. 2. lin. 42. mouetur quædam difficultas quæ sic incipit. offert demum sese, &c. quæ in de remouenda est tota vsq; in finē. Quoniam eisdem omnino verbis habetur scripta fo. 61. pag. 1. col. 2. lin. 10. & huius loci est germana. Sed in prædicto fo. 177. loco prædictæ difficultatis addenda sunt verba hæc. Hactenus nullam Caietani mentionem fecimus in præsentī disputatione, quoniam eius metaphysica de esse hypostatico relatiuo, sed non relatiuè exercito (vt ipse ait) obscuritatibus nimium inuoluta est, & fortassis à mente sancti Th. longè aliena. Quod si doctrinæ Caietani admiratores dicant, eius sententiam esse eandem cum ea, quæ explicuimus, nos cum eis contendere nolumus: dummodo lector huius difficultatis veritatem cōsequatur. fo. 178. pa. 2. col. 2. lin. 50. & lin. 52. & fo. 179. pag. 1. col. 1. lin. 15. & 18. & 21. & 23. & 36. his omnibus locis nomen ordinis debet mutari, in nomen habitudinis. fo. 181. pa. 1. col. 1. lin. 12. à quo p à qua. fo. 181. pa. 1. col. 2. lin. 26. tunc esset in eo in potentia ad volendum, quæ potentia. pro tūc esset in potentia ad volendum, quam potentiam. & lin. 36. voluntas pro voluntate. fo. 187. pag. 2. col. 2. in margine summa doctorum pro summa dictorum. fo. 194. pa. 1. col. 2. lin. 50. respectu nostri, addendum est intellectus. fo. 216. pa. 1. col. 2. lin. 14. magistri sententiarum opinio in primo. particula opinio redundat. fol. 216. pa. 2. col. 2. lin. 44. & diffusa, pro, diffusam. fo. 224. pag. 2. col. 2. in margine, responsio ad primum, pro ad. 2. fo. 225. pag. 2. col. 2. lin. 19. mendum est, addendum est in alijs impressionibus. fo. 181. pag. 1. col. 1. lin. 48. voluntas, pro, voluntate.

QVÆSTIO. XXVII.

De processione diuinarum personarum.

Citantur sancti & doctores, qui de ineffabili trinitatis mysterio tractant.



Methodus d. Thoma.

ANCTVS THOMAS DE INEFFABILI trinitatis mysterio tractat, ab hac questione. 27. per decem & septem quæstiones, vsq; ad. 44. de quo etiam differit. 4. contra gentes à principio, per. 27. capita & pluribus alijs locis. De eodē præterea scripserunt, Hieronymus duodecim libros: Augustinus quindecim: & Ricardus sex. De Spiritu Sancto insuper scripsit Ambrosius tres libros ad Gratianum Augustum, in quibus de eodē sanctissimo trinitatis arcano agit. De ipso itidē disputat Magister sententiarum in primo, à secunda distinctione vsq; ad trigessimam quintam, & ibidem ceteri scholastici doctores. Hactenus igitur diuus Thomas differunt de his, quæ ad diuinæ essentię vnitatem pertinent: modò optima quidem methodo pro processione trinitatis ingrediuntur disputationem: cui rei subicitur primus articulus.



ONSIDE-
ratis autem his
quæ ad diuinę
essentię vnita-
tem pertinent,
restat confide-

re de his quæ pertinent ad trinitatem personarum in diuinis. Et quia personę diuinę secundum relationes originis distinguuntur: secundum ordinē doctrinæ prius considerandum est de origine siue de processione: secundo de relationibus originis: tertio de personis. Circa processionem quaruntur quinque. Primo vtum processio sit indiuisa. Secundo: vtum aliqua processio in diuinis generatio dici possit. Tertio vtum præter generationem aliqua alia pro-

ARTICVLVS. I.

Vtrum processio sit in diuinis.



Primum sic proceditur. Videtur quod in Deo non possit esse aliqua processio. Processio enim significat motum ad extra, sed in diuinis nihil est mobile neque extraneum: ergo neque processio. Præterea, omne procedens est diuersum ab eo à quo procedit,

A Secun-

Sed in Deo nō est aliqua diuersitas sed sūma simplicitas, ergo in deo nō est processio. ¶ Præterea procedere ab alio videtur rationi primi principij repugnare: sed Deus est primū principij: vt supra ostensum est, ergo in Deo processio locū nō habet. ¶ Sed cōtra est quod dicit dñs Ioā. 8. Ego ex Deo processi. ¶ Respondeo dicendum: quod diuina scriptura in rebus diuinis, nominibus ad processionem pertinentibus vti tur. Hanc autem processionem diuersi diuersimode acceperūt. Quidam enim acceperunt hanc processionem secundū quod effectus procedit à causa. Et sic accepit Arrius dicens filium procedere à patre, sicut primam eius creaturam: & spiritum .s. procedere à patre & filio, sicut creaturam vtriusque. Et secundum hoc neque filius, neque spiritus .s. esset verus Deus: quod est contra id quod dicitur de filio primę Ioan. vltim. Vt simus in vero filio eius, hic est verus Deus. Et de spū sancto dicitur primę Cor. 6. Nescitis quia membra vestra templum sunt Spiritus Sancti. Templum autem habere solius Dei est. Alij vero hanc processionem acceperunt secundum quod causa dicitur procedere in effectum. in quātum vel mouet ipsum: vel similitudinem suam ipsi imprimi. Et sic accepit Sabellius, dicens ipsum Deum patrem filium dici secundum quod carnē assumpsit ex virgine: & eundē

dici Spiritum Sanctum, secundū quod creaturam rationālē sanctificat: & ad vitam mouet. Huic autem acceptioni repugnāt verba domini de se dicentis Ioan. 5. Non potest facere a se filius quicquam. Et multa alia per quæ ostenditur: quod non est ipse pater qui filius. Si quis autem diligenter consideret, vterque accepit processionem secundū quod est ad aliquid extra. Vnde neuter posuit processionem in ipso Deo. Sed cum omnis processio sit secundum aliquam actionem: sicut secundum actionem quæ tendit in exteriorem materiam est aliqua processio ad extra: ita secundū actionem quæ manet in ipso agente attenditur processio quædam ad intra. Et hoc maximè patet in intellectu, cuius actio .s. intelligere manet in intelligente. Quicūq; autem intelligit, ex hoc ipso quod intelligit procedit aliquid intra ipsum: quod est cōceptio rei intellectæ, ex vi intellectiua proueniens: & ex eius noticia procedēs: quamquidē cōceptio nē vox significat. Et dicitur verbū cordis significatū verbo vocis. Cū autē Deus sit super omnia, ea quæ in Deo dicuntur non sunt intelligenda secundum modum infimarum creaturarum, quæ sunt corpora: sed secundum similitudinem superiorum creaturarum, quæ sunt intellectuales substantiæ: à quibus etiam similitudo accepta deficit à repræsentatione diuinorum.

Non

Non ergo accipienda est processio secundū quod est in corporalibus. vel per motū localem: vel per actionem alicuius causę in exteriorē effectum, vt calor a calefaciente in calefactū: sed secundū emanationem intelligibilem: vtpote verbi intelligibilis à dicente quod manet in ipso. Et sic fides catholica processionē ponit in diuinis. ¶ Ad primum ergo dicendum: quod obiectio illa procedit de processione quæ est motus localis: vel quæ est secundum actionem tendentem in exteriorem materiam: vel in exteriorem effectum. Talis autem processio non est in diuinis: vt dictum est. ¶ Ad secundum dicendum: quod id quod procedit secundum processionem quæ est ad extra: oportet esse diuersum ab eo à quo procedit: sed id quod procedit ad intra processu intelligibili non oportet esse diuersum: immo quanto perfectius procedit: tanto magis est vnum cum eo à quo procedit. Manifestum est enim quod quanto aliquid magis intelligitur: tanto conceptio intellectua lis est magis intima intelligenti: & magis vnum. Nam intellectus secundum hoc quod actu intelligit: secundum hoc fit magis vnum cum intellectu. Vnde cum diuinum intelligere sit infinite perfectio (vt supra dictum est) necesse est quod verbum diuinum sit perfecte vnum cum eo à quo proce-

dit absque omni diuersitate. ¶ Ad tertium dicendum: quod procedere à principio vt extraneum & diuersum repugnat rationi primi principij: sed procedere vt intimū & absque diuersitate per modum intelligibilem includitur in ratione primi principij. Cum enim dicimus edificatorem principij domus, in ratione huius principij includitur cōceptio summe artis: & includeretur in ratione primi principij: si edificator esset primū principium. Deus autem qui est primum principium rerum comparatur ad res creatas: vt artifex ad artificiatam.

Commentarium.



ANCTVS Tho. Diuisio ar-
mas in presenti articulo in tres
ticulo tria agit: in partes.
prima quidem parte
constituit conclusionem de fide
tenendam: in secūda
autem hæretico rū
errores circa diuinam
processionem cōfutat: in 3. verò
declarat conclusionē ratione quadam
naturali. Cōclusio igitur hæc est. ¶ In diuinis est p. D. Thom.
processio. Quam probat argumento in contra-
rarium, ex verbis Ioan. 8. Ego ex Deo proces-
si. In secūda deinde parte refert primū erro-
rē Arrij, qui assererat filium à patre procede-
re, velut primā eius creaturā: & Spiritū Sā-
ctum à patre & filio, tanquā vtriusq; creatu-
rā: ac subinde & filium & spiritū sanctū crea-
turas esse, & nō verum Deū. ¶ Aduersus Ar-
rium argumētatur diuus Tho. probando si ratio aduer-
sariū verum Deū esse, ex illo. i. Ioan. vltimo. sus. Arrij
& simus in vero filio eius, hic est verus Deus.
Postea verò probat Spiritum Sanctum esse
se verum Deum, hac ratione. ¶ Spiritus Sā-
ctus habet templum, at solius Dei est ha-
bere templum (nunquam enim aliqua gen-
tium natio dedicauit alicui templum,
A 2 quem

quem non putat esse Deum verum) ergo Spiritus Sanctus est verus Deus. Demōstrat autem maiorē Pauli testimonio. 1. ad Corinth. 6. an nescitis quoniam membravestra templum sunt Spiritus Sancti. Hanc rationem assumpsit Sanctus Thom. ab Augustin. 1. de trinita. cap. 6. in fine. ¶ Vltimū recitat errorem Sabellij affirmantis, in Deo duntaxat esse vnicā personam, quae diuersis rationibus appellatur pater, filius, & Spiritus Sanctus. Pater siquidem, quatenus omnium creator: filius, ut assumpsit carnem ex sacratissima virgine: Spiritus Sanctus, in quantum creaturam rationalem sanctificat. Quem errorem etiam refellit autoritate Ioa. 5. nō potest facere à se filius quicquam. Quo in loco plura alia adducuntur, ex quibus manifestè ostenditur patrem nō esse filium. ¶ In. 3. demum parte (vt summam dicamus) probat, seu potius declarat praefatam conclusionem hac ratione. Licetum est argumentari ab humanis ad diuina, at in nobis per actum intelligēdi procedit verbum ab anima ipsa dicente, ergo in deo per actum intelligēdi procedit verbum à Deo ipso dicente: & ex consequenti in Deo est processio. Hanc nimirum ratio & huius articuli litera sunt intellectu difficillima: quae semel intellecta, ceteris rebus quae de trinitatis mysterio discutiendae sunt, lucem afferent maximam, vt existimo: quamobrem in huius praesentis articuli interpretatione desidādum est magno opere. Nec te terreat obsecro, tam longa huius articuli disputatio: multum enim conducit ad intelligēda omnia quae de trinitate differunt, prius eius sensum percipisse: Cuius litera contextum intelligere penitus non valebis, vsque ad disputationem. 6. quaestione. 1. & ob id donec ad illum locum peruenias, bono animo esto: nam inibi tota huius articuli litera clarissima relinquetur. ¶ Atqui annotare oportet, sanctum Thom. in praesentia obseruasse methodum differendi, quā docet Augustin. 1. de trinita. ca. 2. videlicet quod in pertractatione de fide, praesertim de occultissimo trinitatis arcano, potissimum agendum sit factarum literarum testimonijs: deinde similitudinibus congruis vtendum, ad explanationem eorum quae fide tenentur. Quem ordinem etiam ipse obseruat in libris de trinitate, quod quidem fundamentū iacit Magister sententiarum in secunda distinct. libri

Error Sabellij.

Refellit Sabellium.

Potissima ratio quae probat conclusionem ex naturalibus.

Augustin. documentum.

primi, cum de trinitate incipit sermonem facere. Et hoc sanè Augusti. documentum in praesenti sequutus Sanctus Tho. primò probat conclusionem praefatam, videlicet quod in diuinis est processio, praedicta scripturae autoritate Ioa. 8. Rursum, eam illustrat exemplis naturalibus, & similitudinibus ex creaturis deductis. ¶ Super articulum istum plures profecto se offerunt disputationes, prior cum haereticis: & reliquae cum catholicis. Quas amore Iesu Christi redemptoris nostri patienter legas, si huius profundissimi mysterij aliquatulum notitiam habere exoptas. Hæc de commentario.

Plures de offertur: disputationes in praesenti articulo, cum haereticis, tum etiam cum catholicis.

DISPUTATIO PRIMA.

An possimus euidenter ex scripturis ostendere, Christum redemptorem nostrum & Spiritum Sanctum verum Deum, atque in diuinis plures personas esse.



HANC nempe quaestione diuus Tho. in articulo praesentis virtute tractat: & absoluit. Disputatio nem verò istam in 4. diuidendam partes existimamus: in prima namque, conclusionem de fide tenendam contra Arrium statuemus, & euidenter probabimus scripturae testimonijs filium Deum verum esse: in 2. abefactabimus Erasmi argumenta, quibus perperam vtitur in hac disputatione: in 3. aut argumenta Arrij proponuntur, & eis respondebimus: in 4. demum parte perfunctorie agetur contra Arrium de persona Spiritus Sancti, quoniam ab eo magis disputatum est de filio: & demonstrabitur, Spiritum Sanctum verum etiam Deum esse. Et postremò in eadē parte breuiter insuper oppugnabimus, & conuincemus sacris scripturis Sabellium: ex eisdē demonstrando in Deo plures personas esse. De quibus omnibus eleganter tractat Augustin. 1. de trinita. cap. 6. & infra per totum. Ad rem itaque accingamur, & quod polliciti sumus re ipsa praestemus.

Nota ordinem quem obseruatur in disputatione.

Prior

Prior disputationis pars.



Conclusio aduersus Arrium

CONCLUSIO ergo de fide tenenda quae promissimus statuere, sit. Ex sacris literis tum veteris tum noui testamenti, euidenter probatur Christum redemptorem nostrum verum Deum esse. Nimirum hoc est vnum ex praecipuis nostrae fidei fundamentis, ac proinde illud oportet esse firmissimum & pluribus scripturae testimonijs roboratum. ¶ In veteri sanè testamento aperta admodum sunt testimonia, quibus ostenditur messiam verum Deum esse, & ex consequenti Christum. R. N. qui est verus Messias in lege promissus, vt Arrius contra quem suscipitur disputatio, & omnes christiani fatentur, & fateri necesse est secundum factas literas. Esaias enim. 45. capit. loquens de Messia sub nomine Cyri, sic dicit. Tantum in te est Deus, & nō est absque te Deus, verè tu es Deus absconditus, Deus Israel saluator. Quo in loco Hieronym. in expositione horum verborum affirmat, apertissime demōstrari aduersus iudaeos Christum. R. N. esse verum Deum: Cuius verba sic habet. Quocumque se verterint, non valebit laqueos veritatis effugere: fac enim esse in Cyro Deum, & non esse alium praeter eum, qui sit in Cyro Deus. quo modo Cyri personae dici conueniat, verè tu es Deus absconditus, Deus Israel saluator: Ergo Deus in quo est Deus, dominus noster Iesus Christus rectius intelligitur & verius, qui in euangelio loquitur, ego & pater vnum sumus. Qui Deus appellatur absconditus, propter assumpti corporis Sacramentum: & Deus Israel saluator quod interpretatur Iesus. Hæc Hieronymus. Huc etiam accedit manifestissimum aliud Esaiæ testimonium, qui cap. 9. de vero Messia verba faciens, ita inquit: paruulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis. Et in Baruch cap. 3. sic legitur. Hic est Deus noster, & nō astimabitur alius aduersus eum. Et vt ostenderet se loqui de filio Dei vero Messia, paucis interpolitis, subiungit. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Longum esset cuncta recensere testimonia, quoniam praefata manifestè probant, verum

Veteris in scripturis testimonia ad conuincendum Arrium.

Hierony.

Messiam Deum redemptorem nostrum, verum Deum esse. Et animaduertat lector, aduersus nos non argumentari aduersus iudaeos, qui negat seruatore nostrum esse verum Messiam: nam si cum illis ageremus, profectò eis euidenter probarem innumeris testimonijs veteris testimonijs eum esse verum Messiam: sed duntaxat disputamus aduersus Arrium, qui fateretur ipsum seruatore nostrum esse verum Messiam, sed negat esse verum Deum: qui satis apertè conuincitur praefatis testimonijs, & cum apertius illi dē conuincemus. ¶ In nouo autem testamento innumera sunt loca luce meridiana clariora, quae praedicta conclusionē ostendunt. Quare omnia nos non adducemus, ne simus tedio lectori: sed aliqua, & ea quae ita manifestè conuincunt Arrium, vt nullum ei pateat subterfugium quòd elabi possit. ¶ In primis Paulus ad Rom. 9. ait. Ex quibus (scilicet iudaeis) est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Et. 1. Ioannis vltimo. Scimus quoniam filius Dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus verum Deum: & finis in vero filio eius Iesu Christo (vt habet lectio graeca) hic est verus Deus, & vita aeterna. Et Ioannes. 1. Deus erat verbum: & verbum caro factum est. Et ad Titum. 2. Apparuit gratia Dei saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, & aduentum gloriae magni Dei, & saluatoris Iesu Christi. Et ad Titum. 3. Cum autē benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri Dei. Iam vides his in locis, apertissime Christum redemptorem nostrum appellari Deum. Nec nos indigere aliquo syllogismo, vt id concludamus. Adducam⁹ insuper alia testimonia, ex quibus id euidenter colligatur: & texamus in hunc modum syllogismos: ¶ Christus est aequalis Deo; ergo est Deus. ¶ De collectione nemo sanae mentis dubitare potest, quandoquidem pugnat aliquem esse Deo aequalem; & non esse Deum: & antecedens expressè assertit Paulus ad Philippenses. 2. Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se equalem Deo. ¶ Insuper Christus est vnus cum Deo; ergo est Deus. Consequutio sanè liquidò constat sapientibus & insipientibus: antecedens verò affirmat Ioannes, primae suae canonicae capite. 5. tres sunt qui testimonium dant in caelo: pater, A ; verbum,

Non testis efficiat testis aduersus Arrium.

Primū argumentum

Secundū argumentum

A ; verbum,

verbum, & Spiritus Sanctus: & hi tres vnum sunt. Et idem affirmat ipse Christus salus nostra Ioannis. 10. Ego & pater vnum sumus, & Ioannis. 17. Mea omnia (inquit idem redemptor noster) tua sunt, & tua mea sunt. ac proinde eadem est natura & essentia vtriusque, patris scilicet & Christi.

3. Argu-
mentum.

¶ Præterea, Christus seruator hominum fuit ante Abraham: (vt constat ex illo Ioanis. 8. antequam Abraham fieret, ego sum.) & non fuit ante eum secundum humanitatem, seu temporalem natiuitatem (Abraham namque iuxta carnis natiuitatem præcessit Christum plusquam mille annis, & etiam vocatur filius Abraham Matthæi. 1.) ergo fuit ante Abraham secundum diuinitatem: atque adeo sequitur esse Deum.

4. Argu-
mentum.

¶ Rursus, quicquid est, aut est Deus, aut creatura: Christus redemptor noster non est creatura, ergo est Deus: consequentia cum maiori sunt manifestissima, & minorem probamus in hunc modum. Christus creauit omnia, & non creauit seipsum, nec creare potuit (vt constat) ergo non est creatura. Omnia liquet præter primam antecedentis partem, quam demonstramus expressis scripturæ verbis. Ioannis 1. omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. & ad Colossenses primo, in ipso condita sunt vniuersa in caelis & in terra, visibilia, & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt: & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Et ad Corinthios 8. vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Hoc est Augustini argumentum. in de trinitate capit. 6.

Quintum ar-
gumentum.

¶ Item Christus est Dei filius, ergo est Deus. Collectio sane euidens est, quoniam filius habet eandem naturam cum patre: Si igitur Christus Dei filius est, naturam diuinam habet, & ex consequenti est Deus. Antecedens autem probatur pluribus sacrae pagine autoritatibus. Matthæi. 3. Ecce vox de caelo dicens, hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. & idem habetur Ioanis. 6. & Matthæi. 16. tu es Christus filius Dei viui. & Marci. 14. rursus summus sacerdos interrogabat eum: & dixit ei. Tu es Christus filius Dei benedicti? Iesus autem dixit illi, ego sum. & Ioan. 9. audiuit Iesus quia ciecerunt eum foras, & cum inuenis-

set eum dixit ei. Tu credis in filium Dei? Respondit illi & dixit, quis est dominus vt credamus in eum? & dixit ei Iesus, & vidisti eum, & qui loquitur tecum ipse est. Et Lucæ. 1. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Et. 2. Petri. 1. Accipiens enim à Deo patre honorem & gloriam, voce delapsa ad eum huiusmodi à magnifica gloria. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipsum audite: & hanc vocem nos audiuius de caelo allatam, cum essemus cum ipso in monte sancto.

Huic argumento responder postulentissimus Arius, Christum redemptorem nostrum esse Dei filium adoptione, non naturam: nec verum Dei filium. Sed quantum ista responsio à veritate aliena sit, satis constat ex præcedentibus. Demonstrauimus enim nuper ex scripturis, verum Deum esse. & aduersus responsionem hanc opponimus ex illo Ioan. & sumus in vero filio eius Iesu Christo. ergo est verus Dei filius. Nullum certe expressius testimonium afferri potest, pro hac fide confirmanda contra Arium.

Coincitur

¶ Idem, omnes homines iusti qui prædestinati sunt à Deo in adoptionem filiorum, in hæreditatem gloriae, sunt Dei filij per adoptionem: igitur si Christus duntaxat esset Dei filius adoptione, & non natura: non esset vnigenitus Dei filius, quanuis esset primogenitus. Pugnat profecto esse plures filios, & vnum vnigenitum: at Christus est vnigenitus Dei filius, Ioanis. 1. vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. ergo non est adoptione filius, vt mendacio asserit Arius & impudenter.

Sextum ar-
gumentum

¶ Rursus, in ipso Christo habitata omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, vt dicit Paulus ad Colossenses. 2. ergo est verus Deus, & non creatura. Et tandem Paulus ex professo in epistola ad Hebraeos cõtendit veritatem istam probare. Cui enim (inquit capit. 1.) dixit aliquando angelorum, filius meus es tu, ego hodie genui te: & rursus, ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terrarum, dicit. & adorent eum omnes angeli Dei: & ad angelos quidem dicit. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis: ad filium autem. Thronus tuus Deus in seculum seculi. Et quam plurima alia ibi Paulus adducit, ad confirmationem

Septimum ar-
gumentum

veritatis. Si ergo Christus adoratur ab angelis, est conditor angelorum, & sedem habet in seculo seculi, necessarium est vt Deus sit. Nullus enim alius præter Deum angelos fecit.

nem huius veritatis. Si ergo Christus adoratur ab angelis, est conditor angelorum, & sedem habet in seculo seculi, necessarium est vt Deus sit. Nullus enim alius præter Deum angelos fecit.

Item qui iuxta humanam naturam paulo minor angelis est factus, quoniam pacto poterat esse angelorum conditor, si præter naturam humanam aliam non haberet naturam, scilicet diuinam? Quamplurima alia suppetunt argumenta ex sacris literis, grauissima quidem & efficacissima, à quibus superlegendam duximus: quoniam ea quibus vsi sumus, aperte satis conuincunt Arium.

A quo hæ-
relis Ar-
riani vitium
habuerit.
Et Ieroni-
mus.

¶ Hæc Ariariorum hæres initium habuit à quodam Ebione Apostolis conuocato. Contra hunc Ebionem (vt asserit beatus Hieronymus libro de ecclesiasticis scripturis) Ioanes omnium nouissimus scripsit euangelium, rogatus ab Asiæ episcopis: ideo diuinam edicere natiuitatem compulsus est. Hic error fuit damnatus in Concilio Nicæno trecentorum & decem & octo patrum, sub Constantino celebrato: cuius verba sic habent. Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium inuisibiliumque factorem: & in vnum dominum Iesum Christum filium Dei, natum ex patre vnigenitum: hoc est, ex substantia patris: Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum non factum, hominum, hoc est, consubstantiali patri &c. Idem definiuit concilium Ephesinum primum ducentorum episcoporum, sub Theodosio iuniore celebratum. Idem etiam decreuit concilium Chalcedonense, sub Martino imperatore & Leone Papa huius nominis primo. & deinceps idem error damnatur in omnibus alijs concilijs, in quibus facta est de fidei assertionementio, & hoc est quod cantat ecclesia in symbolo, consubstantiali patri: & in symbolo Athanasij episcopi, sed patris, & filij, & Spiritus Sancti vna est diuinitas, æqualis gloria, æterna maiestas &c. Hæc de prima disputationis parte.

Secunda disputationis pars aduersus Erasmmum.



ostri temporibus placuit Erasmo respondere pro Arrio, eiusque partes agere: nam in primis asserit ex

loco citato Ioan. 10. Ego & pater vnum sumus, non euidenter ostendi Christum redemptorem nostrum Deum esse, atque eiusdem essentia: cum patre. ¶ Et summa ratio nis eius hæc est. Vt demonstremus ex eo loco Christum esse eiusdem substantia: cum

Summa ratio
tionis Eras-
mi.

patre, oportet probare ex sacris literis, vni significare vnitate essentia: hoc autem probari nequit, quoniam frequenter in scriptura vnum significat vnitatem, & animorum concordiam: vt Ioan. 17. Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos. Ac rursus: vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vni sint. Quibus verbis satis constat, nomen, vnum, non significare vnitatem essentia:, sed vnitatem cõsensu, atque concordia: animorum. Verba Erasmi (vt clarius contestemur veritatem) in annotationibus super epistolam primam Ioanis capit. 5. sic habent. Dominus, Ioan. 10. dicit. Ego & pater vnum sumus: hoc testimonio quo modo prosterneretur Arius? nisi doceas, vnum in literis sacris non appellari, nisi quæ sunt eiusdem substantia: Nunc cum innumera loca suppetant, quæ docent intelligi de consensu, mutuaque beneuolentia, ad confirmandam opinionem orthodoxi valebit, ad retundendum hæretici pertinationam, non video quantum valeat. Quod autem Christus ibi loquatur de concordia quam habet cum patre, probabili coniectura colligitur. Et paulo inferius vnum autem est, nostrum sensum, semper ecclesie iudicio submittere, simulatque, claram illius sententiam audierimus. Hæc Erasmus.

Prima ob-
iactio ad-
uersus Eras-
mum.

¶ Porro aduersus Erasmmum insurgimus, probando ex eo loco euidenter colligi, Christum redemptorem nostrum esse Deum, atque eiusdem substantia: cum patre. Ad cuius explicationem animaduertere oportet, quid sit in eo loco subiecta materia de qua est sermo, & quis est scopus ac finis in quem verba Christi diriguntur: hoc enim necessarium est, ad scripturam intelligentiam. In eoque loco Christus longum sermonem facit de quibus suis, non rapiet (inquit) eas quiquam de manu mea, pater meus quod dedit mihi minus omnibus est, & nemo potest rapere de manu patris mei: ego & pater vnum sumus. Quibus verbis redemptor noster, ad ostendendum oues suas tutas esse, constituit hanc conclusionem.

Amora-
tio.

Servatoris nostri consilio.

¶ Non potest rapere quisquam eas de manu mea, id est, de potestate mea (manus enim in sacra pagina saepe numero assumitur pro potestate, ut constat Hieremiae. 18. sicut lutum in manu figuli, ita vos in manu mea domus Israel) & istam conclusionem probat Christus in hunc modum. Nemo potest rapere oves meas de potestate patris, quia pater qui dedit mihi maiorem omnibus est: (sic enim habetur in graeco, ut fatetur Erasmus ipse, supra Ioannem capite. 10.) ergo nemo potest rapere de potestate mea. Et quoniam poterat quis negare collectionem, subiungit: Ego & pater unum sumus. Nunc argumentamur, vel nomen unum significat eodem unitatem potestatis & essentiae: & si hoc dat Erasmus, dat quod volumus aduersus se ipsum. Si autem Erasmus respondeat, nomen unum significare unitatem, & concordiam animorum, ut asserit, sequitur rationem Christi, & collectionem nullius potestatis esse, quod est blasphemum. Nam si ita esset, argumentum Christi quipolleret isti: Ego & pater unum sumus, consensu & concordia animorum: nullus potest rapere oves de potestate patris mei, ergo nullus potest rapere de potestate mea. Iam vides quam parui momenti esset ratio Christi, si ita esset: quod asserit Erasmus. Ad hunc modum posset quis in gratia existens argumentari. Ego & Deus unum sumus concordia & consensu animorum, sed nemo potest pecuniam meam rapere de potestate Dei, ergo nemo potest rapere de potestate mea. Haec sane est vana collectio, & esset similis illi quam Christus facit, si ita esset sicut dicit Erasmus: ergo Christi ratio friuola esset. Ingentem blasphemiam. Igitur necessum est asserere, quod unum in praesentia significat essentiae & potestatis unitatem, ut Christi ratio alicuius momenti sit. ¶ Et iudaei multo melius intellexerunt Christum, quam Erasmus: nam iudaei audientes Christum cum dixisset, ego & pater unum sumus (sicut legitur isto loco) sustulerunt lapides, ut lapidarent eum: & assignantes rationem quare eum volebant lapidare, dicebant: de opere bono non lapidamus te, sed de blasphemiam: & quia tu homo cum sis, facis te ipsum Deum. ¶ Praeterea Erasmus loquitur de Ecclesia, non ut virum catholicum decet, cum ait. Pium autem

Iudaei melius intellexerunt servatorem nostrum quam Erasmus.

Secundum obiectio.

est, nostrum sensum ecclesiae iudicio submittere. Qui quidem loquendi modus impijssimus sane est. Cum enim quaedam sanctorum miracula referuntur, quae ecclesiae autoritate comprobata non sunt, dicere solemus, pium est ea credere: quasi non credere non fuerit error. At cum de fide ecclesiae adhibenda agitur, huiusmodi verbis nequaquam utendum est: sed longe aliter: nempe necessum est, & non solum pium ecclesiae credere, & nostrum sensum eius iudicio submittere. ¶ Insuper nescio quo spiritu impellente, falso & contra communem omnium sensum interpretatur potissima loca, quibus verum sumus ad probandum, Christum verum Deum esse. Et ne quis existimet, me ei non nihil falsitatis imposuisse, precor vos huic rei intentis animis esse. In initio Erasmus super epistolam ad Romanos capite. 9. dum exponit verba Pauli, haec inquam: ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula: asserit, postrema haec verba posse ita explicari, ut non intelligantur de Christo, sed de patre: eaque sic construit. Deus qui est super omnia, sit benedictus in secula. Placet eius verba referre. Ex quibus Christus iuxta carnem, hic colon, finit sententiam: mox ex consideratione tantae dei bonitatis, subijcitur gratiarum actio. id est, Deus qui est super omnia, sit benedictus in secula. Haec Erasmus. Item locum illum. 1. Ioannis. 5. ut cognoscamus verum Deum, & simus in vero filio eius (adde, ut habetur in graeco) Iesu Christo, hic est verus Deus, & vita aeterna. Sic construit. ut simus per filium in Deo patre, hic est verus Deus. Cuius verba eo in loco, sunt quae sequuntur. Potest enim hic esse sensus: ut cognoscamus verum Deum, & simus in vero. plus est enim esse in Deo quam nosse Deum: & in filio, sonare potest per filium: ut cognoscamus patrem per filium. Deinde particula quae sequitur, hic est verus Deus, refertur potest ad Deum verum patrem qui praecessit: hic, quem nominamus, in quo sumus per filium, verus sit Deus: haec ille. ¶ Hic plane Erasmus longe superavit Arrium, non ingenii subtilitate, sed grammaticali ruditate: profecto non est sane mentis homo, qui in hunc modum intelligat praefata loca: ipse etiam Arrius exhorre-

Tertia obiectio.

Iure reprobatum Erasmus velut homo qui communi sensu caret.

Quarta obiectio.

Confessio viam.

Forma rationis aduersus Erasmus.

Quinta obiectio.

Prima assertio Erasmi ad Titum.

Aduersus Erasmus Chryso.

exhorresceret huiusmodi adulterinam expositionem, ne iniquitate animi patefacta risum audientibus excitaret. Si sic liceret interpretari sacram scripturam, procul dubio nihil ex scriptura probari posset. Quae autem sinistra, & a veritate aliena sit eius interpretatio, cuius liquet qui non communi sensu caret. ¶ Praeterea testimonium illud Ioannis. 1. Deus erat verbum, ad hunc modum explicat, id est, verbum erat eiusdem essentiae cum patre. Et iste sensus est catholicus, & germanus literae. Secundo exponit sic, id est, verbum erat particeps essentiae diuinae. Erasmi verba haec sunt: erat Deus, hoc est, particeps essentiae diuinae: sive, ut melius dicam, graece Homousio, id est, eiusdem essentiae. ¶ Quo fit, ut si credendum est Erasmo, colligere Christum esse verum Deum ex hoc loco minime possumus: sed duntaxat ipsum esse Deum, vel diuinam essentiae participem, aut consortem: ut sunt beati & viri iusti, ex Pauli sententia ad Hebraeos. 6. Participes facti sunt spiritus sancti, & 2. Petri. 1. ut per hoc efficiamini diuinae confortes naturae. ¶ Iam vero argumentamur aduersus Erasmus, & rogamus an ipse credat Christum redemptorem nostrum verum Deum? Si negat Arrianus est: si fatetur, cur ita credit? Nam vel autoritate ecclesiae, vel autoritate sacrae scripturae: non scripturae, cum nulla loca sint manifestiora praefatis, ad conuincendam Christi diuinitatem, & tamen inde sua sententia id non probatur: quod si respondeat, credere ecclesiae autoritate: obicitur. Id quod duntaxat pius est credere, non necessum est credere: ille vero duntaxat ait pius esse credere ecclesiae, ergo non necessum est credere ecclesiae asserenti Christum verum Deum: atque adeo sequitur, illum nulla ratione, nec auctoritate conuictum credere Christum esse Deum: atque subinde nullo modo credere. ¶ Itidem in explicatione illius loci ad Titum. 2. Expectantes beatam spem, & aduentum gloriae magni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi, quam plurima asserit a veritate aliena. Primum asserit quod per magnum Deum possumus intelligere patrem: Id, inquit, ita legi potest, ut vtrunque pertineat ad Christum, Dei & saluatoris: aut prius pertineat ad patrem, posterius ad Christum. Haec nempe expositio torquosa quidem est, & contra sanctorum sententiam: Nam Chrysostramus, & Theophilus, &

Hieronymus vtrunq; tribuunt Christo: ut etiam ipse fatetur loco allegato. Adducit vero Ambrosium in confirmationem suae sententiae: quem dicit, magni Dei, referre ad patrem: & saluatoris ad Christum. Qui meo iudicio ei non patrociniatur: quod ut constat omnibus, ipsius verba subscribam oportet. Hanc esse, dicit, beatam spem credentium, quia expectant aduentum gloriae magni Dei, quod reuelari habet iudice Christo, in quo Dei patris videbitur potestas & gloria, ut fidei suae praemium consequantur: ad hoc enim redemit nos Christus, ut puram vitam sectantes, repleti bonis operibus, regni Dei haeredes esse possimus. Hucusque Ambrosius. Cui falso sane imponit, quod per magnum Deum intelligat solum patrem, & non filium: ut cuius liceat intueri. ¶ Assuerat secundo irreuerenter, testimonium Pauli citatum Arrianorum sententiae non aduersari, imo magis pro eis facere, quam pro nobis: quantumvis Chrysostramus, Theophilus, & Hieronymus exulcent aduersus Arrianos, ut illius utar verbis, quae sic habet. Chrysostramus, ac Theophilus vtrunq; tribuunt Christo, & item Hieronymus: exultantes aduersus Arrianos, ceu victores: cum sermo plane sit anceps, imo magis pro illis facere videatur, quam pro nobis. Primum negari non potest, quin sermo Graecus sit ambiguus, & ex aequo pertineat ad sensum vtrumlibet. Haec Erasmus. ¶ Profecto Erasmus, ni fallor, pugnantia loquitur his verbis: quod quidem in hunc modum probamus. Quoniam si sermo est anceps, & ex aequo pertinet ad sensum vtrumlibet (ut fatetur) hoc est, ad sensum quem assignant Arriani, & ad eum quem assignant catholici: quoniam pacto magis fauet Arrianis, quam catholicis? Non igitur Erasmi assertiones coherent. ¶ Item, si ita est ut concedis, quod iste locus ex aequo pertinet ad sensum Arrianorum, & catholicorum: cur potius tibi placet sensus qui fauet Arrianis, quam qui catholicis? At forsitan dixerit Erasmus in hanc descendisse sententiam, propterea quod prouinciam Arrianorum susceperit defendendam: quam impietatem fidelium aures vel audire formidant. Munus enim catholicorum est, communitate veritate ex locis sacris, haereticorum in sacula depellere & prostrigare. ¶ Ad haec, praefatus locus (ut fatetur Erasme) fauet Arrianis: ergo

Stomus. Theophilus & Hieronymus.

Ambrosius.

2. Erasmi assertio.

Sexta obiectio.

sentus eiusdem loci fauet Arrianis. Nunc percontamur, an loquaris de sensu vero, an de sensu falso? Si das secundū, ergo predictus locus in nullo fauet Arrianis: pugnat enim eum locū fauere Arrianis iuxta sensum falsum, quādoquidem falsum sensum scriptura non continet: Si autem des primum, videlicet sensum verum scripturę fauere Arrianis, qui asserunt Christum non Deum verum esse: igitur iuxta verum sensum scripturę sustineri potest, Christum non esse verum Deū. Quę nulla maior hæreticis excogitari potest. *Admonet reus* Lectorem in præsentia admonitum esse optamus, vt huiusmodi modum loquendi Erasmi caueat. Quauis enim hæretici malicia sua occasio nem sumant ex scripturis, prætexendi suos errores: im piū tamen est fateri, scripturę testimonia eis fauere, aut (quod idem est) pro eis facere: vt sententia, quidem, mea iam argumento ostensum est. Tertio ait, quāuis præfatus locus intelligatur de Christo, nihil concluditur aduersus Arrianos, qui fatentur Christum esse Deum, & magnum Deum, sed negant ipsum esse verum Deum: verborum forma Erasmi hæc est. Arriani quidam hunc quoque locum accipiunt de filio, & tamen non credunt quod nos credimus: magnum enim Deum fatentur, verum, negant. Hęc ille. Et ad Philippenſes. Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se equalē Deo. Non video, inquit, quid hic locus propriē faciat aduersus Arrianos, qui non negabāt Dei filium esse Deum, imō & magnum Deum fatebantur, & benedictum super omnia Deū. Aduersus istam Erasmi assertionem insurgimus. Aut colligitur ex scripturis Christum esse verū Deum, aut non. Si primum concedas: cur igitur non impugnas, neq; refutas ex scripturis Arrianorū sententiam? an quia voluisti eorum tutari errorem? Si fas est hoc suspicari de te: si autem fateris, non id probari ex scripturis, ergo salua veritate scripturarū defendi potest, Christum nō esse verum Deum: quod est hæreticum. Item, in scripturis duntaxat est vnicum testimonium, quo expressē & aperta denominatione Christus redemptor noster appellatur verus filius Dei, & verus Deus: illud scilicet. Simus in vero filio eius (adde vt habetur in græco) Iesu Christo, hic est verus Deus. At istum locum, tu contra communem hominum sen-

sum, & vim vocabulorum interpretaris de patre: in hunc ergo exitum omnis tuus labor, nimiaque diligentia in explanandis sacris literis defudat, vt defendas, ex eis Christum non probari esse verum Deum. Contēdis igitur euertere omnia fidei fundamenta, vt Arrius. Ad Titum autem, verba illa, apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei, explicat de patre, & non de filio. Ait enim, quod Deum saluatorem vocat, magis ad patrem referendum videtur, quā ad filium: & affirmat, Hieronymum sic intellexisse locum istum. Hieronymi verba sic habent. Diligentius attendamus, & inueniemus in præfati capitulo manifestissimam Trinitatem: benignitas quidem & clementia saluatoris nostri Dei, non altitius quā Dei patris. At iudicio meo Hieronymus non suffragatur Erasmo: Hieronymus siquidem non asserit, quod per saluatorem debemus intelligere patrem duntaxat: Sed quod per saluatorem Paulus intelligit Christum, qui non est alius Deus à patre. Hoc autem grammatici perfecta theologia notitia carentes non intelligunt. Insuper, super Ioan. cap. 20. in expositione illorum verborum, dominus meus, & Deus meus. Hic est, inquit, vnus locus, in quo palam euangelista Christo Dei vocabulū tribuit: aliō qui cum innumera sint argumenta in libris noui testamenti, quibus euidenter liquet pijs mentibus, Christum Deum pariter atque hominem fuisse: tamen infrequens est apertē dici Deum. Aduersus istam Erasmi assertionem opponimus. In primis manifestē falsum est quod dicit Erasmus, scilicet euangelistam in his verbis tribuere Christo nomen Dei: nam euangelista in eis non asserit Christum esse Deum, sed Thomam dixisse dominus meus & Deus meus. At assertio euangelistę vera quidem est, etiam si dato impossibili, Christus non esset Deus: & Thomas non dixisset verum. Sicut idem cap. 9. asserit cæcum dixisse. Scimus autem quia peccatores Deus non exaudit. Quę quidem Ioannis assertio vera est, quauis falsum sit, quod cæcus affirmat, teste Augustino super Ioannem tractatu. 44. Secundō aduersus eum obicitur, quoniam inter omnia testimonia quibus seruator noster apertē vocatur Deus, hoc est minus, efficax aduersus Arrianos. Dicunt enim Arriani, quod Thomas id dixerit per admi-

rationem loquens cum patre: perinde ac si dixisset. Benedictus sis pater æternus Deus meus & dominus meus, quia hominē mortuum suscitasti. Quę quidem responsio, quauis hæresim contineat contra ecclesię definitionem, tamen non posset facilē labefactari, non admissa ecclesię determinatione, quam ipsi negant, vt hæreticis omnibus commune est. Dicerent etiam Arriani, quāuis illa verba Thomę non intelligantur de patre per admirationem, sed de Christo: dicerent, in quā, ex eis non colligi Christum esse Deum: Sed quod Thomas dixerit Christum esse Deum. At non valet (inquit) Thomas tunc dixit, ergo est verum. Quoniam eo tēpore non erat in gratia confirmatus, & pauld ante fuerat incredulus: ac perinde poterat peccare, decipi, & falsum asseuerare. Quod autem præfata responsio sit contra ecclesię definitionem, constat in. 9. Synodo Constantinopolitana actione. 4. definitione. 12. quę habetur inter. 14. definitiones, quę ponuntur in fine synodi, & etiam post patrum subscriptiones, Quę quidem definitione damnatur impiissimus Theodorus, qui inter alias innumerales eius blasphemias asseruit, Christum non esse Deum: & illa verba Thomę non esse intelligenda de Christo: sed miraculo resurrectionis obstupescens Thomę glorificasse Deum, qui suscitauit Christum: Hęc concilium. Insuper querimus ab Erasmo, cur alia loca præfata, in quibus apertissimē Christus vocatur Deus, omisit: innititur autem huic, tanquam fortissimo & efficacissimo, ad probandum Christum Deum esse, cum sit reliquis debilior? Respondit aliquis, forsā id fecisse, vt propositus tanquam omnium efficacissimus: facilius retorqueri posset in Arrianorum fauorem. Tandem, vt finem faciamus disputandi cum Erasmo, quādo euangelista affirmasset hoc in loco Christū esse Deum: (si Erasmo credendum est) nihil concludi aduersus Arrianos: qui, vt testatur ipse, fatentur Christum esse Deum, & magnum Deum: sed non verum Deum. Etiam silentio non debet præteriri, id quod modō asserit Erasmus: scilicet quod ex scripturis euidenter liquet pijs mentibus esse Deum: inueniens id non ita liquere pijs mentem non habentibus: quod sanē verum nō est. Quoniam vt de sacro Bibliorum fonte adductis testimoniis probauimus, luce cla-

rius vtriusq; & pijs & impijs liquet. Quod etiam docet August. de Trinitate cap. 6. cuius verba sic habent. Qui dixerūt dominum nostrum Iesum Christum non esse Deum, aut non esse verum Deum, aut non cum patre vnū & solum Deum, aut non esse immortalem quia mutabilem, manifestissima diuorum testimoniorum, & cōsona voce conuicti sunt. Quam quod dicit esse infrequens in scripturis, Christum apertē dici Deum, patienti animo sustinori non potest. Consideranti enim quę superior dicta sunt, manifestum erit, scriptissimē Christum vocari Deum. In confutationē opinionis Erasmi hæc dicta sufficiunt: in quo negotio eadem verba, quibus sententiam hanc protulit, è suis scriptis fideliter desumpta sunt: ne (quod fieri solet) mihi vitio vertatur, id, quod prius non expenderim, reprehendisse. Quamobrem viros bonarū literarum studiosos, & quicumque Christiana pietate cęsetur, præcauere adhortor: ne securo animo aut parum attento illius scriptis incumbant. Experimēto enim non sine aliquorum malo didicimus, complures qui Erasmi doctrina delectabantur, notam hæreses incurrisse: atq; inde ab illius pestis censoribus fuisse animaduersos. Idem in concilio Senonensi sessione. 17. improbat Erasmus, verba concilii sunt. Nusquam legitur Dei cognomē apertē tribui domino in apostolorum & euangelistarum literis, præterquam in duobus aut tribus locis: error fauens Arrio.

Tertia disputationis pars.



Vm duas disputationis partes absoluerimus, restat nobis terra, in qua argumenta Arrii adducenda sunt: quibus necessum est nobis respondere. Primum igitur argumentum Arrii, in hęc modum procedit. Filius Dei aliquid ignorat, ergo non est verus Deus. Probat autem antecessens Marci. 13. & Marth. 24. De die autem illo vel hora nemo scit: neque angeli in cælo, neque filius, nisi pater. Principiō oportuerit ex scripturis proferre Arrium: secundō autem, eius argumento, quod nullius momenti est satisfa-

Admonet reus autor lacto rem.

3. Assertio Erasmi.

Septima obiectio.

Augustinus.

Cauendam Erasmi doctrinam.

Cōcilium Senonense.

Primum argumentum.

Arrii cōfutatio.

fatissacere. In initio satis aperte convincitur Arrius, ex illo ad Colossens. 2. In Christo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae absconditi. Ergo scit diem iudicii. Hinc accedunt verba illa Christi cum patre loquentis Ioan. 17. Mea omnia tua sunt, & tua mea sunt: ergo notitia, quam pater habet de die iudicii, est etiam filii: & ex consequenti filius scit diem iudicii. Praeterea Paulus. 1. ad Corinth. 1. vocat Christum Dei virtute & sapientiam, fieri autem nequit ut sapientia sit ignorans: non ergo Christus diem iudicii ignorare potest. Et denique, euidenter ostendimus eum esse verum Deum: Deo autem (ut dicit Paulus ad Hebreos. 4.) omnia nuda & aperta sunt: fieri igitur non potest, ut diem iudicii ignoret saltem quatenus Deus.

Responsio ad primum argumentum Arrij. Reliquum fuerit ut argumento eius respondeamus. Ambrosius libro. 5. de fide cap. 8. responderet illam particulam, nec filius, additam fuisse ab Arrianis: eius verba sic habent. Veteres codices graeci non habent quoddam nec filius scit: sed non mirum si & hoc falsarunt, scilicet Arriani. Et Hieronymus super Matth. cap. 24. idem videtur respondere. In quibusdam latinis codicibus, inquit, additum est neque filius: cum in graecis, & maxime Adamantii & Prerii exemplaribus, hoc non habeatur scriptum.

Ambrosius. Caterum eorum responsio nunc locum non habet, quoniam ecclesia admittit particulam illam. Quocirca nostra nihil refert an in graeco habeatur vel non. Concilium etiam Tridentinum vulgatam latinam editionem cum omnibus suis partibus, de prae duobus postremis libris Eisdem, approbat ut canonicam scripturam: cuius verba haec sunt. Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in ecclesia catholica legi consueverunt, & in veteri vulgata latina editione habentur, pro sacris & canonicis non susceperit: & traditiones praedictas sciens & prudens contempserit: anathema sit. Gregorius Nazianzenus. 4. libro sua Theologiae in fine, responderet: Christum ignorare diem iudicii, non quatenus Deum: sed quatenus hominem. Nouit quidem, ait, ut Deus: ignorare autem se dicit, ut homo. Et Ambrosius supra Lucam cap. 17 in eandem descendit sententiam. Temporum finem (inquit) non per naturam hominis, sed per naturam Dei nouit. Eidem videtur subscribere sententiae Cyrillus lib. 9. thesauri cap. 4. Verum nos intelligimus

Cecilius Tridentinum. Et Hieronymus. *Gregorius Nazianzenus.* *Ambrosius.* *Cyrillus.* *Authoris sententia.*

praefatum testimonium aliter: hoc est, filium quatenus Deum, & quatenus hominem scire diem iudicii: quoniam seruator noster ut Deus & homo, futurus est iudex viuorum & mortuorum: & ad statum & beatitudinem eius, ut est futurus iudex viuorum & mortuorum, spectat scire diem iudicii. Nihilominus istorum doctorum sententiam vera esse dicimus iuxta hunc sensum: Christum scilicet secundum naturam humanam, id est, secundum facultatem humanae naturae, nescire diem iudicii. Quae sane optimali loci praesentis expositio est. Et istum sensum assignat Caietanus super Marcum cap. 13. Diuus Thomas contra gentes. 4. cap. 8. alio modo explicat locum illum. Pro cuius intelligentia praemittimus, quoddam secundum communem modum loquendi, nos dicimus nescire, quod secretum scimus. Communis autem sermo conformis est modo loquendi scripturae: quae quidem suppositio est Augustini in 1. de Trinitate cap. 12. Cuius verba sunt. Nesciremus, quisque dicitur, quod occultat. Et paucis interpositis, neque enim aliquo genere loquuntur scripturae, quod in consuetudine humana non inueniatur: quia utique hominibus loquuntur. Nunc respondemus, quod praefata verba Christi sic sunt accipienda. Filius nescit, hoc est, filius nescit diem iudicii, ad dicendum & propalandum aliis. Et haec etiam est expositio Hieronymi ubi supra, & Ambrosii, qui sic ait: Horam nouit, sed nouit sibi: mihi nescit. Et ita intelligunt Theophilatus, Basiliius, & Augustinus ubi supra. Aliam rursus praefato loco assignare possumus explanationem, iuxta Augustini sententiam loco allegato: videlicet, esse quidem consuetum loquendum in scripturis, ut Deus dicatur aliquid cognoscere: cum illud facit nos cognoscere: sicut habetur Genesis. 22. nunc cognouit quod timeas dominum, id est, fecit te cognoscere. Et opposito modo, nonnuncquam Deus dicitur nescire, quod non facit nos scire. Quo fit, ut Christus redemptor noster dicat se nescire diem iudicii: quia non facit nos eum scire. Et per haec quae diximus, affatim satisfactum est seruiolo Arrii argumento: quod videlicet filius dicitur nescire diem iudicii, aut quia nescit illum per facultatem naturae humanae, & vires eius naturales: aut quia nescit ad dicendum, aut quia non facit nos scire. Aduersus tamen

Obseruatio. *Augustinus.* *Expositio plurium sanctorum & docto- rum.* *Annotatio.*

Responsio ad confirmatio- nem. *Augustinus.*

Annotatio. *Summa ref- p-sonis ad argumen- tum.*

Corollarium. *Obiectio S. Tho.*

Sancti Thomae praefatam responsionem obijcimus: filius nescit diem iudicii ad dicendum, ergo consimili modo pater nescit ad dicendum: fallum ergo est dicere, quod filius nescit, & pater scit. Respondemus filium quidem quatenus hominem, nescire ad dicendum: patrem vero scire ad dicendum, & reuelandum animae Christi: quandoquidem ei reuelauit Deus diem iudicii, pater. f. & etiam filius, &c. SS. Secundo argumentatur Arrius: solus pater est Deus verus, quod probat Ioan. 17. haec est vita aeterna, ut cognoscant te solum Deum verum: ergo filius non est Deus verus. Et secundo idem confirmat. Solus pater est rex regum & dominus dominantium, & habet immortalitatem: ergo solus pater est verus Deus, & non filius. Assumptum autem corroborat ex illo. 1. ad Timotheum vltimo. Seruus mandatum sine macula irreprehensibile, usque in aduentum domini nostri Iesu Christi: quem suis temporibus ostendet beatus & solus potens rex regum, & dominus dominantium: qui solus habet immortalitatem & lucem habitat inaccessibilem. Ante omnia confirmatio haec nullius ponderis est: quandoquidem Paulus his verbis non loquitur dumtaxat de patre, sed de Deo: qui communis est patri, filio, & Spiritui Sancto. Ut docet diuus Thomas. 4. contra gentes capit. 8. & Augustinus. 1. de trinitate capi. 6. qui sic ait: nec pater proprie nominatus est, neque filius, neque Spiritus Sanctus: sed beatus & solus potens rex regum, & dominus dominantium: quod est vnus solus & verus Deus, ipsa trinitas. Et quod per haec verba non excludat filium, quominus sit rex regum & dominus dominantium, liquidum constat apocalypsis. 19. ubi Ioannes sermonem faciens de filio, ait: vocabatur nomen eius verbum Dei. Et infra, habet in vestimento & in femore suo scriptum Rex regum & dominus dominantium. Porro ut explicemus argumenti propositi difficultatem, notandum est: quod in sacris literis, & in propositione enuntiante de diuinis personis, in qua praedicatum est essentiale, dictio exclusiua significat alterius naturae ad diuinam exclusiua, & non personae. quod sic ostendimus. Nam Matth. 11. habetur, neque patrem quis nouit, nisi filius: id est, tantum filius nouit patrem. Quae quidem assertio falsa profecto esset, si particula illa exclusiua solummodo excluderet personam: quoniam sen-

Responsio. *Secundum argumentum Arrij.* *Confirmatio.*

Responsio ad confirmatio- nem. *Augustinus.*

Annotatio.

Responsio ad confirmatio- nem. *Annotatio.*

Responsio ad confirmatio- nem. *Annotatio.*

sus eius esset: persona filij cognouit patrem, & nulla alia persona: quod haereticum quidem est asserere. Etenim Spiritus Sanctus nouit patrem: & ipse pater nouit se ipsum. Necesse igitur est, praedicti loci sensum huc esse: filius nouit patrem, & nulla alia res alterius naturae nouit patrem. Vbi liquidum constat, particulam illam exclusiuam dicere naturae exclusiuae: & non personae. Ex quibus colligitur, sensum illius propositionis quam assumpsit Arrius, in argumento: solus pater est verus Deus. Si illa concedenda sit, sensum, inquam, eius hunc esse. Pater est verus Deus, & nulla res alterius naturae est verus Deus. Quoniam modo loquendi, filius & Spiritus Sanctus a veritate diuinae naturae non excluduntur: & per haec argumenti Arriani vis diluitur, ut satis liquet. Ex quibus sumi potest etiam responsio ad confirmationem, scilicet quod quauis Paulus asseruisset, quod solus pater est rex regum & dominus dominantium: non propterea excluderetur filius, & Spiritus Sanctus, quominus esset rex regum & dominus dominantium. Observandum est quod docet magister sententiarum in 1. dist. 11. art. 2. quod non videtur debere dici a nobis verbis nostris utentibus, nisi ubi sermo autoritatis occurrit: solus pater est Deus, vel pater est solus Deus: ita de filio & Spiritu Sancto dicimus. haec magister. Et hoc etiam docet Sanctus Thomas. 1. parte quaest. 31. art. 4. Qui in calce articuli loquens de hac propositione: solus pater est Deus. asserit quod ex verbis illa est falsa: & subiungit. Vnde non est extendenda talis loquutio, sed praeponenda sicut inueniatur in authentica scriptura. Haec Sanctus Thomas. Et est expressa Augustini sententia. 6. de trinitate cap. 9. Quoniam, inquit, ostendimus quomodo possit dici solus pater, vel solus filius consideranda est illa sententia qua dicitur, non esse solum patrem Deum verum solum: sed patrem & filium & Spiritum Sanctum. Si quis enim interroget: pater solus vtrum sit Deus, quomodo respondebitur: non esse. Haec Augustinus. Propriissime ergo de trinitate dicitur, quod est solus Deus: atque de diuina essentia. Propterea opponit Arrius: in filio est indigetia, ergo filius non est verus Deus: quoniam a veritate diuinae naturae pertinet nullo indige re: iuxta illud Psalmi, 15. Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non egesset. Probat autem assumptum, quia recipit a patre, & recipere est indigetia. Quod autem filius a patre recipiat,

Corollarium. *Argumentum.* *Responsio.*

Annotatio.

Responsio ad confirmatio- nem. *Annotatio.*

Responsio ad confirmatio- nem. *Annotatio.*

Responsio ad confirmatio- nem. *Annotatio.*

piat, ostēdit ex illo Matthei. 11. Omnia tradita sunt mihi à patre meo. Et Ioannis. 3. Pater diligit filiū, & omnia dedit in manu eius. ¶ *Confirmatio.* Insuper obijcit: filius audit à patre, & pater filio demonstrat omnia quæ ipse facit & adiuuat illum: at audire ab alio, demonstrari, & iuari sunt indigētis: ergo in filio est indigentia, atq; perinde nō est Deus verus. Maiorem autem corroborat Ioan. 15. Omnia quæcunq; audiui à patre meo, nota feci vobis. Et Ioan. 5. Non potest filius à se facere quicquā, nisi quod viderit patre faciētem. Et infra. Pater enim diligit filiū, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit: & maiora his demonstrabit ei opera. ¶ Hæc Arrii argumenta procedunt ex falsa scripturæ intelligentia: quocirca vt testimonia præfata intelligamus, & quæ plurima alia id genus, notandum est. ¶ Quod pater per generationem æternam cōmunicat filio omnia quæ habet, dēptā paternitate: suam videlicet essentia, in finitam scientiam, potentia & virtutem agēdi, & alia essentia attributa: vt cōstat illis verbis Ioan. 16. Omnia quæcunq; habet pater mea sunt. Et Ioan. 17. mea omnia tua sunt, & tua mea sunt. Et Ioan. 10. Pater quod dedit mihi maius omnibus est. id est, essentia quam mihi cōmunicat, res maior omnibus est. Et Ioan. 5. Sicut enim pater habet vitam in semet ipso, sic dedit & filio vitam habere in semet ipso. ¶ Nunc asserimus: quod pater dicitur demonstrare omnia filio, quoniam per generationē æternam illi communicat in finitam sapientiam quam habet: & filiū audire à patre, ab eoq; demonstrari omnia: nihil aliud est, quā recipere à patre per generationē æternam, infinitā eius sapientia: & quoniam filius recipit per eandem generationē, infinitam potentia & virtutem agēdi à patre: non potest filius à se facere quicquā, vt ipse de se ipso testatur. Quia sicut filius non potest esse nisi à patre, (nam si à se esset, iam filius nō esset) ita non potest agere nisi à patre: quādoquidem esse & agere, in diuinis idē sunt. filius tū per se operatur, quia per propriā naturā. Et ad hoc insinuandū, postq̄ dixit non potest filius à se facere quicquam &c. subiungit: quæcunq; enim ille facit, hæc & filius similiter facit. Et hoc pacto interpretatur præfata testimonia Augustinus super Ioan. cap. 5. tractu. 21. & Sanct. Thom. eodē loco. Et quoniam materia hæc intellectu difficilis est, & cognitione digna: libet eorū ex

Confirmatio.

Notandum.

Nota.

Augusti.

pressa verba referre. Dicitur igitur pater, inquit, S. Thomas, omnia quæ facit demonstrare filio, in quantum cōmunicat ei notitiam omnium suorū operum: Sicut igitur magister dicitur demonstrare discipulo, in quantum dat ei notitiā eorū quæ facit. Vnde secundū Augustinum, demonstrare patre filio, nihil aliud est, quā patre generare filiū: & filium videre quæ pater facit, nihil aliud est, quā filium esse: & naturam à patre recipere. Hæc ille. Et Ioan. 15. Sic ait. Cum enim audire, sit scientiā ab alio accipere: audire filium à patre, nihil aliud est, quā scientiam ab eo accipere: scientia autem filij est eius essentia, filium ergo audire à patre, est accipere essentiam eius ab eo. hæc etiā ille. Augustinus autē super Ioānem cap. 5. tractu. 21. in hunc modum loquitur. Sic ergo demonstrat pater re quā facit filio, vt in patre videat omnia filius: & in patre scit omnia filius: vidēdo. n. natus est, & nascēdo videt: sed nō aliquando non erat natus, & postea natus est: sicut non aliquando non vidit, & postea vidit: sed in eo quod est illi videre, in eo est illi esse: in eo est illi natū esse: in eo est illi permanere: in eo est illi non mutari: in eo est illi sine initio & sine fine persistere. Non ergo carnaliter accipimus, quia pater facit opus, & demonstrat filio: & videt filius opus quod pater facit, & facit illud in alio loco, aut de alia materia. Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Verbum patris est filius, nihil dicit deus quod non dixit in filio: dicendo enim in filio, quod facturus erat pater per filium: ipsum filiū genuit, per quæ faceret omnia. Haftenus Augusti. Cuius verba, quæ alioquin cognitu difficilima erāt, vt reor, ex his quæ diximus clara reliquuntur. Quod si allegata testimonia possent intelligi de Christo secundum humanitatē, facile nēpe possemus respondere: cōcedēdo in Christo secundum humanitatē indigētia aliquā esse: indigebat enim cibo & potu. Sed ea nō posse isto modo intelligi, asserit. S. Tho. super Ioan. cap. 5. ¶ His igitur prælibatis, facile erit Arrianorū respondere argumento, negādo in filio esse indigētia: & q̄ recipere à patre, audire ab eo, demonstrari ab eo omnia, eo modo quo explicauimus, indigentis sit. Quandoquidem sua essentia ab æterno, per generationem habuit à patre omnia quæ pater habet. neque aliquando caruit, neque carere potuit aliqua perfectione: quod

Augusti.

Responsio.

Obiectio. quod quidem ad indigentem spectat. ¶ Cæterum aduersus assertionē quā dicimus, filium ab æterno recepisse à patre omnia quæ habet: sic obijcimus. Matth. 28. post resurrectionem dixit Christus. Data est mihi omnis potestas in celo & in terra: & ad Philipenses. 2. dicit Paulus, q̄ Deus dedit Christo nomen quod est supra omne nomen: quia fuit obediens vsq; ad mortem: ergo eā potestatem & illud nomen ab æterno non habuit à patre. ¶ Quod huic obiectioni satis faciamus, aduertēdum est. quod ea quæ ab æterno Christus habuit à patre, in tempore hominibus manifestata sunt: quorum quidem manifestationem exposulat à patre, cum ait Ioan. 17. Pater venit hora, clarifica filium tuū. Id est, vt exponit Sanctus Thomas, loco allegato ca. 17. Manifesta toti mūdo me esse filium tuum. Et infra: clarificame tu pater apud remetipsum, claritate quā habui priusquam mundus fieret. In quorū verborum explanatione D. Thom. 4. contra gentes cap. 8. Perit, inquit, vt sua gloria, quam ab æterna à patre recipit vt Deus, in eam iam homine factō esse declararetur. ¶ His præmissis, dicimus esse consuetum scripturæ loquendi modum, vt aliqua dicantur esse vel fieri, cum innotescunt hominibus. Quo fit, vt post resurrectionem concedatur, vniuersalem potestatem datā tunc fuisse Christo à patre, atq; nomen Dei illi fuisse collatum: quoniam tunc per ipsam resurrectionē, & ascensionē in cælos, & discipulorū prædicationē, manifestatū est mūdo Christum esse verum Deum: & habere omnem potestatem in celo & in terra. ¶ Item insurgit Arrius. filius est minor & inferior patre Ioan. 14. pater maior me est: & est subiectus patri. 1. ad Corinth. 15. Cum autem subiecta fuerint illi omnia, tūc & ipse filius subiectus erit, scilicet patri, qui subiecit sibi omnia: & obediens patri: ad Philipenses. 2. factus est obediens patri vsq; ad mortem: & rogar patrem, Ioan. 14. ego rogabo patrem: & habet mandatum à patre, Ioan. 13. Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio: & clarificatur à patre, vt cōstat ex superiori testimonio: & fuit suscitatus à patre, ad Ro. 8. Deus suscitauit Iesum Christū à mortuis: & exaltatus est à patre, actuum 2. Dextra Dei exaltatus: & est factus à patre, ibidem actuum 2. Certissimē ergo sciat omnis domus Israël, quia dñm eum & Christū Deus fecit, hunc Iesum quem vos crucifixi stis: ergo filius nō

Aduertendum.

Responsio.

Quartū argumentum.

est verus Deus: nā hæc omnia pugnant cū veritate diuinæ naturæ. Et etiā quia si Deus verus esset, æqualis esset patri: at oppositū probant præfata testimonia, eum scilicet esse minorem & inferiorem patre. ¶ Huic autem ultuoso argumento respōdemus negādo collectionem: ea namq; omnia reddūtur vera de Christo, secundū naturam humanā: sed secundū naturam diuinā est æqualis patri: vt ipsa veritas de se affirmat Io. 10. Ego & pater vnus sumus: & secundum eā, propria virtute exaltauit seipsum: iuxta illud Psal. 20. exaltare domine in virtute tua: & se ipsum suscitauit, vt colligitur ex illis verbis Ioan. 10. potestatem habeo ponendi animā meam, & iterū sumendi eā: ipse etiam clarificauit patrem, Ioan. 17. clarifica filium tuū, vt & filius tuus clarificet te. Et satis superq; nuper probauimus esse æqualem patri, atq; verum Deū. ¶ Ad hæc Arrius arguetur: ad Deū pertinere distribuere regni: cælestis sedes & præmia, sed id ad Christū non pertinet, Matth. 20. Sedere ad dextram meam vel sinistrā non est meū dare vobis, sed qui bus paratum est à patre meo: ergo Christus non est Deus. ¶ Hoc Arrii argumentū nullā prorsus vim habet: quandoquidē res apertissima est in euāgelio, Christū conferre hominibus gloriam: atq; beatitudinis præmia pro cuiusq; meritis distribuere, vt constat Ioan. 10. oues meæ vocē meā audiunt, & ego cognosco eas, & sequūtur me: & ego vitam æternam do eis: & Ioan. 5. pater omnē iudicium dedit filio in celo & in terra: ad iudiciū autē plenitudo diuine potestatis spectat, pro meritis præmia tribuere. Et Matth. 25. Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cū eo: tūc sedebit super sedem maiestatis suæ: & congregabūtur ante eū omnes gētes: & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hædis, & statuet oues quidē à dextris suis, hædos autē à sinistris. Tūc dicit rex his q̄ à dextris eius erūt, venite benedicti patris mei, possidere paratū vobis regnū à cōstitutione mūdi. &c. Et 2. ad Corin. 5. omnes enim nos manifestati oportet ante tribunal Christi vt referat vnusquisq; propria corporis, putgesit sue bonū siue malū. Et ad Timo. 4. reposita est mihi corona iustitiæ, quā reddet mihi dñs in illa die iustus iudex: non solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius. Quibus testimonij & quæ plurimis alijs, quæ euitādæ molestiæ gratia omit

Responsio.

Quintū argumentum.

Responsio.

timus,

timus, lucè clarius constat, ad Christum pertinere pramia regni caelestis impertiti. Nec testimonium quod adducit Arrius, eius suffragatur: quoniam sensus eius est. Sedere ad dexteram meam vel sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo. Non est meum dare vobis beatitudinis pramia sine meritis, vt vos postulatis: sed secundum legem patris mei ea collaturus sum ijs, qui bonis operibus illa meriti fuerint. ¶ Porro ad maiorem huius loci explicationem, oportet vt verbi propositi sensum, ex his quæ antecesserant, sumamus. Præmittitur namq; quod mater filiorum Zebedæi accesserit ad Iesum, petens vt vnus filiorum eius federet ad dexteram, alter ad sinistram: ad quod quidem petendum, fiducia consanguinitatis, quæ illi cum homine Christo intercedebat, incitata est. Voluit ergo Christus repellere rationem & causam, quæ ipsa honorè filijs tribui exposulabat: inueniens, non est meum dare vobis: ea scilicet de causa quæ petitis, propter affinitatè & cognationè quæ mecum est: sed propter merita, iuxta patris mei æterni dispositionem & legem. ¶ Tandem argumentatur Arrius: Christus est Dei sapientia, teste Paul. 1. ad Corinth. 1. at Dei sapientia creatur, ergo Christus creatur, atq; adeo est creatura. Minorem probare nititur ex illo ecclesiast. 24. dixit mihi creator omnium, & qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. Et rursum ab initio & ante secula creata sum. Item ex illo Ioan. 1. vbi Baptista loquens de Christo ait. Ante me factus es. Et Paul. ad Colossens. 1. appellat Christum primogenitum creaturæ. ¶ Doctores vario modo inter præstantur duo priora testimonia: quidam enim explicant ea de sapientia creata, quam Deus indidit creaturis: iuxta illud ecclesiastici. 1. ipse creauit eam, & effudit illam super omnia opera sua: sed planè hæc expositio non nobis satisfacit: non enim verum est asserere de ea sapientia quæ in creatura est, quod ante secula fuerit à Deo creata: & qd creator omnium in eius tabernaculo requieuerit: alij ea exponunt de sacratissima virgine, qua de causa cantatur in eius festiuitate: alij verò intelligunt de sapientia increata in ordine ad naturam assumptam à filio Dei: ita vt sit sensus, ab initio & ante secula creata sum: id est, præiussa sum creaturæ viri. Alio modo exponunt Hilarius in libro de synodis post principium definitione. 5. & D. Tho.

Obserua.

Sexti argum.

Responsio.

Et ilarius.

4. cõtra gètesybi supra, & in hac prima parte quæst. 47. arti. 3. ad quartum, vbi refert ferè omnes prædictas expositiones. Vt autè interpretationem eorū intelligamus, annotandum est. ¶ Quod inter generationè & creationè maxime differt. Nā in generatione quæ reperitur in creaturis, generatū recipit naturam generatis: sed ipsum generas mutatur: in creatione autè qua Deus aliquam creaturam creat, ipsum creatū non recipit naturam creatis: & creans non mutatur: vt cū anima rationalis creatur à Deo. Dicitur igitur sapientia, quæ est filius Dei, iuxta sententiã istorū sanctorum, genita & creata in scripturis: vt ex creatione accipiatur immutabilitas patris, & ex generatione vnitas naturæ in patre & filio. Ita qd filius in scripturis ali quando dicitur genitus à patre, ad ostendendum qd habet eandè naturam cū patre: non vti quam creatus, ad insinuandum qd pater generando filium nõ mutatur. Atq; adeo verba hæc generati & creati, Deo tribuuntur vt important perfectionem: non tñ vt imperfectionè dicunt. Neq; obstat catholice veritati, illud quod legitur Ioã. 1. ante me factus es. Quia sensus est, vt ibidè dicit Augustin. id est, præcessit me vel antepositus est mihi: seu quod in idè redit, vt interpretantur aliqui doctores, ex quorū numero est Caietanus: prælati sunt mihi, & pluris quàm ego habitus, atq; existimatus. Neq; etiã veritati catholice obstat, id quod Paulus ad Colos. 1. inquit, quod scilicet filius est primogenitus creaturæ. Istorū siquidè verborū sensus est idem cū sensu illorū verborū Ecclesiast. 24. ex ore altissimi prodij primogenita ante omnè creaturam. Quia enim omnia creaturæ per verbū, iuxta illud Ioan. 1. omnia per ipsum facta sunt: ob id verbū ipsum dicitur primogenitū omnis creaturæ: hoc est ab æterno, & prius genitum quàm creaturæ.

Annotatione.

Augusti.

Quarta disputationis pars.



D quartam iam disputationis partem accedamus, quæ in duas secatur: in prima nepe probaturi sumus spiritum sanctum esse Deum cõtra prædictum Arriū: in secunda contra Sabellium, in diuinis plures personas esse. ¶ Sitigitur secunda conclusio. Ex scripturis euidenter colligitur spiritum sanctum esse Deum. Quod quidem primo moujz.

Secunda conclusio cõtra Arriū, probatur pluribus & aueritissimis scripturæ testimonijs.

primò ostendimus expressis scripturæ testimonijs, deinde argumentis euidentibus indidem sumptis. Petrus actuum. 5. ad Ananiam, qui pretio agri venditi apostolos fraudauerat, inquit: Anania cur tentauit factanas cor tuum, mentiri te spiritui sancto? non es mēticus hominibus sed Deo. Quibus verbis apertissimè spiritus sanctus appellatur Deus. Er. 1. ad Corinth. 12. legitur: diuisiones verò gratiarum sunt, idem autem spiritus: & diuisiones ministrarum sunt, idem autem dominus: & diuisiones operationum sunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Iam vides qd Paulus vocat spiritum sanctum dominum & Deum: & 1. ad Corinth. 16. idem Paulus ait: nescitis quoniam membra vestra templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est? & ne quis ipsum spiritum sanctum negaret Deum, paucis interpositis subiungit: glorificate ergo & portate Deum in corpore vestro. Argumenta autem efficacissima ad hoc quidem probandum quæ plurima super sancti Thomæ, quo vsi sumus in commentario. ¶ Secundo, peccatum in spiritum sanctum est grauissimum omnium: quod, vt docet seruator noster Matth. 12. nec in hoc seculo, nec in futuro remittitur: ergo spiritus sanctus est Deus & non creatura: neq; enim vel cogitare decet, vt grauius sit peccatum in creaturam, quàm in Deum. Insuper, Pater filius & spiritus sanctus habent idem nomen, sed nomen patris est Deus (vt fatetur Arrius) ergo nomen spiritus sancti est Deus: atque perinde sequitur spiritum sanctum esse Deum. Optimè enim colligitur, homo est nomē Sortis, ergo Sortes est homo. Maiorem autem probamus Matth. 28. baptizates eos in nomine patris, & filii, & spiritus sancti: in signe est quod dicitur in nomine, & nõ in nominibus: vt aperte ostèdatur, eorum trium vnum esse nomē, vnãq; substantiam. Item, ad Deum pertinet remittere peccata, at spiritus sanctus remittit peccata, Ioan. 20. accipite spiritum sanctum, quorum remisistis peccata, remissa sunt: ergo spiritus sanctus est Deus. Itidem, sanctificare solus Dei est, vt legitur Leuitici. 22. ego dominus qui sanctifico vos: at spiritus sanctus sanctificat, ex Paulo. 1. ad Corinth. 6. Sanctificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri: ergo spiritus sanctus est

Secunda probatio.

Deus. Ad hæc, solius Dei est gratiã & gloriam cõferre, iuxta illud psalmi. 83. gratiam & gloriam dabit dominus: Sed spiritus sanctus cõfert gratiam, vt constat ex illo loco Pauli allegato. 1. ad Corinth. 12. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus: ergo spiritus sanctus est Deus. Innumerabilia id genus argumenta è sacris biblijs diligens lector colligere poterit. ¶ Errorem Arrii postea tutatus est Macedonius, cuius hæresis damnata est in concilio Constantinopolitano. 150. episcoporum, sub Theodosio maiore & Damaso papa: verba concilii sic habent. Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, factorem celi & terræ, &c. Sequitur, credimus in spiritum sanctum dominum & viuificantem, ex patre procedentem, cum patre & filio adorandum, & conglorificandum: qui loquutus est per prophetas, &c. Idem definitur in concilio Ephesino, & Chalcedonensi, & Lateranensi. Contra hanc hæresim scripti beatus Ambrosius tribus libris de spiritu sancto ad Gratianum imperatorem editis. Scripsit etiã Didymus Alexandrinus duos libros de spiritu sancto, quod opus beatus Hieronymus latinitate donauit, atque obscuritatem inter illius opera recessetur. Basilius etiam aduersus Eunomium edidit librum vnum. ¶ Obicit Arrius ex illo ad Rom. 8. ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus: ergo gemit & tristatur, & per consequens nõ est Deus. Hoc argumentum ex praua scripturæ intelligentia procedit, est enim frequens loquedi modus in scriptura, quod illud deo tribuatur, quod in homine facit, vt Gen. 22. nunc cognoui quod timeas dominum: id est nunc feci te cognoscere. ¶ Ad remigitur, respondemus: quod spiritus sanctus dicitur postulare gemitibus inenarrabilibus efficienter: quia facit hominè postulare gemitibus inenarrabilibus. Plura alia argumenta adducit Arrius, quæ quia infirma sunt & nulliº momenti, dedignamur ea in mediũ afferre. De spiritu sancto copiosius quàm dici possit agit diuº Tho. 4. cõtra gètes à ca. 16. vsq; ad. 27. ¶ Superest vt de errore Sabellii agamus, qui asserit tantum in diuinis esse vnica personam, diuersis nominibus nuncupatã patrem, filium, & spiritum sanctum: pro cuius errore refellendo statuimus tertiam conclusionem. ¶ Euidenter ex scripturis deducitur, in Deo plures personas esse cum essen

Cõcilij Cõstantinopolitani.

Cõcilia Ephesinum Chalcedonense. Lateranense.

Obicitur.

Responsio.

Tertia conclusio, quæ euidentibus.

sacra pagina essentia vnitate. Quam ostendimus pluribus sacra pagina testimoniis. ¶ In primis, vt probat magister sententiarum in .1. distin. 2. ex illo quod habetur in originali Hebraeo Genesis. 1. In principio creauit diu caelum & terram: vbi ponitur Eloyim, quod est, dii. Quo in loco vtitur spiritus sanctus verbo singularis numeri, videlicet creauit, ad ostendendam Dei vnitatem: & nomine Dei in plurali ad insinuandam personarum pluralitatem. ¶ Insuper probatur illis verbis quae habentur loco allegato: vidit Deus quod esset bonum, & ait: faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Quo testimonio, vt docet Aug. in libro de fide ad Petrum capit. 1. manifeste probatur essentiae vnitas, & personarum pluralitas. Essentiae, inquam, vnitas, quatenus scriptura vtitur nomine Dei in singulari, cum dicitur: vidit Deus quod esset bonum: & etiam in eo quod legitur, ad imaginem & similitudinem nostram, & non ad imagines & similitudines nostras: per quod innuit, in Deo non esse plura exempla, sed vnicum: ad cuius similitudinem & imaginem factus est homo. Conuincitur vero personarum pluralitas, dum vtitur verbo pluralis numeri faciamus: quoniam si vna tantum esset persona (vt Sabellius falsè affirmat) non dixisset Deus in plurali numero faciamus, sed faciam: addens in super. nostram, pluralitatem personarum ostendere voluit: vt responderet verbo faciamus. ¶ Idem probatur ex illis verbis Genesis. 3. vbi Deus dixit: Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est. Et ex illis Genesis. 11. vbi Deus dixit: Venite igitur, descendamus & confundamus ibi linguam eorum. ¶ Aliquibus placuit his testimoniis non probari in Deo plures personas esse: quoniam Deus, inquiunt, vtitur verbis & nominibus pluralis numeri propter auctoritatem. Sicut cum episcopus ait, volumus, praecipimus, & mandamus. ¶ Quae quidem responsio est contra communem sanctorum sententiam, qui ex praedictis locis colligunt, in Deo plures personas esse: vt Augustinus lib. 3. super genesim ad literam cap. 19. Cuius verba sic habent: hic autem dixit Deus faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, ad insinuandam scilicet (vt ita dicam) pluralitatem personarum: propter patrem, & filium, & spiritum sanctum. Haec Augustinus. ¶ Insuper, quibus nomē

Secundum.

Augustinus.

Tertium.

Quartum.

Serentia a liquorum.

Reprobatur. 1.

Augustinus.

Reprobatur. 2.

& verbum pluralis numeri auctoritate denotent in prima persona, sed non in tertia persona: Cum enim episcopus Seguntinus aliquid praecipit, nullus dicet, episcopus mandant: pro episcopo mandat. At scriptura loquens de Deo, vtitur nomine pluralis numeri in tertia persona, inquit: in principio creauit dii: non ergo propter auctoritatem vtitur spiritus sanctus nomine dii, sed propter insinuandam personarum pluralitatem. ¶ Item Genesis. 19. legitur: dominus pluit super Sodomam & Gomorram Sulphur & ignem à domino de caelo: vbi iterum insinuatur personarum pluralitas. Quia si tantum esset in Deo vna persona, quorsum diceret spiritus sanctus, quod pluit dominus à domino: hic enim dominus qui pluit à domino, filius est, per quem omnia facta sunt Ioan. 1. ipse enim à domino patre pluiere dicitur, quoniam ab eo à quo habet esse, habet operari. Cum ergo, inquit, dominus à domino: patrem & filium ostendit. Dominus enim filius est, & à domino, quandoquidem à patre genitus: pater autem dominus est, sed non à domino, quia ingenuus est. ¶ Ad haec, regius propheta loquens in persona patris cum filio Psal. 2. inquit: fili? meus es tu, ego hodie genui te: & psal. 109. ex vtero ante luciferum genui te. Quae verba Paul. de filio Dei esse dicta testatur ad Hebraeos primo: non potest autem intellectus capere, vt idem signat seipsum: & idem sit pater & filius sui ipsius. Sunt igitur in Deo plures personae, generans scilicet, & genita. ¶ Praeterea Ioan. 8. inquit redemptor noster: & si iudico ego, iudicium meum verum est, quia solus non sum: sed ego, & qui misit me pater: & in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso: & testimonium perhibeo de me qui misit me pater. Hoc testimonio apertissime conuincitur Sabellius: & colligamus in hunc modum. 1. Collectio ex 8. testimonio. In diuinis non est sola vna persona, ergo plures sunt personae. Consequentia est euidens, & antecedens affirmat Christus cum ait: Solus non sum sed ego & qui misit me pater. ¶ Item pater & filius sunt duo, ergo duae personae. Consequentia satis constat, non enim loquitur de duobus, quae componunt vnum vt partes, aut de illis ex quibus constat vna persona, vt natura diuina & humana in Christo, sed de duobus, quae proprie

5. Testimonium.

Sextum.

Septimum.

Octauum.

1. Collectio ex 8. testimonio.

2. Collectio.

proprie & per se existunt, distinctaque sunt: vt ex literae contextu liquet. Et antecedens asserit Christus: quoniam dicit testimonium suum verum esse, quia est duorum, scilicet sui & patris. ¶ Item obicientibus Christo seruatori nostro Pharisaeis, quod de se ipso testimonium diceret: ac propterea testimonium illius non esse verum: Christus redemptor noster argumentatur virtute in hunc modum, probando testimonium suum verum esse: duorum testimonium verum est, vt habetur Deuteronomo. 17. Sed meum testimonium est duorum, scilicet meum & patris, ergo verum est. Si vero pater & filius vna esset persona, male argueretur: nec bene pro se legem citaret: quia lex duorum testimonium probat, non autem vnus. Oportet ergo quod pater & filius duae sint personae, vt Christi argumentum alicuius momenti sit. ¶ Hoc etiam apertissime probatur Ioan. 10. vbi Christus ait: Ego & pater vnum sumus. Dicens sumus in plurali, manifeste insinuat se & patrem duas esse personas: alioquin sum dicturus erat, non sumus: dicens vero vnum sumus, ostendit eandem personam vnam esse deitatem. ¶ Ceterum etiam praefata scripturae testimonia efficacia sunt, ad probandum plures personas esse in Deo cum essentiae vnitate: non tam ostendunt tres esse personas. Vt autem hoc conuincamus, alia oportet afferre testimonia: & primum illud est omnium efficacissimum quod habetur. 1. Ioan. 6. tres sunt qui testimonium dant in caelo, Pater, verbum, & spiritus sanctus: Hoc planè testimonium adeo expressum est, vt nulla possit tergiversatione celari. ¶ Potest in super ostendi Trinitatis mysterium (vt ostendit Ambrosius libro primo de spiritu sancto capit. 3.) ex illo Matth. 28. baptizantes eos in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. ¶ Rursus Christus redemptor noster apertissime docet Ioan. 15. in Deo esse tres personas, patrem scilicet, filium, & spiritum sanctum, inquit: Cum venerit paracletus quem ego mittra vobis à patre, spiritum veritatis qui à patre procedit: ille testimonium perhibebit de me. Quibus verbis palam est, Christum redemptorem nostrum loqui de se ipso, patre, & spiritu sancto, tanquam de tribus personis distinctis. Quamobrem hoc euangelium canitur in officio missae sanctissimae Trinitatis in ecclesia Romana. ¶ Huc accedunt verba illa Dauid Psal. 66. Benedicat

Collectio quam virtute seruatur noster facit.

Nonum testimonium.

Demonstratur Trinitatis mysterium ex scripturis.

Primum testimonium quo probatur Trinitas persona vna in Deo.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

nos Deus, Deus noster: benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terrae, ter enim nominans Deum, tres significauit personas: addens autem, & metuant eum: designauit omnes tres esse vnum Deum. ¶ Et Esai. 6. propheta ipse exprimens vocces Seraphim laudantium Deum, ait: Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus Deus Sabaoth. Cum ergo ter sanctus dixit, Trinitate personarum declarauit: addens autem postea dominus Deus in singulari, eisdem trinitatis vnitatem designauit. ¶ Cõsimilia verba leguntur Apocalypsis. 4. Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus Deus omnipotens. Huc spectat quod habetur Exod. 3. vbi de Deo ad Moysen dixit: ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob. Et iterum ibidem legitur: dixitque Deus ad Moysen, haec dices filiis Israel: dñs Deus patrum vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob misit me ad vos. ¶ Post hoc etiam confirmari ex eo quod habetur Genes. 18. vbi legitur: Abraham tres vidisse, & vnum adorasse. Et quam plurima alia suppetunt testimonia in veteri & in nouo testamento ad hoc probandum. ¶ Hunc errorem Sabellii peculiariter damnat Leo papa huius nominis primus in epist. 71. quae est ad Astorigensem episcopum, cuius verba sic habent: primo itaque capitulo demonstratur, quam impie sentiant de Trinitate diuina, qui patris, & filii, & spiritus sancti, vnam atque eandem asserunt esse personam: itaque idem Deus nunc pater, nunc filius, nunc spiritus sanctus nominetur. Neque alius sit qui genuit, alius qui genitus est, alius qui de vtroque processit: sed singularis vnitas, in tribus quidem vocabulis, sed non tribus sit accipienda personis: quod blasphemiae genus de Sabellii opinione sumpsit. Et paucis interpositis, quod catholicae fidei sine ambiguitate contrarium est. Haec Leo papa. ¶ Et in simbolo Athanasii, alia est persona patris, alia filii, alia spiritus sancti. Et quam plurima sunt alia ecclesiae decreta de hac re, haec de prima disputatione.

Quintum.

Sextum.

Septimum.

Octauum.

Nonum.

Definitio ecclesiae contra Sabellium.

Verba Leonis papae.

Symbolum athanasii.

Disputatio. 2.

Dubatur quid sit verbum.
 Ecce nimirum quaestio atque eius definitio admodum necessaria est ad huius articuli sancti Thomae explanationem. Cõsultat iam haereticorum

B 2 erro-

errorib⁹, reliquū est vt de verbo disputem⁹ cū catholicis: pro qua re elucidanda fateor me nō parū elaborasse. Faxit Deus vt labor noster cedat in Iesu Christi gloriam, & in-temeratae virginis Mariæ honorem, atq; omnium sanctorum, & fidelium vtilitatem: digneturq; seruator noster Christus nobis præmiū illud conferre, quod promittit, cū ait. Qui elucidant me, vitam æternam habebūt. ¶ De verbo autē agit diuus Th. in præsentī articulo, & inferi⁹ quæst. 34. & .1. cōtra gētes ca. 53. & .4. cōtra gētes. c.11.12. & .13. & de potētia quæst. 8. art. 1. & de veri- tate quæst. 4. & .5. vbi elegāter, atq; admo- dū copiosē de hac re differit: & etiā quodli- bet. 5. & .9. & sup. Iōā. c.1. & .1. sententiārū dist. 27. & quamplurimis aliis locis. De qua etiā re Aug. disputat in libris de Trinitate: præcipuē à .6. libro vsq; ad .15. & præsertim .9. de Trinit. cap. 7. 10. & .11. & libr. 15. c. 10. & tribus quæ sequuntur: & libro de cog- nitione veræ vitæ cap. 14. & eodem lib. c. 16. & libro de fide & symbolo cap. 4. & in ser- mone. 53. de resurrectione domini. Innu-mera sunt alia loca in quibus de verbo Dei disputat, quæ recenseri non debent ob- tadium. Et omnia, quæ docet d. Thom. locis citatis, adducit ad ea declaranda, quæ Au- gust. de verbo disputat. ¶ Hanc tamen lon- gam de verbo disputationem quæso lecto- res optimi, æ quo animo patiamini: con- testor enim Deum immortalem (si quid est in me doctrinæ, quod sentio quā sit exi- guum, aut si qua in theologiæ disputationi- bus mihi adhibetur fides) hanc quæstio- nem, quo pacto filius Dei propriē verbum dicatur, abstrusam esse admodum, & diffi- cilem: quam si exactē initio cognouerim⁹, proculdubio fiet, vt cætera quæ de myste- rio Trinitatis differunt, faciliē intelligen- tur. ¶ Iam verō à nominis verbi diuisione exordiri oportet, quod vt docet s. Thom. infra quæst. 34. arti. 1. quatuor modis sumi- tur: dicitur enim de voce, & de conceptu, & de imaginatione vocis: quæ (vt ipse ex- plicat de veritate quæst. 4. art. 1.) est exem- plar exterioris verbi, hoc est, similitudo & notitia vocis, aut non vltimatus vocis con- ceptus (vt vtar Neotericorum verbis) siue in intellectu, siue in imaginatione existat: quum enim quis vult formare verbū exte- rius, prius illud imaginatione concipit. Et his tribus modis vtitur nomine verbi Da- mascenus. 1. lib. cap. 17. Quarto modo ac-

Chrysostomus

Augustinus

Antonis adlectorem

Verbi qua diuisionem

Damasce

cipitur in communi sermone, pro re & fa-cto ipso: dicimus siquidē, hoc est verbum quod mandauit rex: & in hac significatio- ne scriptura sæpe nomine verbi vtitur: vt Exod. 19. Cras faciet dominus verbū istud & Matth. 4. non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Et isto modo non sumitur verbum, p- priē sed metaphoricē. Notandum autē est: Obserua- q; nomen verbum, in ea significacione qua- significat mentis conceptum, significat ver- bum diuinum: vt infra ostendetur. ¶ Et quoniam, vt docet August. ad cognitiōem verbi diuini manu ducimur per verbū mē- tis, quod est in nobis (ait enim. 15. de Trini- tate capit. 11. ad illud perueniatur hominis verbum, per cuius qualemq; similitudi- nem, sicut in ænigmate videatur vtrūque, nus. Dei verbum.) Ob id opus est, vt prius de verbo mētis disputemus. Et quia verbum mentis ad vnguem intelligi nequit, nisi per verbum oris, propterea operapretium e- rit, ante omnia de verbo oris differere. Offerunt se igitur plures disputationes, quarum prima erit de verbo vocali, vt or- dinem Aristotelis obseruemus: qui. 1. phy- sicorum cap. 1. docet, à notioribus ad mi- nus nota, in cuiusvis rei disputatione pro- cedēdum esse. ¶ Quocirca dubitatur quid sit vocale verbum, atque eius proprietates. Hæc sanē quæstio. ex se magni momenti non est: cæterum quoniam quamplurima, quæ de Trinitatis mysterio differenda e- runt, pendent à cognitione verbi oris, & proprietatum eiusdem, ita vt his ignoratis, necessum sit & illa ignorare, opus est Theo- logis de hæ re saltem perfunditionē perqui- rere. ¶ Et pro maiori huius intelligentia no- tandum est, iuxta diui Thomæ doctrinam infra quæstione. 34. art. 1. ad. 3. & art. 3. ad. 4. quod sicut pater, & filius sunt relatiuē op-posita: sic quoque verbum & dicens. Nam si verbum est, & dicens est: & vice versa, Et verbum, dicitis est verbum, atque dicens respectu verbi, dicens est. Ea namque rela- tiua sunt iuxta Aristotelis doctrinā in præ- dicamento ad aliquid, quæ huiusmodi mu- tua consequentia conuertuntur. Et hoc etiā docet August. lib. 7. de Trinitate cap. 2. Cuius verba sic habent: sicut enim filius ad patrem refertur, non ad seipsum dicitur: ita & verbum, ad eum cuius verbum est refertur, cū dicitur verbum. ¶ Et ad- uertendum est, vt notat Caietanus, sanctū Thom.

Observa- tio

Ordo qui obseruandus est, in di- sputatione de verbo.

Augusti- nus.

Disputatio de verbo cali.

Annotatio

Verbum et dicens sunt relatiue concep- sionis.

Augusti- nus.

Aduert.

Thom. in loco citato mutasse sententiam, quam tutus est de veritate quæst. 4. artic. 5. Nam de veritate sensit verbum & dicens ef- se relatiua secundum dici: in locis autem al- legatis, relatiua secundum esse. Et cū eor- um, quæ opposita sunt, eadem debeat esse consideratio: simul agendum est in præsen- tia de oris verbo, & dicente, & loquente: aut de eo quod est dicere vel loqui, quæ in idem redeūt. Quamobrem aduerte lector optime, nos his vocibus in discriminatum vltus. ¶ Verbi ergo vocalis definitio, vt ipsa nominis significatio manifestē indicat, hæc est, vox quæ à dicente seu loquente profer- tur, proferre nimirum verbū, est producere & generare ipsum: quoniam verba produ- cuntur, & generantur, cum proferuntur. ¶ Ex hac definitione plures colliguntur ver- bi vocalis proprietates: colligitur primò, q; verbum est alicuius rei signum, est siquidē vox, vt ipsa definitio ostendit: & de ratio- ne vocis est quod significet, vt docet Ari- stoteles. 2. de anima textu. 90. ¶ Inferitur se- cundò, quod verbum importat relationem rationis ad rem significatam; quæ est signi ad signatum: quia verbum vt verbum, est si- gnum: & signi nomen eam importat. ¶ Eli- citur tertio, quod verbum est effectus à di- cete productus per loquutionem, & ipsius loquutionis terminus: sicut calor est effe- ctus à calefaciente productus, & calefactio- nis terminus. Et non contendimus in præ- sentia disputare, an loquutio & verbum vo- cale distinguantur necne: nam quāuis lo- quutio & verbum re idem sint, nihil obstat quominus verbum sit loquutionis termi- nus: quemadmodum calor & calefactio re idem sunt in passo, verū calor est calefa- ctionis terminus. ¶ Sequitur quartò, quod verbum vocale significat relationem rei; (quam realem appellant scholastici) ad dicē- tem: sicut processionem à dicete, quæ est relatio effectus ad causam. Et probatur, quia effectus significat huiusmodi relatio- nem: & verbum vocale, vt tale, est effectus dicens, vt liquet ex eius definitione as- signata, quo fit, vt verbum importet duas re- lationes: vnā immediatē ad dicētem, quæ est realis: & alterā mediātē ad rem signifi- catam, quæ est rationis. ¶ Inferitur quintò, quod omne vocale verbum est duorū ver- bum: quoniam quatenus à dicente profer- tur, est dicens verbum: vt autem est rei si- gnum, est verbum ipsius rei. Vt cū pro-

Verbi voca- lis definitio

Prima ver- bi vocalis p- prietas.

Secunda p- prietas.

Tertia p- prietas.

Quarta p- prietas.

Corollarium

Quinta p- prietas.

fero hanc vocem lapis, hæc vox est meum verbum, quia ipsam profero: est etiam la- pidis verbum, quia eum significat. ¶ Colli- gitur insuper quod quāuis signum & ver- bum re idem sint, ratione tamen distingui- tur: quia verbum dicit realem relationem ad loquentem, signum verò duntaxat rela- tionem rationis ad rem significatam: vt li- quet ex signi definitione: signum nanque est, quod repræsentat rem aliam à se. ¶ VI- timò tandem colligitur quod verbum est signum conceptus, atque explicat illum: est nanque vox, & voces (teste Aristotele primo Periherm. cap. 1.) sunt signa concep- tum, eosque exprimunt. Quod insuper asserit Augustin. 15. de trinita. capit. 11. ver- bum, inquit, quod foris sonat; signum est verbi quod intus luget. Et sanctus Thomas infra loco citato quæst. scilicet. 34. art. 1. vox ait; significat intellectus conceptum. Et idē asserit. 4. contra gentes cap. 11. ¶ Et est ob- seruandum; quod cū asserit verbum & voces significare conceptus, assumit signi- ficare pro exprimere & manifestare, nō au- tem pro repræsentare: voces nanque, & verba exprimunt conceptus: sed repræ- sentant res, & non conceptus: non enim fa- ciunt immediatē nos deuenire in cognitio- nem conceptum, sed rerum. ¶ Ex plica- to verbo, nunc de dicente & loquente aga- mus oportet, seu de eo quod est dicere vel loqui. isthæc enim omnia eundem dixi- mus habere significatum. Dicens porrò (vt nomen sonat) est id quod proferat aut emittit verbum: dicere est proferre aut emittere verbum. Et quoniam emittere & proferre verbum, est producere & ge- nerare ipsum, vt dictum est, posthac istis si- gnificationibus, quæ adiciuntur vtentur. ¶ Di- cens est quod producit aut generat verbū ipsoque verbo repræsentat rem aliquam. Dicere verò est producere aut generare ver- bum, & ipso verbo significare & repræ- sentare rem aliquam. Ex quibus quidem defi- nitionibus deducuntur plures dicētes pro- prietates, & huius quod est dicere: quem- admodum disputantes de verbo consultò fecimus. ¶ Deducitur primum, quod dice- re importat relationem realem ad verbum quæ est causæ ad effectum: quod probamus in hunc modum. ¶ Producere seu genera- re filium in humanis importat relationem realem ad filium, quæ est effectus ad cau- sam: ad dicere, est producere & generare

Septima p- prietas.

Augusti- nus.

Observatio

Sermo de dicens.

Definitio dicens & huius quod est dicere.

Prima dice- tis aut hu- ius quod est dicere p- prietas.

verbum, ergo dicere importat eam relationem ad verbum: & quoniam dicens non solum edit ore sonum, sed verbo representat rem: ob id dicere importat etiam relationem rationis ad rem representatam, quae est signi ad signatum. ¶ Quocirca dicere aut dicens duas relationes importat, unam immediatam ad verbum quae est realis, & aliam mediatam ad rem significatam ipso verbo quae est rationis. Quod quidem etiam docet diuus Thom. vbi supra ar. 1. ad 3. Cuius verba sic habent. Dicere importat principaliter habitudinem ad verbum, nihil enim est aliud dicere quam proferre verbum: sed mediante verbo importat habitudinem ad rem intellectam, quae in verbo prolato manifestatur intelligenti. ¶ Infertur secundo quod quauis dicere, & significare rem per vocem, idem re sint: sed ratione distinguuntur. Quando quidem dicere, immediatam significat relationem realem ad verbum, quia est verbum producere: ceterum significare per vocem, duntaxat importat relationem rationis ad rem significatam. ¶ Sequitur vltimum, quod loquens non solum dicit verbum, sed rem significatam per verbum: vt docet. d. Thom. loco allegato. Dicitur enim (inquit) non solum verbum, sed res quae verbo intelligitur, vel significatur. Haec sanctus Thom. loquens autem dicit verbum, quatenus emittit & prodicit illud: & dicit rem, vt eam verbo significat: vt cum profero hanc vocem lapis, dico hoc verbum lapis, & lapidem a parte rei. ¶ Omnes has verbi & dicentis proprietates docent Augustinus, & diuus Thomas locis citatis, quas maxime memoriam commendare oportet: aded vt si vna quidem memoria excidat, plura de trinitatis mysterio nequeant intelligi. Haec de verbo vocali.

Secunda proprietates.

Tertia proprietates.

Quarta proprietates.


Fortatur autor vt proprietates verbi & dicentis, sedulo memoria videtur, ad intelligenda qua de mysterio trinitatis describitur.

Disputatio. 3. Quid mentale verbum sit.



On ignoramus in hoc tractatu de verbo mentali, qui tribus sequentibus disputationibus absoluetur, multos me inculaturos, affirmantes in eo plures nos tueri nouas

opiniones, tum contra omnium doctorum sententiam, tum etiam contra rationem, ni mirum iniurius id nobis & falsum impingentes: equidem polliceor tibi lector, nulla in praesenti pertractatione me adducturum opinionem propriam nec nouam, sed aut Augustini, aut diui Thom. aut nimirum eorum, qui inter Thomistas doctores non ignobiles aut postremi ordinis habentur. Atque huius pollicitationis memorem te esse rogamus, cum tres quae subsequuntur disputationes perlegeris. Quod si comperum tibi fuerit, nos non implere quod promittimus, aequum profecto erit, vt me dacijs me arguas, & vt mendacem reprehendas. At rogabis forsitan, quid in causa erit in causationis illorum? Sanè vel quoddam ieiunè de doctrina d. Thom. disputantes eam vix à limine salutarunt, & aliorum doctorum placita sequuti sunt, qui totis viribus omnia diui Thom. dogmata impugnare conantur: vel fortassis quoniam cum logicos aut physicos agebant, errores imbiberunt contrarios his, qui de verbo mentali viri sanctissimi & doctissimi nobis tradiderunt. Ad rem igitur accingamur.



Expedita ergo quaestione de oris verbo, nunc de mentis verbo agendum est, vt initio quaestionis praecedentis polliciti sumus: & quod differenda lucidiora fiant, oportuerit aliquot praenotare. ¶ Primum notandum est: quod obiectum & anima in productione notitiae, comparantur viro & feminae in generatione prolis: obiectum namque se habet tanquam pater, anima vero velut mater: & sicut vir transmittit semen in vterum feminae, & substituit illud loco sui: ex quo femina efficitur praegrans, concipiturque proles atque generatur, & deinceps sequitur partus: ita obiectum, quoniam non potest ingredi animam, vt ei secundum se ipsum vnatur, transmittit speciem in ipsam, & substituit eam loco sui: quae se habet velut semen obiecti quo anima efficitur praegrans, seu memoria fecunda, vt aliqui dicunt: & vt semen est principium generationis, quo concipitur proles: sic etiam species est principium actus intelligendi, quo generatur notitia. ¶ Quo fit, vt mentis notitia similitudinem habeat

Primum nota.

Illam habeat

habeat cum prole quae concipitur & nascitur: quapropter appellatur conceptus & partus mentis. Et ipsa anima, vt format notitiam, comparatur feminae concipienti & parturienti. Hoc fundamentum insinuat August. 9. de trinitate capite. 12. cuius verba sunt, quae sequuntur: vnde liquidò tenendum est, quod omnis res quamcunque cognoscimus, congenerat in nobis notitiam sui: ab utroque enim notitia paritur, a cognoscente & cognito. Itaque mens cum seipsam cognoscit, sola parens est notitiae suae: cognitum enim & cognitor, ipsa est. & infertur eodè capite, partum ergo mentis antecedit appetitus quiddam, quo id quod noscitur volumus quaerendo, & inueniendo nascitur proles ipsa notitia. ¶ Aduertendum est secundo: quod anima nostra per speciem intelligibilem, est in actu primo ad intelligendum: ceterum ignis per calorem, ad calefaciendum. Et insuper species intelligibilis est principium quo actus intelligendi, quia ea anima vtitur ad intelligendum: & ipsa est principium quod, scilicet intelligit: perinde ac calor est principium quo calefactionis, quoniam ignis ipso vtitur ad calefaciendum: ipse autem ignis est principium quod, vnde licet calefaciat. Et itidem, vt in eadem similitudine persistamus, per speciem intelligibilem producit actus intelligendi, qui solum est actio & de praedicatione actionis: sicut per calorem producit calefactio, quae duntaxat est actio & de praedicatione actionis. Et vt ignis per calefactionem producit calorem, qui est eiusdem calefactionis terminus: sic etiam anima per actum intelligendi producit notitiam, quae est ipsius actus intelligendi terminus. & quemadmodum ignis est in actu secundo calefaciendi per calefactionem, & non per calorem: ita quoque anima est in actu secundo intelligendi per intellectiorem, & non per speciem intelligibilem. An vero actus intelligendi, & notitia seu conceptus re distinguantur, an tantum ratione, in disputatione quarta disputandum est: in qua etiam impugnabimus Scotum, & alios doctores, qui plura negant ex ijs, quae nos in praesenti disputatione vt vera & nota praemittimus. ¶ His igitur iactis fundamentis in quibus omnes conuenire debent, respondemus quaestioni: quod mentis verbum, est notitia seu conceptus. Hoc expressè August. se affirmat August. 9. de trin. capite. 11. &

August.

Secundum nota.

Responsio ad quaest.

August.

capite. 7. vbi ait: conceptam rerum veracem notitiam, tanquam verbum, apud nos habemus, & dicendo intus gignimus, neque à nobis nascendo discedit. & 15. de trinit. cap. 10. verbum, inquit, est formata cogitatio. Hoc etiam asserit diu. Thom. infra quaest. 34. art. 1. cuius expressa verba sunt. Interior mentis conceptus verbum dicitur. & supra Ioan. capite. 1. ait: illud proprie dicitur verbum interius, quod intelligens intelligendo format. & idem docet pluribus alijs locis, quae nos allegauimus initio praecedentis quaestionis. ¶ Verbum autem mentale modò appellatur à sancto Thoma, conceptio rei intellectae, vt in praesenti articulo: modò autem conceptio intellectus: vt 4. contra gentes capite. 12. vbi dicit: ipsa conceptio intellectus, quae est interius verbum: aliquando vero vocatur ab eodem interius intellecta, vt quarto contra gentes capite. 11. quo in loco eius verba sic habent: dico autem intentionem intellectam, id quod intellectus in se ipso concipit de re intellecta. & paucis interpositis, ipsa intentio verbum interius nominatur. & nonnunquam appellat verbum intentionem rei intellectae, vt 1. contra gentes capite. 5. 4. intellectus (ait) per speciem rei formatus, intelligendo format in se ipso quandam intentionem rei intellectae. & in 1. sentent. dist. 27. quaest. 2. ar. 2. appellat ipsum speciem. ¶ Porro circa quaestionem praesentem offert se dubium, quod non parum refert ad rem de qua nobis sermo est: videlicet, an conceptus dicatur proprie verbum, vtendo nomine verbi secundum eius propriam & germanam significationem, qua latini vtuntur eo pro sermone: an vero duntaxat conceptus dicatur verbum improprie, per quandam metaphoram & similitudinem. ¶ Aliqui huic dubio respondentes asseruerunt, hoc nomen verbum improprie significare conceptum. Quorum sententia (vt censuimus) defendi non potest: quoniam verbum in ea significatione qua significat notitiam, significat quoque dei filium: vt in posterum ostendemus. Si ergo improprie significaret conceptum, improprie etiam significaret dei filium, & ex consequenti filius dei improprie esset verbum, atque subinde non esset verbum: nam quod improprie est tale, non est tale: vt homo pictus, quia improprie est homo, non est homo. Afferere autem Dei filium non esse verbum, aut esse improprie verbum haereticum

Verbum mentale, pluribus habet nomina.

Dubium non parum momenti.

Prima opinio.

Argumentum contra opinionem.

sanè est: & cõtra illud Ioa. i. in principio erat verbũ, etc. Atq; horũ sententiã aduersatur sanctus Th. i. sent. dist. 27. quaest. 2. ar. 1. dicit. Abiq; omni dubio cõsentendũ est, deũ esse verbũ: & propriè verbum dici. & infra quaest. 34. art. 1. ad. 1. docet esse errorem Arrianorum, affirmare filiũ Dei non esse propriè verbũ. ¶ Alij quidẽ tuentur, nomẽ verbi duntaxat impositũ fuisse ad significandũ vocale verbũ: sed deinceps per extensionẽ & quandã vsus accommodatõnẽ, vsurpatũ ad significandũ notitiã & Dei filiũ, quã iam propriè significat, atq; illud hoc exemplo manifestant: videre scilicet fuit solum impositũ ad significandũ visioẽ, ceterũ postea vsũ & cõsuetudine loquendi, trãlatũ est ad significandũ omnẽ actum intelligendi & animã notitiã præsertim clarã, quã nunc propriè significat: non em̃ est impropria loquutio, qua doctores & sancti dicunt, beatos deũ videre: atq; beatitudinem esse dei visioẽ. ¶ Hęc opinio probabilis quidẽ est, & fortassis est sancti Th. quia de veritate quæst. 4. ar. 1. ad. 10. dicit: de ijs quæ dicuntur de deo & creaturis, quædam sunt quorũ res significatã per prius inueniuntur in deo, quã in creaturis: quãuis nomina prius fuerunt creaturis imposita. Hęc sanctus Th. & idem omnino dicit in hac prima parte quaest. 13. art. 6. in corpore prope finem. ¶ Aduersus tamen istam opinionẽ opponimus in hunc modũ. Nomen verbi duntaxat fuit impositũ ad significandũ verbũ vocale, & per vsus accommodatõnẽ trãlatũ fuit ad significandũ conceptũ, vt asseris: igitur tẽpore ante illam vsus accommodatõnẽ hęc propositio erat falsa: filius dei est verbũ: quã sensus erat, filius dei est verbũ vocale. ¶ Respondere posset præfata opinio, istã propositiõnẽ, deus est verbũ, esse necessariã: & ex consequẽti semper & ab æterno fuisse verã: atque subinde eo tẽpore ante illã vsus accommodatõnem: nã eius significatũ, & ita esse sicut per eam modũ significatur, semper fuit verũ, & necessariũ: quod sufficit vt aliqua propositio dicatur vera, quin & necessariã. ¶ Pro cuius maiori intelligentia aduertendũ est, qd ista propositio, Dei filius est verbũ, in ea significatiõne quam modo nomen verbi habet, nõ est eadẽ cũ ista quæ fuit in prædicto tẽpore, filius dei est verbũ, iuxta significatiõnẽ quã nomẽ verbi tunc habebat: quia duntaxat significabat verbũ vocale. Nã quãuis

2. opinio.

2. opinio p. habilit.

Argumentum contra 2. opinio.

Responsio.

erant eadẽ voces, non tamẽ eadẽ significatiõ: & vbicunq; est diuersa nomini significatiõ, ibi quoq; erit alia propositio. ¶ Ceterũ omnia disputatione hac, an nomẽ verbi prius fuerit impositũ ad significandũ verbum vocale, quã metale: quã parũ forsã spectat ad rẽ de qua agimus: respondemus quaestioni duabus assertiõibus, quarũ prima sit. ¶ Mentis cõceptus propriè est verbum, & ex cõsequenti nomẽ verbi propriè eum significat. Hęc est expressã sententiã Aug. 15. de trinit. capite. 11. & diui Th. loco allegato, quaest. 34. ar. 1. & 1. sentent. vbi supra, & de veritate quaest. 4. ar. 1. quorũ verba referemus in. 2. assertiõne: & existimo planè oppositũ errorẽ, vt argumẽto quod fecimus aduersus primã opinionẽ ostẽsum est. ¶ Verũ ad explicatiõnẽ huius assertiõnis notandũ est, qd in mente est propriè dictio & loquutio, atq; propriè est dicere & loqui, quod est intelligere. Quod pbatur primò Aug. testimonio. 15. de trinit. cap. 10. cuius verba sic habet. Etsi verba nõ sonet, in corde suo dicit vtiq; qui cogitat. Ostenditur in super scriptura: testimonijs, eccle. 1. loquutus sum in corde meo dicẽs & cap. 2. loquutus cũ mẽte mea animaduerti. Cõfirmatur in super ex cõmuni hominum sermone, qui dicunt hominẽ cogitabundũ loqui secũ: & cũ anima nostra orat, dicitur loqui deo. Itẽ angeli inter sese loquuntur, quã si nõ esset inter eos loquutio, neq; esset cõmunicatiõ, qui tamẽ non loquuntur per verba ore prolata, sed tantũmodo per actũ intelligẽdi. Itẽ dicere & loqui, est ex se producere signũ alicuius rei, vt cũ quis pferat verbũ ore: at anima intelligẽdo ex se pducit notitiã quæ est signũ rei, ergo aia intelligẽdo dicit & loquitur, quẽadmodum quis loquitur pferendo verba. ¶ His præmissis, pbamus assertiõnẽ primã ad hunc modũ. Omne quod producit per loquutiõnẽ est propriè verbũ, at cõceptus producit per actũ intelligendi, qui est loquutio interior: ergo est propriè verbũ. ¶ Ad hęc de ratione verbi est quod sit signũ, & à dicẽte procedat, vt ostendimus cũ de verbo vocali ageremus: sed notitiã est signum rei, & ab anima dicẽte procedens, ergo est verbum propriè. ¶ Rursus, vox dicitur verbum, quã exprimit notitiã interiorẽ mẽtis: sed ipsa notitiã cõsimili modo exprimit ipsi menti notitiã habitualẽ, & quod antea intelligebat per habitum, vel speciẽ intelligibi-

1. assertio.

August.

Notanda suppositio.

August.

Primã assertiõnis p. batio.

2. probatio.

3. probatio.

gibile: ergo ea etiã propriè verbũ est. ¶ Aduersus istã assertiõnẽ argumẽtamur. Cũ institutor impositũ hoc nomen verbum, solum ei erat in animo imponere ipsum vt significaret vocale verbum, & non conceptum, neque Dei filiũ, neque eorum forsã recordatus est: ergo non significat mentis conceptũ, atq; adeo ipso mentis cõceptus non est verbũ propriè. ¶ Huic argumẽto respondere possumus, primũ cũ secunda opinio negando consequentiã: quia nomẽ verbi post primã impositiõnẽ, per vsus accommodatõnẽ adeptum est significatiõnẽ generalem, qua significat propriè verbũ vocale & mentale. ¶ Vel secundo respondemus negando etiã collectiõnẽ: quã doquidẽ institutor illud impositũ in genere, ad significandũ rei signum à dicente pcedens: hęc autẽ verbi ratio propriissimè reperitur in mẽtis cõceptu, quia est rei signũ, & ab anima dicente procedit: & ex consequenti propriè nomen verbi significat mẽtis conceptum: & ex hac institutione obtinuit generalẽ significatiõnẽ, qua vtrunq; propriè significat & vocale & metale verbũ: quãuis huiusmodi significatiõ nõ fuit nota ipsi institutori. Sicut cũ impositũ nomen sciẽtiã, solum modo ei erat animus imponendi illud vt significaret sapientiã humanã: at quia constituit illud ad significandum in genere omnẽ rei & scibilis cognitiõnẽ, & hęc ratio propriissimè reperitur in Deo, & prius quã in homine: ob id prius significat diuinã sciẽtiã, quã humanã. Quin potiũs significat humanã per similitudinẽ ad diuinã, vt superius diximus cũ tractarem de nominibus dei quaest. 13. ar. 5. & quaest. 14. opusculorum. 4. dubio: & latius hoc explicamus quaest. 33. ar. 2. ¶ Est tamen obseruandum, qd homines prius vsi sunt nomine verbi pro verbo vocali, quã pro mentis conceptu: quã illud est notius isto, & modus nominandi sequitur modũ intelligendi: ea etenim quæ primò & notius intelligimus, prius nominamus. Huc attinet verba diui Th. de veritate vbi supra quæ sic habent: nomina imposita sunt secundum cognitiõnẽ quã de rebus accipimus: & quia ea quæ sunt posteriora in natura, sunt vt in plurimũ prius nota nobis: inde est, qd frequenter secundum nominis impositiõnẽ aliquando nomen prius in aliquo duorum inuenitur, in quorum altero res significata per nomẽ, prius existit: sicut

Argumentum contra primã assertiõnẽ.

Responsio. 1.

Responsio. 2.

Primũ notandum.

patet de nominibus quæ dicuntur, de Deo, & creaturis. Hęc sanctus Thom. Secunda ad ¶ Aduertendum insuper est iuxta istum modum respondendi, quod si aliquando reperitur in scriptis diui Thomæ, aut aliorũ sanctorum, quod nomen verbi prius fuit impositũ ad significandũ verbũ vocale, quã mentale: sic planè sunt huiusmodi verba accipiẽda. Id est, homines prius vsi sunt nomine verbi p vocali, quã pro mentali: & qd primus institutor nõ intendebat imponere illud, vt repræsenteret mẽtis cõceptũ, sed oris verbũ. Quod si hęc res posito alicui nõ satisfacit, amplectatur secũdã opinionis responsiõnẽ. Parum quidem refert isto: vel illo modo respondere, dũ modo non negemus nomen verbi propriè significare mentis conceptũ & Dei filiũ. ¶ Secunda assertiõ: conceptus magis propriè est verbũ, quã vocale verbũ: ac subinde nomen verbi præcipuè significat mẽtis conceptum. Hęc etiã est expressã sententiã loco citato, cuius verba statim referemus: & est insuper diui Thomæ, qui infra loco allegato ait: primò & principaliter interior mentis cõceptus verbũ dicitur: & significatiũ hoc affirmat de veritate prædicto loco. nomen verbi, inquit, magis propriè dicitur de verbo spirituali, quã corporali. In eandem sententiã descendit Durandus. 1. sentent. dist. 27. quaest. 2. inquis: verbum mẽtis dicitur propriissimè verbum, vox em̃ exterior non dicitur verbum, nisi quia significat cõceptum intellectus. Hęc ille. Et ad pbatõnẽ huius assertiõnis, præmittimus aliqua. ¶ Primũ, mentis cõceptũ verbi vocalis finẽ esse: cũ ad eum exprimendum oris verbum ordinetur. Secũdum, de ratione verbi vocalis esse, qd exprimat mentis conceptum, atq; ob hã causã illud dici verbum: nã de ratione eius est qd sit vox, vt patet ex eius definitione assignata in quaestione præcedenti, & de ratione vocis est quod significet ex Aristotele. 2. de anima tex. 90. & significat quia exprimit mentis conceptum vt docet Aristoteles. 1. peribet. capite primo. ¶ Quibus præmissis, probamus assertiõnẽ argumento diui Thom. quo vitur ea quaestione. 34. articulo. 1. quod in hunc modum procedit. Propter vnumquodque tale & illud magis ex Aristotele. 1. de demonstratiõne capite. 2. sed mentis conceptus est verbum vt constat ex. 1. assertiõne, & verbum

Secundã ad not.

Secunda assertiõ.

August.

Nomina præmittuntur ad probatiõnẽ 2. assertiõnis.

Prima assertiõnis probatio.

bum vocale est verbum propter conceptu quem exprimit, vt patet per suppositio- nes: ergo conceptus est magis proprie ver- bum, quam vocale verbum. Hæc est virtu re argumentatio diui Thom. quam desum- pit ab August. vbi supra, cuius verba sic habent. verbum quod foris sonat, signum est verbi quod intus lucet, cui magis verbi competit nomen: nam illud quod profer- tur carnis ore vox verbi est, verbumque & ipsum dicitur, propter illud à quo vt for- is appareat assumptum est. Hæc August. & in sermone. 8. de natiuitate Ioan. Bapti- stæ asserit, mentis verbum esse verbum, & oris sonum non esse verbum sed vocem: locus eius sic habet. Hoc interest inter ver- bum & vocem, quia verbum esse definiūt, quod intra animi silentium mente concipi- mus, & verbum esse definiunt, ipsam cogi- tationem, quæ adhuc intra conscientia le- creta retinetur: vocem verò, per quæ ver- bum profertur. Vox sonus est & index cogi- tationis: verbum verò ipsa cogitatio. hæc

Secunda p. batio.

Tertia pro batio.

Quarta p. batio.

Argumē- tum aduer- sus primam & secundam assertionē.

August. ¶ Secundo corroboramus ean- dem assertionem ad hunc modum: omne nomen dictum de pluribus, præcipue dicitur de eo à quo aliud pendet, vt calidum dicitur de igne, & de aqua calefacta: & quo- niam aqua calefacta pendet ab igne, ob id præcipue de igne dicitur: at nomen verbi dicitur de conceptu & vocali verbo, & ver- bum vocale, quatenus tale, pendet à con- ceptu mentis, ergo nomen verbi præcipue significat mentis conceptum, secundo au- tem vocale verbum. ¶ Tertio suadet ean- dem assertionem diuus Thom. de veritate vbi supra, hac ratione: verbum mentale est finalis causa verbi vocalis & efficiens, quo- niam mouet hominem ad id formandum, ergo magis proprie verbum est quam vo- cale. ¶ Vltimo suadet hoc pacto à diuo Thom. ibidem (supposito quòd de essen- tia verbi vocalis est, manifestare aliquid.) Sicut per verbum vocale fit manifestatio ad alterum, ita per conceptum fit mani- festatio ad seipsum: & hæc manifestatio il- lam præcedit: nam prius homo intelligit rem, & illam prius sibi manifestat per con- ceptum quem format, quam loquatur alte- ri, ergo conceptus magis est verbum quam vox. ¶ Aduersus primam & secundam as- sertionem argumentamur: nomen verbi di- citur à verberando aerem, at aeris verbera- tio non reperitur in mète, ergo nomē ver-

bi non significat mētis cōceptum. Hoc ar- gumentū est octauū sancti Thom. de veri- tate loco præfato, cui respondet, q̄ nomē nō significat id à quo imponitur, & q̄d mouer institutorem ad imponendū: sed significat id ad quod representandū instituitur. Vt nomē lapis fuit cōstitutū ad significandū la- pidē, à lēsiōe pedis quæ est lapidis effect⁹: verūm nō significat lēsiōē, sed lapidē. Sic etiā verbū à verberatione aeris impositum est, quā tamē non significat: sed duntaxat signū rei à dicente procedens, quod prop- riè reperitur in mētis cōceptu. Quā plu- rima alia argumēta adducit diuus Thom. de veritate loco citato, quæ ibidē dissoluit: sed per ea quæ dicta sunt, facile diluentur.

Integra verbi men- talis definitio.

¶ Iā verò ex hac disputatione perfectā & in- tegrā verbi mētalis diffinitionē faciliē elice- re possum⁹, huiusmodi scilicet: mētale ver- bū est, quod ab anima vel angelo dicente producit, ex qua nimirum plures verbi mētalis proprietates colliguntur, similes il- lis quas de verbo vocali cōstitimus in di- sputatione præcedētī, cōsultō quidē velur clariores: vt per ipsarū cognitionē, reliquæ verbi mētalis proprietates facilius intellige- rentur. Quocirca maximo adiuvento erit illas recolere. ¶ Colligitur primò q̄ mētale verbū est alicuius rei signū, est siquidē no- titia quæ est obiecti naturalis similitudo, atq; ipsa repræsentat intellectuī. ¶ Infer- tur secundò q̄ verbum mētale importat relationē rationis ad obiectum, quæ est si- gni ad signatū: qm̄ verbum mētale natura sua & formaliter est signū, & signū eam im- portat. ¶ Elicitur tertio, q̄ verbū mentale est effect⁹ ab anima vel angelo dicēte, & effect⁹ ab actu per loquutionē interiorē, quæ est in- telligere: & est ipsius loquutionis seu act⁹ effect⁹ ad præferēte productus per oris lo- quutionē & ipsius loquutionis terminus.

Prima ver- bi mentalis proprietates.

Secunda p. batio.

Tertia pro batio.

Quarta p. batio.

Corollarium.

Quinta p. batio.

¶ Sequitur quartò, q̄ verbū mentale signi- ficat relationē reale ad dicentē, scilicet pro- cessionem à dicente. quæ est relatio effect⁹ ad causā. Et probatur, quia effect⁹ signifi- cat huiusmodi relationem, & verbū men- tale formaliter est effect⁹ animæ vel angeli dicentis, vt liquet ex eius definitione assi- gnata. Quo fit, vt verbum mētale impor- tet duas relationes, vnam immediatē ad a- nimam vel angelum dicentem, quæ est rea- lis: & alteram mediatē ad suum obiectum quæ est rationis. ¶ Inferitur quinto, q̄ om-

ne mentale verbum est duorum verbum: quoniam quatenus ab angelo vel anima di- cente producit, est ipsius verbum: vt au- tem est obiecti signum, est eiusdem obie- cti verbum. Vt cum producit hanc notitiā, lapis, anima nostra, illa est ipsi⁹ animæ ver- bum, quatenus eam profert seu producit: est etiam lapidis verbum, quia eum signifi- cat. ¶ Colligitur itidem, quòd quauis ver- bum mentale & notitia re idem sint, ratione tamen distinguuntur: quia verbum mentale dicit relationem reale ad animam vel angelum loquentem: (vt ex definitione verbi assignata liquet) notitia verò (vt signum) relationem rationis ad obiectum. notitia nanque, vt huiusmodi, est ob- iecti cognitio, & illud significat. Idem au- tem dicendum est de verbo mentis & si- gno, quòd videlicet re idem sunt, ratione autem distinguuntur ob eandem causam.

Sexta pro- batio.

Septima p. batio.

Definitio- nes dicentis & huius quod est dicere seu loqui, ut rei intellectus tribuuntur.

Prima pro- batio in- tellectuali- dicentis aut huius quod est dicere.

Secunda p. batio.

Corollarium.

¶ Hoc loco est annotatione dignum, quòd sicut verba vocalia exprimitur mentis cō- ceptus, sic quoque verba mentalia exprimi- unt & explicant ea, quæ anima antea con- ceperat: hoc est, ea quæ prius per habitus vel species intelligebat. ¶ Nunc verò de di- cente & loquente agamus oportet, seu de eo quod est dicere vel loqui. quatenus ista tribuuntur rei intelligenti, vt animæ & an- gelo. Porro intellectuale dicens (vt nomen tale per actum intelligendi, quæ est eius- dem loquutio: & dicere seu loqui animæ vel angeli, est producere aut generare ver- bum mentale. ¶ Ex quibus quidem defini- tionibus deducuntur insuper plures dicen- tis proprietates, & huius quod est dicere. ¶ Deducitur primū, quòd dicere impor- tat relationem reale ad verbum, quæ est causā ad effectum: quod sic probamus. Producere seu generare filium importat relationem reale ad filium, quæ est cau- sē ad effectum: at dicere est producere & generare verbum, ergo dicere importat eam relationem ad verbum. Et quoniam dicens intellectuale non solum producit conceptum, vt verbum suum, sed ipso re- præsentat obiectum sibi ipsi: ob id dicere importat etiam relationem rationis ad ob- iectum, quæ est signi ad signatū. Quocir- ca intellectu dicere, aut intellectuale dicēs duas relationes importat: vnam immediatē ad verbum mentale, quæ est realis, & a- liam mediatē ad obiectum ipso verbo re-

presentatum, quæ est rationis. ¶ Inferitur *Tertia pro batio.* quòd quauis dicere & intelligere re re idem sint, verum ratione distinguuntur: quòd quauis dicere per intellectum, immediatē significat relationem reale ad verbum, quia est verbum producere: Ca- terum intelligere importat relationem ra- tionis ad obiectum: est nanque intelligere, obiectum cognoscere. Hoc expressè docet sanctus Thom. qui illa quæst. 34. artic. 1. ad tertium, ait: Anselmus verò improprie ac- cipit dicere pro intelligere, quæ tamē dif- ferunt: nam intelligere importat solum ha- bitudinem intelligentis ad rem intellectam. Et paucis interiectis, sed dicere importat habitudinem ad verbum conceptum: nihil enim est aliud dicere, quam proferre ver- bum: hæc ille. ¶ Inferitur vltimò q̄ anima loquens non solum dicit verbum mentis, sed rem ipsam quæ verbo intelligitur: vt affirmat diuus Tho. loco allegato. ¶ Nimi- rum est obseruandum in præsentia ad ma- iorem huius rei claritatem, q̄ sicut pater & filius sunt relatiuè oppositi: sic quoq; ver- bum mentale, & dicens intellectuale: vt de verbo vocali & dicente id ipsum docuimus, in quæstione præcedenti: & ob id defini- uimus dicere per verbum, & verbum per dicere: quoniam vt docet Aristor. in prædi- camento ad aliquid, vtrūq; relatiuorum definitur per reliquum. ¶ Hanc disputationem de proprietatibus verbi mentalis & intellectuali dicentis, exactè simul ac co- piosè explicat Aug. & diuus Thom. his lo- cis quæ citauimus in præcedenti & hac di- sputatione: maximè refert illarum memi- nisse, alioqui plura de mysterio Trinitatis icuius transire lectores necessum erit.

Quarta verbi pro- batio.

Notandum.

Fortatur inde autor- itates verbi mentalis edis- sentis sedis memoria mandetur.

Dubium.

Prima as- sertio.

¶ Occurrit dubium in præsentia disputatione, an sicut per actum intelligendi, ita per actum sentiendi producat verbum? Ne intactum aliquid relinquamus, quod relic- tum legentibus possit nocere, hanc quæstionē paucis tractabimus: nec enim tanti est, vt in eius explicatione longius sit immoran- dum. Respondemus igitur iuxta doctrinam diui Thomæ aliquibus assertionibus, quarum prima sit. ¶ Sensus exterior per ac- tum sentiendi, nō format rem sensibilis si- militudinem: id nimirum volumus in hac assertionē, quòd visus, exempli causa, per actum videndi non format coloris simili- tudinem, sed vtitur specie visibili impressa ab obiecto ad videndum, sicut ignis vtitur calorē

calore ad calefaciendum: ita ut eius visio nihil aliud sit, quam speciei visibilis vsus, quae admodum vsus caloris est calefactio: quae quidem visio solum est actio & de praedicamento actionis, & non qualitas aut similitudo, ut existimant nominales. Hanc sententiam habet Capreolus in. i. distinct. 27. quaestio. 2. Et est expressa diui Thomae sententia in quodam. 5. ar. 9. ad. 2. verba illius sunt: sicut cognitio sensus exterioris perficitur per solam immutationem sensus a sensibili, unde per formam quae sibi a sensibili imprimitur, sentit: non autem sensus exterior format sibi aliquam formam sensibilem.

Illatum.

Hae ille ex qua assertionem colligitur, sensum per actum sentiendi non formare verbum, quandoquidem non format hostiam, aut rei similitudinem: verbum autem, ut demonstratum est, est notitia & rei similitudo. Aduersus assertionem istam opponimus. Intellectus per actum suum producit rei similitudinem; quae est obiectum sui, puta verbum: ergo etiam sensus. Negamus consequentiam, quoniam obiectum intellectus (ut docet Aristoteles. 2. de anima. tex. 59. & 80.) Est intra ipsum intellectum, sensum vero obiectum est extra.

Secunda assertio.

Secunda assertio: sensus interior cum cognoscit rem absentem, per actum sentiendi, producit quandam similitudinem illius rei, quae est obiectum ipsius: in qua, velut in imagine, intuetur rem ipsam, quae quidem similitudo vocatur idolum, quod non est verbum, sed verbo simile. Haec est etiam assertio diui Thomae in quodam. vbi supra ita dicitis: non autem ipse sensus exterior format sibi aliquam formam sensibilem, hoc enim facit virtus imaginatiua: cuius forma quodammodo simile est verbo intellectus. Et infra quaestio. 85. artic. 2. ad. 3. imaginatiua (inquit) format sibi aliquod idolum rei absentis, vel etiam nunquam visum. Si autem quis per contemtor, quare idolum non appellamus verbum, sed verbo intellectus simile: ratio est in promptu: quia vbi verbum proprie est, ibi proprie loquutio est: loqui autem intelligenti naturae solum tribuitur, quo circa neque brutis, neque sensibus ipsis pertinere potest. Picitacus enim aut pica non proprie loquuntur: hoc enim vno, inquit Cicero. 1. de Orat. praestamus vel maximè feris, quod colloquimur inter nos, & quod exprimeret dicendo sensa possumus.

Interrogatio.

Interrogatio. Ratio est in promptu: quia vbi verbum proprie est, ibi proprie loquutio est: loqui autem intelligenti naturae solum tribuitur, quo circa neque brutis, neque sensibus ipsis pertinere potest. Picitacus enim aut pica non proprie loquuntur: hoc enim vno, inquit Cicero. 1. de Orat. praestamus vel maximè feris, quod colloquimur inter nos, & quod exprimeret dicendo sensa possumus.

Responsio.

Responsio. Ratio est in promptu: quia vbi verbum proprie est, ibi proprie loquutio est: loqui autem intelligenti naturae solum tribuitur, quo circa neque brutis, neque sensibus ipsis pertinere potest. Picitacus enim aut pica non proprie loquuntur: hoc enim vno, inquit Cicero. 1. de Orat. praestamus vel maximè feris, quod colloquimur inter nos, & quod exprimeret dicendo sensa possumus.


Disputatio. 4.

An mentis verbum, ab actu intelligendi differat.



Impedita iam disputatio de verbi mentalis naturae, superest modò ad maiorem eiusdem claritatem, ut de aliis quae ad ipsum attinent agamus: quam obrem. 4. loco est disputatio, utrum verbum mètis ab actu intelligendi distinguatur. Et sumimus actum intelligendi pro actione intellectus, quae est intellectio, seu intelligere: nam haec omnia eodem cedunt. Disputatio igitur haec in tres partes diuiditur, in prima namque proponuntur argumenta in utraque partem, & in eadem referemus plures opiniones circa quaestionem propositam: in secunda autem perspicue veritas ipsa amplectenda proferetur: in tertia verò satisfaciemus argumentis.

Prima disputationis pars.



Am verò argumentamur in fauorem partis affirmantis in huc modum: verbum mentale producit per actum intelligendi, ergo actus intelligendi & verbum mètis comparantur inter se ut causa & effectus, & ex consequenti distinguuntur. Assumptum probamus: quia verbum mentale est conceptus, (ut constat ex disputatione praecedenti) & conceptus producit per actum intelligendi: producit namque per actionem intellectus, quae est actus intelligendi. A parte verò negante stat argumentum ad hunc modum: Si mentale verbum distingueretur ab actu intelligendi, ob id esset, quoniam produceretur per actum intelligendi, ut insinuatur in argumento praecedenti, at verbum mentale non producit per ipsum actum intelligendi (ut statim ostendimus) igitur non distinguuntur. Minoré probamus pluribus medijs. Primum sic. actus intelligendi est actio immanens, & per actionem immanentem nihil producit: ergo per eam non producit mentale verbum. Secundam autem antecedentis partem ostendimus ex Aristotele. 9. metaph. text. 16. quo in loco, constituit discrimè inter actionem immanentem & transeuntem in hoc, quod per illam

Actus intelligendi est intellectus actio, seu intelligere, aut intellectio: quae omnia in 2a de reductent. Ordo, quae seruat ordinem in disputatione.

Argumentum in affirmantem maius pars est fauorè.

Argumentum ad corroborandam negativam partem.

Prima minoris probatio.

illam nihil producit, & per hanc producit aliquid extra ipsum agens: ut per calefactionem calor. Secundò, actus intelligendi est actio immanens, sed actio immanens vltimus actus appellatur loco citato 9. metaph. quia vltra eam nihil producit: igitur per actum intelligendi non producit verbum. Tertio, actus intelligendi est perfectissimus actus, quapropter Aristoteles. 10. Ethic. cap. 7. & 8. in eo collocat humanam felicitatem: sed si per eum produceretur verbum, ipsum esset perfectus eo, ergo per eum non producit. Quarto, actio non potest intelligi sine suo termino, ut calefactio sine calore: verum si per actum intelligendi producit verbum, ipsum est terminus actus intelligendi, igitur ipse actus nequit intelligi sine verbo: quod videtur falsum. Quandoquidem quis potest considerare intellectus actionem non considerato ipso verbo. Quinto si per actum intelligendi produceretur, sequeretur intelligentiam producere verbum & non memoriã, quod est contra Augustinum. Haec nempe argumenta reddunt dubiam quaestionem praefatam: circa quam plures opiniones versantur.

Secunda probatio.

Tertia probatio.

Quarta probatio.

Quinta probatio.

Prima opinio circa quaestionem propositam. Confutatio & opinio.

Secunda opinio.

Secunda opinio probatio.

Fuit Aureoli placitum in. 1. distinct. 1. quod verbum est obiectum, & res intellecta à parte rei, ut habet esse apparens intellectui. Haec nimirum opinio falsa est, quandoquidem verbum mentale producit ab anima, vult esse est disputatione praecedenti: obiectum autem ad extra non producit ab anima. Insuper pugnat cum Augustini doctrina, qui asserit, ut visum est, verbum esse mentis notitiam. At Scotus in. 1. distinct. 27. in responsione ad primam quaestionem, tuetur verbum mentale & actum intelligendi esse idem. Scoti verba sic habent: Neque etiam verbum est terminus aliquis productus per intellectum, quia intellectio non est actio productiua alicuius termini. Et infra: sequitur igitur per viam diuisionis quod verbum est actualis intellectio: haec ille. Eandem opinionem defendunt Duran. eadem distinct. quaest. 2. & Petrus de Palude quaest. 4. & Nominales, qui oes corroborant sententiam suam argumentis proximè adductis in confirmationem partis negativae: quorum duobus vltimis praesertim vitur Scotus. Verum istorum opinio (ut existimo) falsa etiam est: argumentum enim quod adduximus in confirmationem partis affirmantis conuincit aperte, statum esse

aliquam distinctionem ex natura rei inter actum intelligendi & mentale verbum. Et probatur praeterea. Actus intelligendi, ut actus intelligendi, est actio ipsius intellectus, quae per se continet ad praedicamentum actionis: verbum, ut verbum, ad praedicamentum de ad aliquid, quia importat relationem reale ad animam dicentem, ut disputatione praecedenti diximus, quauis ut notitia spectet ad praedicamentum qualitatibus: igitur aliqua distinctione ex natura rei differunt, cum praedicamentò differant.

Rursus verbum per actum dicendi producit in intellectu, at dicere est intelligere, igitur per actum intelligendi, producit. Huic argumentum respondet Scotus vbi supra, & in. 1. distinct. 2. quaest. vltima, & in quaest. liberis. quaest. 1. quae intellectus habet duos actus secundos, quorum vnus est dicere & alter intelligere. Ait insuper quod dicere est verbi productio, sed intelligere est sola actio immanens & non verbi productio. Caietanus in praesenti articulo in responsione ad secundam dubitationem in surgit aduersus Scotum, & argumentatur ad hominem (ut ita loquar) & ex concessis ab eodem. Omnia tamen forma argumenti Caietani, quia nimis metaphisica est, summa actus in hunc modum procedit. Actus dicendi & actus intelligendi distinguuntur realiter, ergo poterit esse in anima actus dicendi sine actu intelligendi, quod inuoluit contradictionem. Quid enim anima diceret, si nihil intelligeret, neque consideraret? Ad haec, in anima dicere & intelligere comparatur inter se, ut in ore dicere, & significare re per vocem, sed ista sunt vnica loquutionis exterioris actio: ergo in anima, dicere & intelligere, sunt vnica animae interioris actio. Et demum Scotus ponit plura entia sine necessitate aliqua, neque videtur rationi consonum, quod sit aliqua actio in intellectu, quatenus intellectus est, videlicet dicere, & quod non sit intellectio.

Prima argumentum contra secundam opinionem.

Secundum argumentum.

Secoti respo.

Obiectio aduersus Scoti respo.

Tertia opinio.

Tertia opinio probatio.

Porrò aliqui Thomistarum defendunt iuxta diui Thomae doctrinam, in mente esse tres qualitates distinctas: scilicet actum intelligendi, notitiam, & verbum mentale: ita ut per actum intelligendi producat notitia, & per notitiam mentale verbum: ac subinde verbum esse notitiae terminum, & ipsam notitiam terminum actus intelligendi. Sanè istorum sententia plurimum distat à vero, quoniam ponunt entium pluralitatem sine necessitate, & falso impingunt eam Diuo Thomae, Caietani, & Capreoli, cuius fortan neque per somnium meminerunt, tantum abesse

4. Opinio vt ita senserint. Alii autem ex schola Thomistarum dicunt, actum intelligendi & verbum mentale, iuxta doctrinam diui Thomae, tantum ratione differre, sicut calorem & calefactionem. Id nimirum voluit, quod quemadmodum per calefactionem producit calor, & ipse calor est eiusdem calefactionis terminus, re tamen idem sunt, & duntaxat ratione differunt: Sic quoque per actum intelligendi producit verbum mentis, & ipsum verbum eiusdem actus intelligendi terminus est: Sed re idem sunt, & sola ratione differunt. Haec plane sententia probabilis est in doctrina diui Thomae, & eam tutantur grauissimi doctores Franciscus victoria, & Dominicus Soto, qui nostra tempestate religione & doctrina maxime claruerunt: quam quidem praefatus magister victoria probabat, primo quia omnia diui Thomae verba, quibus insinuat actum intelligendi & verbum mentale differre, probe intelliguntur & explicatur de distinctione rationis: non ergo asserendum est ea re ipsa distingui, ne demus plura entia sine necessitate. Rursus quia si verbum mentale esset ponendum distinctum ab actu intelligendi, maxime esset propter analogiam & coparationem, qua diuus Thomas & Augustinus vtiur ad declarandum quod verbum diuinum producit per actum intelligendi: sed illa analogia multo melius accommodatur in hanc rem, si dicas quod actus intelligendi & verbum mentale tantum ratione distinguuntur (si quidem actus intelligendi in Deo, & verbum diuinum sola ratione distinguuntur) igitur dicendum non est, verbum mentale & actum intelligendi re distingui, sed tantum ratione. Insuper confirmamus nos sententiam istam, praemisso quod actio est idem re cum effectu qui producit, vt calefactio est idem re cum calore qui producit. Nunc arguemur sic: actus intelligendi est actio intellectus, & verbum est eius effectus, sed actio, ex supposito, est re idem cum effectu qui producit, igitur verbum & actus intelligendi sunt idem. Alii vero affirmant, actum intelligendi & verbum re inter se differre: quam quidem opinionem existimo magis consonam doctrinae diui Thomae, & eam defendit Ferrar. r. contra gentes cap. 53. qui ait, magis mihi placet opinio aliorum Thomistarum tenentium de mente sancti Thomae esse, quod realiter distinguantur actus

Quarta opinio probabilis in doctrina s. Thomae.

Secunda probatio.

Tertia probatio.

Quinta opinio magis consona doctrinae diui Thomae.

intelligendi, & verbum mentale. Et in eadem sententiam declinat Caic. in praesenti articulo in responsione ad quartam dubitationem. Et Capreolus in. 1. distin. 27. quae. 2. Sententiam istam probat argumentum primum quod fecimus in confirmationem partis asserentis: & potest rursus communiri pluribus diui Thomae testimoniis quae in secunda adducimus parte. Haec de priori disputationis membro.

Secunda pars disputationis.



igitur veritas praesentis disputationis nobis nota fiat aliqua sunt praenotanda: In primis iuxta Aristotelem, doctrina. 3. physico. cap. 3. actione & passionem ratione distinguuntur, sed re idem esse: quoniam sunt motus qui in patiente recipitur, & is quidem est passio vt subiicitur in passio, & actio vt emanat ab agente: atque haec actio quae est in patiente, est in agente duntaxat secundum denominationem, quia ipsum denominat agere: velut sanitas quae inhaeret animali, est denominatiue in vrina: quando quidem eam sanam denominat. Secundum aduertendum est, quod est communis Thomistarum consensus, actionem, quae est in patiente, esse idem re cum effectu qui producit: vt calefactio est idem re cum calore. Tertium est obseruandum esse maximum dubium diui Thomae doctrina, an actio duntaxat sit formaliter in passio, & nullo modo in agente, nisi secundum denominationem: an vero sit duplex genus actionum, quarum altera sit in patiente: altera vero in agente formaliter. Cuius quidem dubii definitio non parum refert ad rem de qua agimus, atque maxime vocatur in controuersia inter Thomistas. Nam quidam praefato Aristotelis testimonio suasi, defendunt primam huius dubii partem: ita quod asserunt, in igne calefactioe nihil esse praeter substantialem ignis formam, & calorem quo calefacit, relationem quae causae ad effectum. Et istam opinionem sustinent Franciscus victoria & magister Soto, quae. 3. physico. Quaestione. 1. qui ad eum mordicelli ea tenet, vt asserat se non posse ab ea diuelli, etiam si diuus Thomas

Primum notandum.

Secundum notandum.

Tertium notandum.

Prima postea circ. 1100 dubium.

Secunda probatio.

Illarum not.

Vtraque opinio probabilis est in doctrina diui Thomae. 2. magis consona doctrinae diui Thomae.

Prima opinio probabilis.

Quaestio praesens maxime videtur a dubio probabilis.

Thomas & Arist. contrarium affirmarent. Est insuper aliorum Thomistarum opinio, qui tutantur secundam dubii partem: & aiunt quod in agente existit formaliter actio, quae est quaedam entitas absoluta & fundamentum relationis agentis ad passum, atque actiua effectus productio, & actualitas agentis, qua reducitur de potentia ad actum, eiusque perfectio & modus qui est idem re cum eodem agente, vt motus cum re mobili: & ite comparatur ad agens, vt existentia rei ad eius essentiam: esto existentia agentis non sit. Quod si haec opinio sit vera, propriissime actio ea est, quae subiicitur in agente: & non tam proprie illa quae est in passio. In eadem sententiam inclinant Caietanus, Capreolus, locis citatis. Ex quorum opinione colligitur, actionem intellectus (quae, vt diximus, est intellectio, seu intelligere, aut actus intelligendi) esse idem re cum intellectu. Est enim ipse intellectus, vt agit & intelligit, quemadmodum actio ignis quae est in eo formaliter, re ipsa est ignis agens: quauis ratione ab eo diuersa sit. Existimamus sane vtraque opinionem probabilem esse in doctrina diui Thomae, sed secundam forte magis ei consonam: quoniam sunt plura loca in diui Thomae doctrina in fauorem eius. Nam in 2. senten. dist. 40. quae. 1. ar. 4. ad. 1. inquit: quum actio sit in agente, & passio in patiente, non potest esse idem numero accidens quod est actio, & quod est passio: quum vnum accidens non possit esse in diuersis subiectis. Haec diuus Thomas. Quibus verbis manifeste asserat, actionem esse formaliter in agente. Et inferius quae. 45. ar. 3. ad. 1. expressè dicit, actionem Dei creatis esse formaliter in Deo. Cuius verba sic habent: creatio actiue significata, significat actionem diuinam: quae est eius essentia. Probatur insuper, actio est perfectio ipsius agentis, vt generare & producere sibi simile, est generatis perfectio: sed actio quae est in passio non est perfectio agentis, ergo aliqua actio est in agente, quae est eius perfectio. Minorem expressè affirmat diuus Thomas supra quae. 18. ar. 3. ad. 1. Cuius verba sunt: actio non est perfectio agentis quod mouet, sed ipsius moti. Sunt denique complura alia loca in quibus idem videtur asserere diuus Thomas. His igitur praebatis, dicimus principalem quaestionem a praefato dubio maxime pendere: nam qui affirmant eius primam partem, consequenter tenentur re-

spondere, quod actus & verbum mentale sunt idem re: quod sic ostendimus. Actio quae recipitur in passio, est idem cum effectu qui producit, ex communi consensu Thomistarum, vt docet secundum notabile, & iuxta eorum sententiam, non est alia actio quam illa quae est in passio, ergo omnis actio est idem cum effectu qui producit: at actus intelligendi est actio intellectus, & verbum est eius effectus, ergo actus intelligendi & verbum sunt idem re. Ceterum doctores, qui tutantur secundam propositi dubii partem, tenentur concedere quod verbum mentale & actus intelligendi distinguuntur realiter. Nam (secundum eos) actus intelligendi, qui est actio intellectus, est idem re cum intellectu intelligente, vt dictum est: & mentale verbum re distinguitur, ab intellectu, atque perinde actus intelligendi & verbum re distinguuntur. Summo tamen actum intelligendi, aut actionem intellectus, per actioe quae est in passio, & idem re cum effectu qui producit: fateri habent praefati doctores, quod actus intelligendi isto modo, & verbum re idem sunt. Et ex consequenti in anima intelligente, & quae per actum intelligendi producit mentale verbum intra se, duae sunt actiones: vna propriissime, quae est idem re cum intellectu, pura ipsam intelligere, seu actus intelligendi: & alia non ita proprie, quae re est ipsius anime effectus, scilicet mentale verbum, quemadmodum calefactio, actio quae est in passio, est idem re cum effectu calefactionis, qui est calor. Et quoniam haec sententia magis deseruit proposito nostro, secundum eam procedemus in sequentibus, quauis opposita magis sit consona doctrinae Aristotelis. His ergo iactis fundamentis, constituamus oportet assertiones, quibus veritatem amplectendam circa principalem quaestionem propositam paucis declaremus: sitque prima assertio. Certum est actum intelligendi & verbum mentale distingui ex natura rei, necdum ratione. Haec probamus argumento primo quo resellimus secundam opinionem, in priori disputationis parte, quia videlicet ad diuersa praedicamenta pertinere: actus namque intelligendi, quatenus intellectus actio est, spectat ad praedicamentum actionis: verbum autem, vt verbum, ad praedicamentum ad aliquid importat siquidem relationem realem ad intellectum dicentem, vt constat ex disputatione praecedenti. Secunda assertio: probabile est in doctrina diui Thomae quod re non distinguuntur,

1. Assertio.

Secunda assertio.

guuntur, vt tuetur. 4. opinio. Que quidem assertio fulcitur eisdem mediis, quibus eiusdem fautores vtuntur ad id iudicandum.

Tertia assertio. Plura loca d Th addu cicut, quibus probatur actum intelligendū & verbum mentale distinguuntur.

¶ Tertia assertio: magis probabile est iuxta doctrinā diui Thomae, asserere ea distinguere. Hanc ostendimus pluribus diui Thomae testimoniis, quae non possunt bene intelligi, non posita distinctione reali inter actum intelligendi & mentale verbum: aut enim in praesenti articulo. Quicumque autem intelligit, ex hoc ipso quod intelligit, procedit aliquid intra ipsum, quod est conceptio rei intellectae. Et infra quae. 34. art. 1. ad. 2. inquit: cum dicitur quod verbum est notitia, non accipitur notitia pro actu intellectus cognoscens, vel pro aliquo eius habitu: sed pro eo quod intellectus concipit cognoscendo. Item de potentia quae. 8. arti. 1. expressius hoc insinuat, eius verba sic habent: intellectus in intelligendo ordinem ad quatuor habere potest, scilicet ad rem quae intelligitur, ad speciem intelligibilem qua intellectus sit in actu, & ad suū intelligere, & ad conceptionem intellectus: quae quidem conceptio ad tria praedictis differt. Et inferius, paucis interiectis: differt ab actione intellectus, quia praedicta conceptio consideratur vt terminus actionis, & quasi quoddam per ipsum constitutum. Et paulo inferius: vox exterior neque significat ipsum intellectum, neque speciem intelligibilem, neque actum intellectus, sed intellectus conceptionem, Et de veritate quae. 4. arti. 1. dicit. Verbum intellectus nostri est illud, ad quod operatio intellectus nostri terminatur. Et inferius: ipsa conceptio est effectus actus intelligendi. Haec omnia diuus Thomas, quae palam ostendunt, re differre actum intelligendi & verbum.

Respondet 4. opinio ad omnia loca d Thom. adducta.

Argumentum contra responsionē.

¶ Ad haec tamen omnia respondet. 4. opinio, quod ex praedictis locis tantummodo colligitur ea distinguere ratione. Sicut calor & calefactio, inquit, solum ratione distinguuntur, tamen calor producitur per calefactionem, & est eiusdem terminus & effectus, atqui nomen caloris significat calorem & non calefactionem, igitur quantumvis consimilia dicantur de actu intelligendi & verbo mentali, non propterea colligitur ea distinguere. ¶ Ceterum insurgimus aduersus istam opinionem, supposito secundum diui Thomae mentem, vt demonstrabitur disputatione sequenti, quod anima per actum intelligendi Sortem, exempli causa, non tantum cognoscit rem a par-

te rei, sed ipsum mentale verbum. Nunc colligamus sic: anima per actum intelligendi Sortem, cognoscit verbum mentale eiusdem, at actus intelligendi & verbum mentale sunt idem (vt das) igitur idem est cognitio sui ipsius. Fortassis respondebit ne. Prima respondendo consequentiam, nam illud relatiuū reciprocum, dicit omnino idem: & verbum mentale & actus intelligendi non sunt omnino idem. Vel forsan secundum concederit illud, sicut notitia omnium entium, & notitia omnium notitiarum significat se ipsam, & est sui ipsius cognitio. ¶ Verum obiciamus, quoniam istae notitiae sunt cognitiones communes sui & aliorum, tamen actus intelligendi Sortem, si est verum quod dicitur, est cognitio singularis sui ipsius: quod profecto non videtur posse contingere in anima nostra, quae non cognoscit se per suam essentiam. Et quidem quantumvis ista opinio sustineri possit, vt fatear verum, animus illa non coquefcit: neque testimoniis diui Th. superius adductis plene satisficit. ¶ At potest quis obicere aduersus sententiam quae dicitur esse probabiliorē, in hunc modum: Actus intelligendi & verbum mentale distinguuntur re, & vtique, illorum est actus similitudo rei, ergo in anima nostra eiusdem rei sunt duae actus similitudines, quod est falsum: quoniam vna earum sufficienter repraesentat rem, & ex consequenti altera frustra ponitur. ¶ Respondemus, negando quod actus intelligendi sit similitudo rei, sed per ipsum producitur rei similitudo, scilicet verbum: Et hoc expressè dicit Capreolus in. 4. dist. 49. quae. 5. art. 3. in responsione ad. 3. Cuius verba sic habent: supponit falsum (scilicet qui argumentatur) quod actus intelligendi sit expressa similitudo obiecti. haec ille. Et ostendimus id verum esse: quoniam productiones quibus producuntur rerum similitudines, non sunt similitudines: vt productio qua generatur filius similis patri, vel imago, non est similitudo: sed per actum intelligendi producitur rei similitudo: scilicet verbum mentale, & est eiusdem verbi productio, ergo actus intelligendi non est similitudo. ¶ Itē quia actus intelligendi est actio intellectus, & ea tur. non est rei similitudo, pertinet namque ad praedicamentum actionis, similitudo autem ad praedicamentum ad aliquid. ¶ Quo fit vt illud primum in anima nostra duntaxat sit rei duplex similitudo, vna habitu quae est species: alia actu quae est verbum. ¶ Colligitur etiam quod illatum.

Secundum quod illatum.

quod actus intelligendi rem, non significat eam neque representat formaliter (quoniam non est eius similitudo neque signum) sed effectiue: quatenus per eum producitur verbum, quod significat & representat. ¶ Si quis verò obiecit isto modo, actus intelligendi est rei cognitio, & ea est rei similitudo, ergo & actus intelligendi. Respondemus, rei cognitio esse eiusdem similitudine, si nomen cognitionis assumatur pro notitia & verbo, sed non si accipiat pro actione intellectus, quae cognoscit & intelligit. Simili modo dicendū est de notitia, quod est rei similitudo, si nomen notitiae assumatur pro verbo, sed non si accipiat pro actu intelligendi. ¶ Secundo opponimus, per actum intelligendi producitur verbum, sicut per calefactionem calor, vt concessum est, sed productio calore cessat calefactio, ergo productio verbo cessat intelligendi actus, ac perinde sequitur, quod tunc in anima erit verbum & notitia, & per ea ipsa non intelligit: quod nepe pugnat. ¶ Respondemus negando consequentiam, neque est simile de calefactione & actu intelligendi: calefactio namque est actus imperfectus (scilicet subiecti) quando quidē est motus, qui est actus entis in potentia, secundū quod in potentia, autore Ari. 3. phys. tex. 6. sed intellectio est actus perfectus, & tota simul, habent se, nimirum verbum & actus intelligendi, sicut lumen & illuminatio: productio siquidē lumine a sole non cessat illuminatio. ¶ Negamus insuper consequentiam, etenim verbum & actus intelligendi a se inuicē pendunt: quapropter verbum non potest permanere cessante intellectu, neque intellectus potest intelligere sine verbo, vt magis declarabitur in sequenti disputatione, & isto modo responderit S. Th. vbi supra de veritate ar. 1. ad primū. Cuius haec sunt verba. Verbum interius semper requirit intellectum in actu suo, qui est intelligere: ipsa autem actio intellectus motus dicitur, non quidē actus imperfectus, vt describitur 3. phys. tex. 6. sed motus perfectus, qui est operatio, vt dicitur in. 3. de anima tex. 28. Haec ille.

Obiectio.

Responsio.

Secundū argumentum.

Responsio prima.

Secunda responsio.

Tertia disputationis pars.

Responsio ad argumentum quod factum est in fauorem partis negatiuae.



D argumentū quod fecimus in fauore partis negatiuae, respondemus negando minorē: scilicet quod mentale verbum non producatur per actum intelligendi. Et ad pri-

mā minoris probationē respondemus etiā negando minorē, scilicet quod per actionē immanentē nihil producatur: & Aristoteli testimonio, quo videtur asserere oppositum, satisfacimus, dicēdo id nimirū Aristotelē velle, quod per actionē transuentē necessariō producat aliquid ad extra: sed per actionē immanentē, qua ratione immanēs est, perse & necessariō nihil producitur. Audire namque & videre sunt actiones immanētes, & vt posita dicemus, per eas nihil producitur. Verū non affirmat Aristoteli, nihil posse produci per aliquam actionē immanentē: actus siquidē virtutū & virtutū sunt immanētes, & producunt virtutes & vitia in intellectu, voluntate & appetitu sensitivo, iuxta illius sententiā 1. & 2. ethicoꝝ. ¶ In secunda probatione negamus itidē minorē, videlicet quod actus immanēs appelletur vltimus actus, eo quod per illū nihil producatur: sed quia per illū nihil producitur ad extra. ¶ Ad tertiā probationē negamus etiā minorē, scilicet quod si per actum intelligendi produceretur verbum, ipsum esset eo perfectius: quin potius ipsum verbum est illo imperfectius, quoniam ordinatur ad eū tanquā ad finē. vt explicabimus disputatione sequenti. ¶ Ad quartā probationē Scoti dicimus, quod eadē actio intellectus est dicere & intelligere, quāuis ratione differat: vt ostensum est questione praecedenti, & sequenti amplius declarabitur, & respondemus, quod verbum, qua ratione est verbum, producitur per actum intelligendi, aut actionē intellectus vt ea est dicere, & non quatenus est intelligere. Et sicut calefactio non potest intelligi sine calore, ita quoque actus dicendi, seu dicere, nequit intelligi sine verbo. ¶ Ad vltimā probationē respondetur, quod sumēdo nomē intelligentiē pro eo quod est intelligere, non generatur verbum intelligentiā velut principium quod vel quo efficiēs, sed memoria quae est intellectus formatus specie intelligibili, quā alij vocāt memoriā secundā: verūtamē in ipsa intelligentiā, seu intelligere, est generatio verbi & actio per quā verbum producitur. Sicut calefactio nec producit calorē tanquā principium quod, nec tanquā principium quo, sed est ipsa caloris productio & generatio, si ea generationē vocare libet. ¶ Ad argumēta quartae opinionis respondemus, & ad primū negando D. Tho. testimonia adducta posse intelligi de sola distinctione rationis. ¶ Ad secundū dicim⁹, nos non ponere distinctionē reā in ter actum intelligendi & verbum, duntaxat propter analogiam.

Respondet primā probationē minoris.

Respondet secundā probationem.

Respondet tertiā probationem.

Respondet quartā probationem.

Respondet quintā probationem.

Respondet argumēta quartae opinionis.

Ad primū ad secundū ad tertiū ad quatuor dms.

analogiam & comparationem, qua vtitur. D. Tho. ad declarandū diuinum verbū: sed etiam ratione & autoritate D. Tho. persuasum.

Ad tertium si.

Ad tertium, fatemur actum intelligēdi esse idem cum verbo mentali, si actus intelligendi & eius actio accipiatur pro actione quae est in passio, & idem cum effectu productio: at actus intelligendi & actio intellectus, seu intelligere, quod est idem re cum intellectu intelligente, distinguitur realiter ab ipso verbo.

Disputatio quinta.

Dubium est, qua necessitate cogimur ponere mentale verbum.



VM absoluerimus quaestione de verbi mentalis distinctione ab actu intelligendi, opere pretium erit iam de necessitate qua cogimur verbum mentale ponere agamus.

quoniam haec est potissima quaestio in tractatu de mentali verbo. Nimirum disputatione hanc in duas secamus partes: in prima quidem praemissis aliquibus suppositis, per quatuor assertiones respondemus praefatae quaestioni: in secunda vero proponitur plura dubia, quae sese offerunt circa rei materiam de qua agimus.

Prima disputationis pars.



Raedita igitur quaestione aliquibus elucidare praedictis oportet, quorum primum sit, intelligibile speciem non representare obiectu actu sed habitu:

in dormientibus enim species intelligibiles sunt, & tunc temporis nihil actu representant. Secundo sciendum est, quod ut intellectus intelligat rem aliquam, necesse est ea illi actu praesentari. Hoc de se notum quidem est, quia si res non actu representatur intellectui, consequens est eum non intelligere: quod fit, ut sola species intelligibilis non sufficiat ad intelligendum.

dum est, quod ut anima nostra rem aliquam cognoscat, non satis est ea esse illi praesentem secundum locum, ipsa namque anima semper est sibi praesens hoc modo atque etiam habitus, & eius intelligibiles species: verumtamen non semper ea intelligit, neque seipsam. & saepe numero contingit aliquem hominem esse sic praesentem nobis, & nos non adverte re, neque eum intelligere: quando quidem illud nos non considerat. Sed animam nostram intellectura aliquid, opus est ut illud sit ei praesens secundum obiecti rationem, quod dialectici appellant praesens praesentia obiectiva.

Prima assertio.

His praebitis sit prima assertio. Anima non potest intelligere aliquid obiectum in absentia eiusdem absque verbo mentali, quod offerat illud intellectui actu & sub ratione obiecti: quod probatur, quia anima non potest intelligere aliquid, nisi ei actu representetur, & sub ratione obiecti, ex secundo & tertio suppositis: at huiusmodi representatio nequit fieri nisi per verbum, ergo vera est assertio. Solum nobis superest minor ostendere, quam in hunc modum ostendimus: vel talis representatio actu & sub ratione obiecti fit per speciem, vel rem ipsam absentem, aut per verbum: non per speciem, quia ea non actu representat, ut liquet ex primo supposito, neque per rem ipsam absentem, quando res absens non est praesens, atque perinde non representat se animae, & ex consequenti non potest fieri sui ipsius representatio: ergo representatio actu & sub ratione obiecti duntaxat fit per mentis verbum.

Prima assertionis probatio.

Secunda assertio.

Secunda assertio, neque etiam anima intelligere potest rem praesentem secundum locum, sine verbo mentali, quod ea proponat illi actu & in ratione obiecti: quae sane demonstramus, quae rei praesentia secundum locum, non sufficit ea proponatur intellectui in ratione obiecti ut patet ex tertio praedictis: & hoc plane est necessarium ut intellectus possit intelligere, quae ad modum praemissum est in secunda suppositione: igitur aliquid aliud est dandum, quod ea hac ratione proponat: & istud non est species, ut constat ex primo supposito, ergo est verbum. atque adeo sequitur secunda assertione esse veram. Rursum res habitu non potest se praesentare animae in ratione obiecti, sed indiget specie quae sic representet in intellectu: ergo a fortiori non potest actu se animae praesentare in ratione obiecti, quantumcumque sit praesens secundum locum: atque perinde indiget interiori verbo, quod ea hoc modo proponat.

Prima assertionis probatio.

Secunda assertio.

Ordo quaestionis auctor servat in disputatione.

Primum suppositum.

Secundum suppositum.

Tertium suppositum.

Tertia probatio.

proponat intellectui. Insuper ostendimus idem D. Thomae argumento. contra generes cap. 53. cuius verba statim referemus in tertia assertione. Cum anima nostra cognoscit naturam humanam Sortis, qui existit ei praesens, abstractam a conditionibus individualibus: sic abstracta actu offertur in ratione obiecti, & non per ipsam naturam humanam: etenim ea est coniuncta illis conditionibus individualibus, neque per speciem, ut liquet ex dictis: ergo per metalevolum. Ad haec, probamus eandem assertionem: & ut argumentum efficacius conuincat, loquamur de re materiali: & demus ea esse intellectui praesentem secundum locum: nunc argumentamur ad hunc modum. Haec res actu & in ratione obiecti non potest secundum seipsam praesentari intellectui, siquidem obiectum & potentia debet esse commensurata, intellectus autem immaterialis & res materialis commensurata non sunt: ergo praesentatur intellectui ea ratione per aliud: & non per speciem, ut notum est, ergo per mentis verbum: & ex consequenti necessarium est ponere ipsum, ut actu & in ratione obiecti intellectui representet rem, etiam praesentem secundum locum.

Quarta probatio.

Tertia assertio, quae ex praefatis colligitur, & quaestioni respondet: necessitas ponendi mentis verbum est, ut representet intellectui rem actu & sub ratione obiecti, atque adeo intellectus intelligere non potest sine verbo, quae palam ex dictis inferitur, & ob id alia probatione non indiget. Istam assertionem habet Caietanus in articulo praefati ad quartam dubitationem, & Ferrar. 1. contra gentes ca. 53. & 14. ca. 13. & Capreolus ubi supra. & eandem assertionem affirmat S. Thom. 1. contra gentes loco allegato: cuius verba haec sunt. Intellectus per speciem rei formatus, format in seipso quaedam intentionem rei intellectae: & hoc idem necessarium est, eo quod intellectus intelligit indifferenter rem absentem & praesentem: in quo est intellectu imaginatio conueniens: sed intellectus hoc amplius habet, quod etiam intelligit rem vel separatam a conditionibus materialibus, sine quibus in rerum natura non existit: & hoc non posset esse, nisi intellectus intentionem, hoc est verbum, sibi praedictam formaret. Haec S. Tho. Sane in his omnibus vniuersi doctores deberent conuenire: profecto nihil aliorum, neque Scotus, neque nominales negabunt aliquid eorum, quae diximus in praesenti disputatione, si recte intelligatur. Omnes enim

Tertia assertio quaestioni respondet.

Secunda probatio.

proponat intellectui. Insuper ostendimus idem D. Thomae argumento. contra generes cap. 53. cuius verba statim referemus in tertia assertione. Cum anima nostra cognoscit naturam humanam Sortis, qui existit ei praesens, abstractam a conditionibus individualibus: sic abstracta actu offertur in ratione obiecti, & non per ipsam naturam humanam: etenim ea est coniuncta illis conditionibus individualibus, neque per speciem, ut liquet ex dictis: ergo per metalevolum. Ad haec, probamus eandem assertionem: & ut argumentum efficacius conuincat, loquamur de re materiali: & demus ea esse intellectui praesentem secundum locum: nunc argumentamur ad hunc modum. Haec res actu & in ratione obiecti non potest secundum seipsam praesentari intellectui, siquidem obiectum & potentia debet esse commensurata, intellectus autem immaterialis & res materialis commensurata non sunt: ergo praesentatur intellectui ea ratione per aliud: & non per speciem, ut notum est, ergo per mentis verbum: & ex consequenti necessarium est ponere ipsum, ut actu & in ratione obiecti intellectui representet rem, etiam praesentem secundum locum.

citra controuersiam fatetur, conceptum (quem verbum dicimus) praesentare obiectum intellectui actu & sub ratione obiecti, & ipsam gratiam huius necessarium ponendum: atque speciem duntaxat representantem rem in habitu & non in actu, neque ea solam sufficere ad intelligendum. Ceterum aduersus tertia assertione insurgimus: per actum intelligendi producit verbum, & ipse actus intelligendi comparatur ad verbum, ut effectus ad causam: ergo prior est actus intelligendi quam verbum: ac perinde possumus intelligere sine verbo, cuius oppositum habet tertia assertio. In primis possemus negare consequentiam, nam per actum ignis, quae est calefactio, producit calor: & tamen prius natura in genere causa materialis, est calor in subiecto, quam ignis calefaciat. Verum ad intelligendum difficultatem qua argumētum inquit, obseruandum est: intelligere, actum intelligendi: & intellectionem idem significare, atque synonyma esse, ut Marcus Tullius Cicero: & etiam dicere, actum dicens, & verbi productionem pro eodem omnino sumi: quod quidem maxime constat ex ipsa verborum significatione. Ex quo colligitur ea omnia vnicam esse actionem intellectus: quoniam dicere & intelligere sunt vnicam intellectus actio, ut ostendimus in praecedenti disputatione contra Scotum. Sciendum insuper est, verbum & verbi productionem prius (sicut natura) esse ipso actu intelligendi: quod in hunc modum probamus. Anima nostra non potest intelligere nisi prius ei offeratur obiectum, atque ei offertur per verbum, ex prima & secunda assertionibus: igitur prius natura est verbum & verbi productio. Ex quo inferitur, quod quauis verbum producat per rem quae est actus intelligendi, videlicet per ipsam actionem intellectus, quae rem est intelligere, & ipse intelligendi actus: verum non producit per actum intelligendi formaliter, & quae actus intelligendi est. Est siquidem ipsum verbum prius actu intelligendi: & quod prius est, per id quod posterius est, non producit. De hac re si placet, legatis doctores Ferrar. 4. contra gentes ca. 13. Quibus omnibus eluce-

Argumentum contra tertiam assertionem.

Primum habitabile.

Ulatum.

Secundum habitabile.

Ulatum.

Solutio argumenti.

C. 2. forma.

formaliter, & quatenus actus intelligendi est, negamus antecedens: verbum nāque producitur per actionem intellectus, vt ea est dicere, non autē vt est intelligere. ¶ Posset quis obijcere, probando actum intelligēdi & actum dicendi non esse vnicam actionem intellectus. A ctiones distinguuntur per terminos, ac actus intelligendi & actus dicendi habent diuersos terminos: sunt igitur diuersæ actiones intellectus, & nō vnica. Minor ostenditur, quoniam actus intelligendi habet pro termino obiectum cognitum ad extra, etenim ad id duntaxat importat respectum rationis, vt in disputatione tertia docuimus: actus autem dicendi tantum habet pro termino verbum ipsum. ¶ Respondeamus, quod per terminum actionis, intelliguntur philosophi id, quod per ipsam actionem efficitur: vnde est, rem ad extra non esse terminum actus intelligendi, quādo per ipsum non producitur. Quod verō actus intelligendi & actus dicendi habent vnicū terminum, in manifesto est: siquidem per actum intelligendi producitur notitia, per actum dicendi verbū. Sanē verbum & notitia re idē sunt, vt loco allegato præmissum est. ¶ Porro offert sese in præsentī disputatione magni ponderis difficultas: An per actum intelligendi rem ad extra, anima solū intelligat ipsam re, an etiam ipsum verbum mentale? Causa exempli. an per actum intelligendi Sortem, intelligamus etiā verbum & conceptum illius? Huic difficultati explicandæ constituimus sequentem assertionem, ob quam scimus nostri tēporis dialecticos maxime clamatos aduersus D. Thomam, atque iniuriā quidē. Sit ergo quarta D. Thomæ assertio. ¶ Per actum intelligendi non solū cognoscitur res, sed etiam verbū, quod est rei similitudo: ita quod intellectus primō intelligit verbum ipsum, quasi imaginem rei: & in ipso, velut in simulachro, intuetur re ipsam. Hāc sententiā aperte affirmat diuus Thomas pluribus suæ doctrinæ locis: nam vbi supra de veritate arti. 2. ad. 3. sic ait. Conceptio intellectus non solū est id quod intellectum est, sed etiam est id in quo res intelligitur: & sic id quod intelligitur, potest dici & conceptio intellectus, & ipsa res. Et apertius de potentia quæst. 9. art. 5. id autē, inquit, quod est perfecte intellectū, nō est res illa cuius notitia per intellectū habetur: & paucis interiectis: hoc ergo est primō & perfecte intellectū, quod intellectus in se ipso cō-

Obiectio.

Solutio

Difficultas cognitione digna.

Quarta assertio.

cipit de re intellecta, haecenus ille. Et Ioā. 1. idē palā asserit his verbis: istud ergo sic expressum, scilicet formatū in anima, dicitur verbum interius, & ideo comparatur ad intellectū: nō sicut quo intellectus intelligit, sed sicut in quo intelligit: quia in ipso expresso & formato videt naturā rei intellectæ. Et præter hæc, sunt quæ plurima loca quibus id ipsum asserit D. Tho. & quoniam sunt, qui existiment, nullū Thomistarū præfatā sententiā tutari, placent plures in mediū adducere: & illorū verba referre. In hac sententiā est Caier. dubio. 4. in præsentī articulo, & Capreolus in. 1. dist. 27. quæst. 2. ar. 3. in responsione ad quoddā. 3. argumentū, dicit: quod intellectus duplicē formā aspicit, scilicet cōceptū quē format, qui est quod intelligitur, & quod natura, quæ est extra, intelligitur: & secundā rō aspicit naturā extra animā existētē. Verba sunt Capreoli. Ferrar. eisdē subscribit sententiā. 1. cōtra gētes ca. 53. Nulla alia ratione inquit, ponitur verbū ab ipso S. Tho. nisi vt fiat obiectū præsens actui ipsi intellectui, in esse obiectiuo, & in ipso sic præsentē, videatur per actū intelligēdi res quæ intelligitur. Et idē dicit. 4. cōtra gētes ca. 13. verbū enim (ait) est id, in quo videtur res intellecta. ¶ Hinc colligitur, quod præter dictā necessitatē ponēdi verbū, est alia: videlicet vt intellectus in ipso, tāquā in imagine, intueatur obiectū exterius. ¶ Ac ne autoritati solū inniti videamur, ratione istā sententiā cōprobemus: primō experiētia discimus, quod dū cōemplamur re aliquā, præcipuē absentē, intus in anima est obiectū quod eā representat: & in quo tanquā in imagine ipsam cōspicimur. ¶ Secundō verbū mētis actu representat obiectū animæ nostræ, vt de superioribus patet: at nulla res potest aliquid actu nobis representare, quin prius ipsa cognoscatur: (voces nāque, nisi prius audite, representare nō possunt: & imago imperatoris, nisi fuerit visā, eū representare nequit) ergo verbū ipsum necessariō intelligitur ab anima nostra per eius intelligēdi actū. ¶ Demū, vt imago imperatoris ducit nos in cognitionē ipsius, ita verbū ducit nos in cognitionē rei: sed imago non potest ducere nos in cognitionē imperatoris, nisi prius ipsa cognoscatur: ergo verbū nō potest ducere nos in cognitionem rei, nisi prius ipsum fuerit cognitum. ¶ At obijcimus primō: per actum intelligendi cognoscitur verbum & conceptus, ergo quilibet intelligendi actus est notitia conceptus, & proinde

Thomæ assertio.

Secunda assertio.

Tertia assertio.

Prima obiectio aduersus quartā assertionem.

Prima solutio.

Notitia reflexa optima finitio.

Secunda solutio.

Aduerte.

Tertia solutio.

Secunda obiectio.

Prima solutio.

Secunda solutio.

Obiectio.

Solutio.

proinde est notitia reflexa, quod nimirum esse falsum satis liquet: plures namque notitiae sunt rectæ, quæ reflexæ non sunt. ¶ Respondemus primō negata consequentia, ex ultimam siquidem eam diffinitionē, quæ nominalis assignant de notitia reflexa, malam: videlicet notitiam notitiæ: sed notitia reflexa ea est, quæ anima reflectitur supra se & cognoscit se cognoscere. ¶ Secundō respondemus, quod notitia reflexa est similitudo conceptus, actus autem intelligendi nō est similitudo: vt in disputatione præcedenti ostendimus. Tertiō eandem obiectiōnem diluimus, si primū aduertamus iuxta Aristotelis doctrinam de memoria & reminiscētia ca. 2. Quod idem est motus in imaginem, & rem cuius est imago. Quo fit, vt eadē notitiā cognoscatur res, quæ cognoscitur eius imago, vt imago est: & eodē etiam actu intelligendi cognoscatur obiectum exterius, & verbum quatenus est in dem imago & similitudo est. ¶ Nunc respondemus, actum intelligendi (causa exempli) Sortem, esse notitiā rectā respectu Sortis, & proinde verbi, quoniam est vnicus actus: neque fateri oportet eā sententiā, illum actum esse rectum respectu Sortis, & reflexum respectu verbi. ¶ Secundō infurimus, quiuis actus intelligendi est cognitio verbi, & rei in ipso verbo relucentis, vt datum est: ergo est notitia intuitiua, quando est rei præsentis, scilicet verbi præsentis, quod tanē à veritate maximē abest: etenim complures notitiæ abstractiue sunt, quæ intuitiue non sunt, vt communiter doctores fatentur. Loquimur in re scholastica, vt scholastici doctores loquuntur: qui notitiā rei absentis, quatenus absens est, appellant abstractiuam: præsentis verō, quæ præsens est, intuitiuam. ¶ Negamus primō consequentiam, quia notitia solū dicitur intuitiua vel abstractiua respectu rei ad extra. Secundō fatemur omnem actum intelligendi esse notitiā intuitiuam respectu verbi. ¶ Verum manet adhuc scrupulus in solutio: hæc: omnis intelligendi actus est intuitiua verbi notitia, at per notitiā intuitiuam euidenter cognoscimus rem esse: ergo euidenter cognoscimus, verbum mentale ponendum iuxta mentem D. Thomæ: quod nullus ex eius sectatoribus cōcedet. ¶ Inque nūc fatemur animam nostram clarē cognoscere, quod sibi præsentatur res quedā in ratione obiecti: an verō illa res sit obiectū intra

animam vel duntaxat extra illā, non clarē cognoscitur. Quæ admodum per notitiā quæ titari intuitiuam, manifestē cognoscimus quantitatem: nō tamē an distinguatur à substantia, vel sit eadem cum ea. Quod si hæc doctrina S. Tho. tibi non admodū placet, eligas vitam duarū malueris, aut Scoti & nominaliū, aut eam quartam Thomistarū, de qua in disputatione præcedenti, parte prima sermo fuit.

Secunda disputationis pars.



N hac secūda parte plura occurrunt dubia, quæ ad perfectam verbi mentalis explicationē necessarium est definire. ¶ Primum, an quilibet rei cōceptus & notitia sit verbum.

Primū dubium.

Fuit quorundā theologorum placitum asserentium, quod iuxta sancti Thomæ doctrinam nō omnis conceptus erat verbum, sed ille solū qui erat notitia clara & manifesta: conceptum autem, quæ appellant consulum, & obicū, verbum non dicit. ¶ Hæc opinio quemadmodū falsa est, ita aduersatur diuo Thomæ, quæ illius fauorem cōfingunt: si quidē infra quæst. 34. art. 1. ait. Primō & principaliter interior mētis conceptus verbum dicitur. Quo loco nullum conceptum à ratione verbi exclusit. Respondemus itaque: omnē conceptū mētis verbū esse: fatemur tū conceptū consulum non tantā rationē verbi habere, sicut clarū: quemadmodū oris verbū obicū, in communi hominū sermone dicitur non esse verbum: etenim de illo qui proferebat verbis balbutit dicere solemus, cum nullum verbum loqui.

Quorundā theologorū placitum.

Refellitur.

Solutio.

Secundum dubium.

Secundō dubitatur, an per actum intelligendi rem præsentem, seu notitiā intuitiuā, producat verbum.



Timor in præsentia nomine notitiæ pro actu intelligendi, & nō pro cōceptu. Aliqui ex scholasticis Thomistarum tueri partē negant, quorum præcipuum fundamentū erat: vbi res sunt præsentē, nō est opus signis: verbū autē est signū & imago rei.

Opinio quorundā Thomistarum.

stabit. Quoadmodum fieri non potest, quod detur aliqua creatura, quae natura sua faciat gratiam & Dei amicitiam: verum ipsa gratia & Dei amicitia creatura est, qualitas scilicet qua anima fit grata Deo, & ad vitam aeternam accepta: ita nequit fieri, ut sit aliqua creatura, scilicet species Dei creata quae producat Dei visionem: verum tamen ipsa Dei visio & notitia creatura quidem est. ¶ Aduersus eandem sententiam posset quis obijcere secundum, in hunc modum: Beati formant verbum quo vident Deum, ergo est medium inter visionem beatificam (hoc est actum intelligendi & videndi Deum) & ipsum Deum visum. Quod falsum certe apparet, quando quidem beatifica visio est immediata diuinae essentiae visio. ¶ Respondemus quod medium extrinsecum cognoscenti efficit mediatam cognitionem, ut dum cognoscimus imperatorem per imaginem suam: at medium intrinsecum cognoscenti, & cognitioni, quale est verbum, non facit mediatam cognitionem inter ipsam & obiectum a parte rei: exempli causa, ut lumen est medium sub quo homo videt colorem, verum tamen non facit, quod visio sit mediata coloris visio: quae quidem solutio sumitur ex Sancto Thoma in. 4. distinct. 49. quaest. 2. arti. 1. ad. 15. ¶ Quoniam verum oppositam partem probabilem esse dicunt Thomistae, oportet eam ratione fulcire: & ad argumenta respondere. Tenentes igitur oppositam partem hac ratione eam communiunt: species ponitur, ut per ea res cognita vniatur animae: & verbum ponitur, ut praesentet intellectui rem cognitam actu & in ratione obiecti: at Deus est infinite potentia, ergo se ipso solo potest vniri animae, & ei actu & in ratione obiecti sufficienter praesentari, atque adeo non indiget specie, neque verbo, ut a beatis videatur: beati igitur vident Deum, & non formant verbum. ¶ Item, species & verbum ponuntur in anima propter indigentiam rei cognitae, quia non potest perse vniri intellectui, & actu atque in ratione obiecti praesentari: sed in Deo non potest esse indigentia, igitur neque species, neque verbum sunt adijcienda ad Dei visionem. ¶ Ad testimonium autem. D. Thomae, quibus asserit verbum esse de intrinseca ratione cognitionis, respondemus: id quidem verum esse de cognitione naturali, non de super naturali, qualis est Dei visio. ¶ Ceterum his duobus argumentis proximè adductis, primae opinionis propugnatores responde-

Secunda obiectio.

Solutio.

Ratio quae pars negatiua sit probabilis.

Confirmatur.

Locis adductis.

re habent, non solum propterea ponendum esse verbum, ut praesentet intellectui rem cognitam actu, & in ratione obiecti: sed etiam tanquam terminum intrinsecum cognitionis, necessarium requisitum ad intelligendum: ut calor ad calefaciendum requiritur. ¶ Non me latet esse aliquos, qui vitio dent doctori, sententias oppositas tribuentes. at nos illos vehementer esse deceptos existimamus, plura enim sunt in scientiarum cognitione ita dubia, & ambiguitatis nexibus impedita, ut neque a facie, neque a tergo plenè definiri possint: atque in his in alteram partem inclinare hominis indocti & ignorantis est. Rursus alia plura sunt, & opposita illa quidem inter se, quorum vtrunque probabile est: & neutrum pro certo haberi potest. Maxima enim sapientiae pars est, certa ab incertis se parare: dubia pro dubijs, certa pro certis docere. Ac si penitus rem consideremus, praesens quaestio ex hoc aut illo genere rerum forsitan est: non igitur in culpa sumus, si ambas propositi dubij partes defenderimus.

Annotationis memoria dandum.

Quintum dubium.

An per actum voluntatis producat aliquid, sicut per actum intellectus producat verbum.



HIC difficultatis, quae non parum refert ad intelligendum Spiritus Sancti processionem, de qua. D. Thomas articulo. 3. huius quaestionis, satisfaciemus duabus assertionibus: quarum prima sit. ¶ Per actum humanae voluntatis non producat aliquid, quod sit eius obiectum, & ab ipsa amatum. Ut tamen haec assertio nota fiat, insurgimus: per actum intellectus producat verbum, quod est obiectum intellectus, & per ipsum intelligitur, ut liquet ex praecedentibus: ergo per actum voluntatis producat aliquid, quod sit obiectum ipsius, & ab ipsa amatum: utrobique enim confimilis videtur ratio. ¶ Respondetur ne gando collectionem, quoniam obiectum intelle-

Prima assertio.

Primum argumentum.

Solutio.

intellectus est verum: verum autem, ut dicit Aristoteles. 6. meta. tex. 8. est in intellectu, quam obrem per actum intellectus producatur ipsius obiectum intra ipsum, quod est verbum: verum tamen obiectum voluntatis est bonum, quod est in rebus, & non in voluntate: quocirca per actum voluntatis non producatur ipsius obiectum. Et sic respondet D. Thom. de veritate quaestio. 4. articulo. 2. ad. 7. cuius verba sunt: haec est autem differentia inter intellectum & voluntatem, quia operatio voluntatis terminatur ad res, in quibus est bonum & malum: sed operatio intellectus terminatur in mente, in qua est verum & falsum: ut dicitur. 6. meta. tex. 8. ¶ Secundum argumentum: pater & filius per actum voluntatis producat Spiritum Sanctum, quod est obiectum amatum ab eis: ergo nos per actum voluntatis producat aliquid, quod sit eius obiectum, atque amatum ab ea. ¶ Negamus consequentiam, est enim maximum discrimen inter voluntatem humanam & diuinam: obiectum namque voluntatis diuinae est intra ipsum Deum, & ob id per actum ipsius producat aliquid, quod est ab ea amatum, scilicet Spiritus Sanctus: at obiectum humanae voluntatis est extra, ut diximus, & propterea consulto adiecit in assertione, quod per actum voluntatis humanae non producat aliquid, quod sit eius obiectum, ut insinuaremus alterum quid reperiri in diuina voluntate. ¶ Etenim difficultas, quae sese in praesentia offert, & de qua est disceptatio inter Thomistas, est: an per actum humanae voluntatis producat aliquid, quod sit terminus ipsius actionis: sicut per actum intellectus producat verbum, quod est intellectus terminus: ac si dubitemus, an per actum amandi producat amor, qui sit eiusdem actus amandi terminus. ¶ Circa hanc difficultatem sunt diuersae Thomistarum sententiae: quidam tunc partem negant, & asserunt quod amor nihil aliud est, quam actio ipsius voluntatis, quae est de praedicatione actionis: & quod per eam actionem, quae est amor, nulla qualitas producat intra ipsam voluntatem. Quod quidem probant ex verbis. D. Thom. de veri. vbi supra articulo. 2. ad. 7. Cuius verba sic habent: voluntas non habet aliquid progrediens a se ipsa, quod in ea sit nisi per modum operationis: sed intellectus habet in se ipso aliquid progrediens ab eo, non solum per modum operationis, sed e-

Secundum argumentum.

Solutio.

Difficultas.

Diuersae Thomistarum sententiae.

tiam per modum rei operatae. ¶ Opposita sententiam defendunt Caieta. in hac quaestione arti. 3. & Capreolus in. 1. distinct. 27. quaestio. 2. & idem expressè dicit. D. Thom. arti. 3. huius quaestionis: secundum autem (inquit) operationem voluntatis inuenitur in nobis quaedam alia processio, scilicet processio amoris, secundum quam amatum est in amante, sicut per conceptionem verbi res dicta vel intellecta est in intelligente. Haec ille. Et ista opinio est amplectenda, nempe quod per actum voluntatis producat quaedam qualitas, quae est terminus eius actionis: ut per actum amandi amor, per actum odiendi odium, quae sunt qualitates & termini earum actionum. ¶ Item, quia alias analogia, qua vtuntur sancti & D. Thomas loco allegato, de processione voluntatis humane ad processionem diuinae voluntatis, nulla esset. ¶ Ad testimonium verò diuini Thomae adducum de veri. quo asserit, voluntatem non habere aliquid progrediens a se ipsa quod in ea sit nisi per modum operationis, respondemus, debere intelligi, quod per actum voluntatis non producat aliquid, quod sit ipsius actus obiectum: sicut per actum intellectus. Haec de verbo mentali. ¶ Cum ergo per tam longam disputationem peruenierimus dicendo quod volumus, & quum est ut cum lectore iucundè otiemur: morae eorum, qui magnis laboribus coparatis fructibus vescuntur. Nam facilius multo ac fidentius, venturam quaestionem ingrediemur: propterea quod in his disputationibus nihil praeteritum sit, quod praemitti debuerit, ad intelligendum filium Dei esse verbum. Demonstratum enim est quid esset verbum, & quoniam illud duplex erat, diuisum in vocale & mentale. maxima qua fieri potuit diligentia explicuimus. Dictum est quo pacto verbum mentis ab actu intelligente differret, theologis enim hoc discrimen magnum negotium solet facessere: traditum est, qua ratione compulsi verbum mentale ponamus: praecipuum est, quo pacto difficultates, quae huic negotio appendices adijci solent, soluerentur: scilicet an quilibet conceptus sit verbum, an per actum intelligendi rem praesentem producat: & grauis illa, an angeli cognoscendo se forment verbum: rursus alia non quam satis expedita, an beati videndo Deum, forment verbum: & illa ad Spiritus Sancti processionem multum referens, an per actum voluntatis produca-

Verba sententiae.

Explicitio testimonij. D. Thomae.

Summa dictorum.

ducatur aliquid, sicut per actum intellectus producit verbum: atq; his cognitis præ- ludijs expeditiorem te esse intelliges dispu- tationi grauisimæ, quæ sequitur, de verbo diuino.

Disputatio sexta. De verbo diuino.



BSOLVTO iam tractatu de ver- bo mentali, qui ne cessarius planè er- rat (vt docet Augu- stinus. 15. de trinita- ta. ca. 11.) ad cogni- tionem verbi diui- ni, qualis humanis

viribus haberi potest: consequens est, vt de ipso disputationem ingrediamur. Huiusdis- putationis difficultas non consistit in varie- tate opinionum, diuersis doctoribus diuer- sa existimantibus, sed in declaranda verita- te catholica, in qua illi omnes conueniunt: hæc videlicet, quoniam pacto filius Dei vo- cetur verbum. Quapropter illam, non ea qua cæteras hactenus, sed differenti metho- do discutiemus: plures etenim proponen- tur quæstiones ad exactam difficultatis pro- positæ explicationem quibus sigillatim res- pondendum.

Partitio- nis dispu- tationis.

¶ Primò igitur quæritur, an in diuinis sit verbum, & verbi processio. ¶ Secundo, an filius Dei sit verbum. ¶ Ter- tiò quare filius Dei appelletur verbum. ¶ Quarto disputabimus, quare peculiari- ter de verbo dicitur, quòd omnia per ip- sum facta sunt. ¶ Quintò quare etiam spe- ciatim de verbo dicitur, quòd factum est in ipso vita erat, potius quàm de patre, & de Spiritu Sancto. ¶ Sextò, cur verbum sit Dei imago, non pater neq; Spiritus Sanctus. ¶ Præterea. 7. au verbum sit creaturarum imago.

Prima Quæstio.

An in diuinis sit verbum, & verbi processio.



ADEM ferè est præ- sens interrogatio cum ea quàm mouet Sanctus Tho- mas in hoc articulo, & il- li respondet constituens hanc conclusi. onem. ¶ In diuinis est verbum, &

Conclusio.

verbi processio. Atque probat ratione quàm in hanc summam redeginus in commenta- rio. Licitum est argumentari ab humanis ad diuina, at in nobis per actum intelligendi procedit verbum ab anima ipsa dicente, er- go in Deo per actum intelligendi procedit verbum à Deo ipso dicente: ac subinde in Deo est verbum, & verbi processio. ¶ Secun- dò eadem ferè ratione stabilitur conclu- sio: intellectus diuinus non est minoris fecunditatis quàm humanus, iuxta illud Etsi- que vltimo, nunquid ego, qui alios parere facio ipse non pariam? dicit dominus. Si ego qui generationem cæteris tribuo sterilis ero? at per actum intelligendi humanum procedit verbum, ergo per actum intelligendi diui- num procedit verbum: & ex consequenti in Deo est verbum, ac verbi processio. Ex- pende modò lector, quàm perspicuè red- dantur hæc probationes, per ea quæ supe- rius annotauimus. ¶ Porro aduersus conclu- sionem ipse D. Thomas insurgit in præsen- ti articulo, cuius primum argumentum est: in diuinis processio significat motum, at in Deo non est motus, ergo nec processio.

Probatio. 1

Secunda.

D. Thom. argumenta

Responsio.

Secunda ar- gumentum

Solutio.

Annotatio.

¶ Respondetur, negando antecedētis pri- mam partem: quoniam processio rei intra ipsum agens, qualis est in Deo, & in anima, fit sine motu: quauis processio externa in creatoris, qua effectus procedit extra ipsum agēs, fiat cum motu. ¶ Secundò argumēta- tur Sanctus Thom. Omne procedēs est di- uersum ab eo quod procedit, sed in Deo nō est aliqua diuersitas, quin summa simplici- tas, ergo in Deo non est processio. ¶ Respo- detur, id quod procedit secundum proces- sionem externam, oportet diuersum esse ab eo à quo procedit, sed non quod secundum internam & intelligibilem, quale est obie- ctum ipsius intellectus interius, quod est verbum ipsum: vt declaratum est quæstio- ne præcedenti. Et ratio quam assignat. D. Thom. hæc est: nam quòd aliquid perfectiùs intelligitur, eò conceptio intellectualis, quæ est verbum, intimior est ipsi intelligenti, & magis vnũ cum eo: Deus perfectissimè in- telligitur à se ipso, necessum igitur est, quòd ver- bũ per eius intellectiōem procedēs sit perfe- ctissimè vnũ cū eo: esto verbũ creatũ sit di- uersũ ab intellectu à quo procedit. ¶ Ad cuius maiorem declarationem nota, quòd cogni- tio fit per hoc, quod cognitum est in co- gnoscere: & per vnionem rei cognitæ ad ip- sum cognoscens, & quia cognitum & co- gnoscens sit quòdammodo vnũ. Quam obrem quandò aliqua res perfectius intelli- gitur, tandò eam magis fit vnũ cum intelle- ctu. Sed Deus pater perfectissimè cognos- cit verbum suum, quod producit per actũ intelligendi, ergo ipsum diuinum verbum est vnũ (natura scilicet) cum ipso Deo, pa- tre cognoscente. ¶ Tertium argumentum est: procedere ab alio, primo principio re- pugnat, at Deus est primum principium, ergo in eo non est processio. ¶ Responde- tur, quòd procedere à principio, vt quid ex transeũ aut diuersum, repugnat rationi pri- mi principij: verum tamen procedere, vt in- timũ & ab eque diuersitate natura, per mo- dum intelligibilem, non repugnat primo principio creaturarum. Hæc argumenta ideo in commentario non explicuit, quia le- ctor neq; aptus neq; capax esset, vt illa tunc intelligeret: sed huc reserupta sunt, quando præmissis pluribus quæ diximus, facillimè percipiuntur. ¶ Quarto nos argumētum aduersus sanctum Thomam: qui naturalibus contendit rationibus probare ea quæ spectant ad trinitatem, maximam irrogat in iuriam fidei, vt ipse etiam D. Thomas do- cet infra quæst. 32. art. 1. at in diuinis esse ver- bum & verbi processionem spectat ad tri- nitatis mysterium, quod in præsentia niti- tur Sanctus Thomas rationibus naturalibus comprobare: ergo maximam irrogat iniu- riam fidei. ¶ Hoc argumento aliqui per sua si impingunt. D. Thomæ, eum niti probare trinitatis reconditissimũ arcanum natura- libus rationibus: quod quàm longè absit ab eius instituto, manifestũ est loco allegato: quin ipse ibidem ait, magnæ cuiusdam tem- meritatis esse, & non sine graui iniuria fidei præsumi. ¶ Quocirca initio disputationis huius, theologos omnes maximè volo ad- monitos, nullo pacto nos posse probare, aut naturali rationis lumine consequi, in Deo esse verbum, & verbi processionem, sicut neq; reliqua, quæ ad trinitatem perso- narum attinent: sed isthæc omnia duntaxat sola fide teneri. Hac ergo veritate ex fide supposita. D. Thom. optimo consilio præ- sentis articuli conclusionem (in Deo, scilicet, esse verbum, & verbi processionem) sola scripturæ autoritate probat, Ioan. 7. ego ex Deo processi. Verum eam exemplis & congruis similitudinibus nititur declara- re, vt in eius cognitionem noster intelle- ctus manu duci posset. Nos igitur diuini

Tertium ar- gumentum

Responsio.

Quartum ar- gumentum


Admodũ nota.

Thom. August. reliquosq; sacræ classis do- ctiores imitati, operam dabimus, vt eam re, per difficilem sanè atq; perobscuram, eadẽ methodò, adductis scilicet exemplis & ra- tionibus natura delumptis, quod præci- pium munus theologorum est) illustremus, & doceamus. Lege nunc articuli literam quàm profectò, ex his quæ diximus, perspi- cuam reddimus: vt initio tibi polliciti su- mus.

Thom. August. reliquosq; sacræ classis do- ctiores imitati, operam dabimus, vt eam re, per difficilem sanè atq; perobscuram, eadẽ methodò, adductis scilicet exemplis & ra- tionibus natura delumptis, quod præci- pium munus theologorum est) illustremus, & doceamus. Lege nunc articuli literam quàm profectò, ex his quæ diximus, perspi- cuam reddimus: vt initio tibi polliciti su- mus.

Secunda Quæstio.

An filius Dei sit verbum?



PORTET in præsen- ti disputatione primum congruè cum hæreticis vt semel nos ab illorum molestia liberemus. Fuit hæretis quorundam qui vocati sunt Alogiani, vt ait Augustin. in libro de hæresibus, hæresi- so: qui asserbant filium Dei non esse patris verbum: atq; inde dicti sunt Alogiani, qua- si sine verbo: logos enim græcè, verbum lati- ne dicitur: & quonia aperte habetur Ioã. 1. filium Dei esse verbum, euangelium Ioã- nis non recipiebant. Iste error sustineri nō potest, est siquidem hæresis manifesta, cū scriptura catholica pugnant. ¶ Constitui- mus igitur conclusionem de fide tenendã, quæ respondet quæstioni præpositæ, scilicet filium Dei esse verbum: quæ euentif- simè constat ex pluribus sacræ scripturæ lo- cis, Ioan. 1. In principio erat verbum, & ver- bum erat apud Deum, & Deus erat verbum, & verbum caro factum est. Et sapientiæ. 18. filius Dei vocatur sermo, quod tantumdem valet sicut verbum. Cùm quietum silentiũ tenent omnia, & nox in suo cursu mediũ iter haberet, omnipotens sermo tuus domi- ne exiliens de cælo & c. Et manifestum est, non intelligeda isthæc de sermone oris, qui verberato aère sonat: ille enim non est om- nipotens. Et Ecclesiast. 1. sermo sapientiæ ver- bum Dei in excelsis. Et Psalm. 44. Eructa- uit cor meum verbum bonum. Et Etsaiæ. 40. excitatum est fœnũ, & decidit flos, ver- bum autem Dei nostri manet in æternum. Et non loquitur de verbo prolationis, nam illud simul cum sono transit, & minorem habet temporis morã & sustentationẽ quã fœnũ. Et Apoc. 19. vestitus erat veste asper-

Hæresis Alogianũ

Catholico fidei.

sa

Dubium.

sa languine, & vocabatur nomen eius verbum Dei. Porro offert se. dubium, an filius Dei possit appellari sermo, quae quidem quaestio orta est propter Erasmus omnia verum novatorum bilinguam enim vetus, in terpres ponit verbum, ipse venit sermone, inquit in principio erat sermo, & sermo erat apud Deum, & Deus erat sermo, & sermo caro factus est. Atque rationem subiungit, quia sermo est nomen masculinum, quod congruentius quadrat filio Dei quam verbum, quod est neutrum. Generis (inquit) congruentia facit, ut melior sit oratio, quod tunc dicimus sermo Dei factus est caro: quam verbum Dei factum est caro, De hac re Erasmus est notatus quadam censura Parisiensis. Ceterum nos respondemus dubio: primum quod ob hanc rem Erasmus reprehendi non debuerat de haeresi, vel de errore aliquo, quando quidem scriptura nunquam filium Dei sermonem appellat, ut constat ex illo testimonio sapientiae. 18. & Ioan. 17. sermo tuus veritas est. & in discriminatim sancti utuntur nomine verbi aut sermonis pro filio Dei: ut Cyprianus in opere quod scripsit aduersus Iudaeos lib. 2. cap. 5. illum locum Ioan. 1. sic refert: In principio erat sermo, & sermo erat apud Deum, & Deus erat sermo; & Augustinus enarrans hunc eundem locum, sermo tuus veritas est, Ioan. 17. tracta. 108. Palam docet, nihil referre verum sermonem dicamus an verbum. Et Hilarius lib. 2. de trinita. filium Dei nunc verbum, nunc sermonem vocat. Et Hieronymus in expositione super epistolam ad Ephes. cap. 1. inquit: non quod alius assumptus homo, & alius sit sermo qui assumptus sit. Et Lactantius lib. 4. cap. 8. Dei filium sermonem appellat. Et Origenes etiam super Ioan. cap. 1. filium Dei sermonem nuncupat. Afferimus secundum, quod fuit vana curiositas, corrigere & emendare quod benedictum erat, cui assuefacta iam erant aures fidelium, quam congruentius plane filius Dei vocabatur verbum, quam sermo: nam verbum proprie significat vnam rem, aut vnicam vocem: sermo vero vnicam, & plures. Concio enim dicitur sermo, & qui pluribus verbis vtens concionatur, dicitur sermonem facere. Ad insinuandum igitur, quod filius Dei est vnicus & simplicissimus, quatenus Deus: congruentius appellatur verbum, quam sermo. Quae ratio multo maioris ponderis est, quam ratio Erasmi, de

Solutio.

Prima assertio.

Cyprianus

Augustinus

Hilarius

Hieronymus

Lactantius

Origenes

Secunda assertio.

grammaticali generis congruitate.

Tertia Quaestio.

Quare filius Dei appelletur verbum.



Hec quaestio est omnium difficilima, ut saepe diximus, quam difficultatem innuit Spiritus Sanctus cum ait prouerb. 30. Quod nomen est eius? Et quod nomen filij eius, si nos? vbi sapiens interrogat proprium filij nomen, quod est verbum. Atque hac ratione haec quaestio omnium exterruit Augustinus nam in sermone. 144. de resurrectione feria 3. pascha, sermone. 2. inquit: quis a me quid sit verbum Dei: si tibi vellem dicere quid sit verbum hominis non explico, fatigor, haestor, succumbo, non possum explicare vim verbi humani: quantum magis verbi Dei? Igitur finita breui disputatione cum haereticis, quos facile fuit prosternere, & sacri eloquij testimonijs conuicere, & praemisso stabilissimo principio ex sola fide & scripturae autoritate, scilicet filium Dei esse verbum, ut constat in praecedenti quaestione: oportet ut ex eo, ad maiorem eiusdem claritatem, catholicas colligamus conclusiones: hoc enim theologorum munus est, ut ex fidei dogmatibus eliciant veras & inconfutabiles conclusiones: cum theologia duntaxat earum propositionum sit cognitio, quae ex articulis, & reliquis assertionibus fidei inferuntur: quemadmodum definiuimus quaestio. 1. art. 2. in commentario. Oportet etiam praetelligere, filium Dei produci a patre per actum intelligendi: quod nos constanter probabimus arti. 5. huius quaestionis. Sit ergo prima conclusio. Filius Dei est proprie verbum: ac subinde nomen verbum, ipsum proprie significat: ita ut oppositum asserere sit error, ne apertè dicam haeresim. Hanc veritatem habet, D. Thomas in 1. distinct. 27. quaest. 2. arti. 1. dicens: absque omni dubio constendū est, Deum esse verbum & proprie verbum dici. Et infra quaest. 34. arti. 1. ad primum, ait: Arrianorum esse impietatem affirmare filium non esse proprie verbum. Et idem D. Tho. loco citato, & Augustinus de trinita. cap. 11.

Augustinus

Prima assertio.

Theologorum

2. Suppositio.

Prima conclusio.

Probatum autoritate.

Augustinus

Probatum ratione.

Secunda assertio.

Secunda conclusio.

Probatum.

Nota.

cap. 11. palam sentiunt, filium Dei proprius verbum esse, quam oris verbum. Nam tuetur, ut visum est quaestio. 3. assertionem. 2. metis verbum magis proprie verbum esse, quam vocale verbum: at verbi nomen significat Dei filium, in ea significatione qua representat mentis conceptum: (sicut enim conceptus producit per actum intelligendi ita Dei filius per actum intelligendi producit a patre, ut liquet ex secunda suppositione) verbum igitur diuinum magis proprie verbum est, quam oris verbum. Atque hoc asserere necessum est iuxta doctrinam D. Thom. quaestio. 13. arti. 5. vbi tuetur, nomina, quae de Deo & creaturis dicuntur, non esse aequiuoca, sed analogae: & primario significare Deum, secundario creaturas ut sapiens. Cum ergo nomen verbi significet Deum & creaturas scilicet vocis & metis verbum, ac filium Dei, sequitur id magis proprie significare Dei verbum, quam reliqua creata verba. Sed ne videtur autoritate solum innixi hoc asserere, ratione id ipsum efficacissima comprobemus: filius Dei est verbum, ergo est proprie verbum, Collectionem ostendimus, quia si non esset proprie verbum, non esset verbum, neque nomen verbi illum significaret: quod enim proprie non est homo, non est verè homo: ut quia homo pictus non est proprie homo, non est verè homo. Quocirca si filius Dei non esset proprie verbum, non esset verbum: quod est haereticum. Ad haec, mentis verbum est proprie verbum, ut notum est ex tertia disputatione, assertionem. 1. & 2. ergo filius Dei est proprie verbum. Collectio probatur, quonia sicut mentis verbum producit per actum intelligendi ab anima ipsa dicente, ita Dei filius producit per actum intelligendi, a patre ipso dicente: ut etiam magis constabit in sequenti conclusione. Secunda conclusio sit: verbum diuinum habet omnes verbi proprietates, quae in se nullam continent imperfectionem. Quod plane probamus, quoniam est proprie verbum ex prima conclusione: & omne quod est proprie verbum, omnes verbi proprietates habere debet: quemadmodum proprie homo, omnes hominis proprietates habet. Porro ut explicemus magis istam conclusionem, & quoniam pacto filius Dei habet omnes verbi proprietates: oportet praenotare, quod per modum intelligendi humanum, necessum est nos inuestigare

modum intelligendi diuinum: iuxta illud Pauli ad Roman. inuisibilia Dei, a creaturam mundi, per ea quae facta sunt intellecta, conspiciuntur. Et per mentis verbum, quod est in nobis: oportet immari Dei verbum, quod est in sinu patris aeterni. Vt docet Augustinus. cap. 11. Vnde sciendum est, quod sicut species existens in intellectu nostro, est rei similitudo: ita diuina essentia est similitudo omnium rerum: in qua tres diuinae personae refulcent, & omnes creaturae quae possunt imaginatione completi. & quemadmodum species est principium quo anima nostra intelligit, sic etiam essentia diuina est velut species & principium, quo Deus intelligit: & vti per speciem anima est in actu primo intelligendi, & per verbum in actu secundo, sic quoque per essentiam diuinam Deus est in actu primo intelligendi, secundum nostrum modum concipiendi, & per verbum in actu secundo: & ut per actum intelligendi producit verbum in nobis quod est expressa similitudo rei representatae per speciem, ita per actum intelligendi diuinum producit verbum, quod est similitudo expressa omnium quae representantur per diuinam essentiam: & ut anima nostra in verbo intuetur rem per ipsum representatam, sic quoque Deus in ipso diuino verbo, velut in actu secundo, intuetur omnia, quae ipso verbo representantur: scilicet omnes creaturas, diuinam essentiam atque personas. Non tamen concedas patrem intelligere per verbum ira, quod a verbo habeat ut intelligat: quod explicamus articulo sequenti in ipso fine. Et secundum nostrum modum intelligendi: verbi diuini productio praesupponitur ad actum intelligendi Dei in actu secundo: sicut in nobis verbi mentalis productio praesupponitur ad actum intelligendi in actu secundo. Vt satis manifeste constat disputat. 5. assertionem. 3. in primo & secundo notabili, quae ibi adiecta sunt. Hoc docet D. Thom. contra gentes lib. 1. cap. 54. cuius verba sic habent: intellectus diuinus nulla alia specie intelligit quam essentia sua: sed tamen essentia sua est similitudo omnium rerum: per hoc ergo sequitur, quod conceptio intellectus diuini, prout semetipsum intelligit, quae est verbum ipsum, non solum sit similitudo ipsius Dei intellectus, sed etiam omnium, quod est diuina essentia similitudo: sic igitur per vnam speciem intelligibilem, quae est diuina

diuina essentia: & per vnam intentionem intellectam, quæ est verbum diuinum: multa possunt à Deo intelligi. Hæc ille. Et tandem hoc docet in virtute alijs locis. Et etiam hæc omnia virtute docet Augustinus pluribus locis, & in lib. de cognitione veræ vitæ cap. 14. ait: tripliciter verbum intelligitur: verbi gratia cum hoc verbum, homo; homo profert ore: aut cum idem verbum, homo, absq; motu linguæ in corde suo format: aut cum ipsa res, quam significat illud verbum, homo, qualis sit intellectu cogitatur. Hoc tertio modo Deus verbum tuum genuit. Cum se ipsum cogitando, dixit. Et quia totam mundi formam eadem cogitatione produxit, ideo dicitur quod omnia suo verbo fecerit. Vnde & de creatio: mundi legitur, ipse dixit, & facta sunt. Nihil est enim aliud nisi essentia exprimitur. Hæc ibi. Et cap. 16. eodem libro: Sicut sempiterna virtus diuinitatis, per ea quæ facta conspiciuntur, potest intelligi: sic homo profundum mysterium & occultum, per ea quæ in nobis geruntur, ratione perscrutante poterit inspicere. Notum est enim, quod humana mens, verbum communis loquutionis ex se cogitando gignit: & idem verbum in mente & in memoria simul vna essentia existit. &c. Et infra, sic summus pater, verbum suum, se ipsum cogitando, genuit: quod in patris & Spiritus Sancti essentia, simul coessentiale subsistit. Hæc ille. Vide etiam eundem doctorem in sermone. 15. de natiuitate Domini. His deniq; prælibatis, quod in genere efficaçiter probauimus, conuenire scilicet filio Dei omnes verbi proprietates, id ipsum oportet modò, abeuntes per singula, explicare: vt ostendamus conuenire illi quamuis illarum proprietatum. Quod vt perfectius posis intelligere, necessarium est ante oculos tuæ mentis constitutas omnes eas proprietates verbi tui vocalis, tum mentalis, quæ in secunda & tertia disputatione adductæ sunt. ¶ Prima itaq; proprietates verbi est, esse signum, quod representat aliquam rem: vt ibidem demòstratum est: & hanc tanè habet filius Dei,

Prima verbi diuini proprietates.

quandoquidem significat & representat per modum actus secundi ea omnia, quæ per modum actus primi representat diuina essentia: vt liquet ex suppositione. ¶ Secunda verbi proprietates sunt, quod importat relationem rationis ad rem significatam quæ est signi ad signatum: & istam insuper habet verbum diuinum, quod quatenus, representat creaturas, & eas significat, importat relationem rationis, quæ est signi ad signatum: vt docet Augustinus lib. 83. quaestio. 68. & D. Thom. infra. quaest. 34. ar. 3. vbi ait: in verbo importatur respectus ad creaturam, Deus enim cognoscendo se cognoscit omnem creaturam. ¶ Tertia verbi proprietates erat, quod verbum est effectus à dicente productus: hæc nimirum proprietatem esse in diuino verbo constat, reiecta imperfectione, quæ in effectu reperitur. Nam sicut verbum producit à dicente, ita quoque filius Dei est productus à patre, quantum non sit eius effectus: vt deinceps ostendemus. ¶ Quarta verbi proprietates erat, significat relationem rei (quam Scholastici appellant realem) ad dicentem, scilicet processionem à dicente, quæ est relatio effectus ad causam: atq; hæc proprietates verbo diuino maxime conuenit, modò imperfectionem effectus & causæ ab eo leuamus. Nam vt re ipsa producit à patre, dicit relationem realem ad patrem: quæ est rei procedentis à patre, vnde processionem habet. Quo fit, vt diuinum verbum importet duas relationes: alteram realem, scilicet processionem à patre: alteram rationis ad creaturas, quas representat: imò verò ad totam triadem personarum, quam representat. ¶ Quintam verbi proprietatem constituimus, quod omne verbum est duo rum verbum, videlicet dicentis, & rei dictæ significatæq; per ipsum: hæc rursus proprietates verbo diuino competit: ipsum namq; est verbum patris, tanquam dicentis: & creaturarum, vt per ipsum representatur. ¶ Sexta proprietates est, quod ipsum verbum & signum re idem sunt, ratione tantè distinguuntur: quoniam verbum significat relationem realem ad dicentem, à quo re ipsa producit: signum vero relationem rationis, ad res significatas: & hæc filio Dei tribuitur: nam filius Dei est verbum patris, & creaturarum signum. Veruntamen quatenus verbum, ratione differt à se ipso vt signum est: etenim vt verbum, dicit relationem

Secunda proprietates.

Augustinus.

Tertia proprietates.

Quarta.

Illatum.

Quinta proprietates.

Sexta.

146.

nom

Septima. nem reale: vt signum, dicitur rationis. ¶ Prima verbi proprietates est, quod exprimat aliud signum: vt verbum vocale exprimit conceptus: & mentis verbum in actu secundo exprimit quod representatur per speciem in actu primo: habet demum verbum diuinum hanc proprietatem: quia per modum actus secundi, quo ad rationem nostram intelligendi (vt præmissimus) exprimit ea, quæ representantur per diuinam essentiam ad modum actus primi. ¶ Tertia conclusio: pater æternus proprie est dicens atq; proprie dicit verbum diuinum. quam sic ostendimus: in diuinis est proprie verbum, vt ostensum est: ita verbum & dicens sunt relatiuè opposita, vt pater & filius, ergo in Deo est proprie dicens. Assumptum autem constat ex his quæ docuimus disputatione secunda & tertia: & eam expressè Augustinus, lib. 7. de trinitate. ca. 11. cuius verba citauimus disputatione, secunda: & idem manifestè affirmat D. Thom. quæstio. 34. art. 1. ad. 3. & art. 3. ad. 4. Et insuper, in Deo est proprie dicens, sed dicere est generare & producere verbum (vt etiã docuimus in disputationibus citatis) ergo illa persona quæ producit & generat verbum, dicit proprie verbum: at solum pater generat & producit verbum, ergo pater proprie est dicens, atq; proprie dicit verbum. ¶ Quarta conclusio. Pater habet omnes dicentis proprietates, quæ in se nullam continent imperfectionem: est siquidè proprie dicens, & quod huiusmodi est, debet habere omnes dicentis proprietates: quas modo oportet speciatim declarare. ¶ Prima proprietates quæ dicenti conuenit (vt superius diximus) est, quod dicens importat relationem realem ad verbum, quæ est causæ ad effectum: quæ quidem proprietates patri æterni dicenti tribuitur, seclusa causæ ad effectum imperfectione: quoniam vt dicit verbum, ipsum generat: ac proinde importat relationem reale principij, ad re procedentem ex eo. ¶ Secunda proprietates erat quod dicens importat relationem rationis, ad rem verbo significatam: quoniam dicere non solum est verbum generare, sed ipso etiam verbo aliquid representare & significare. Patri conuenit præterea hæc proprietates: nam quatenus dicit verbum diuinum, & ipso representat creaturas, importat relationem rationis ad creaturas ipso verbo significatas. ¶ Tertia proprietates, quam di-

Tertia conclusio probatur.

Augustinus.

Quarta conclusio.

Prima proprietates.

Secunda proprietates.

Tertia proprietates.

centi intellectuali inesse diximus, est: quod dicere & intelligere idem re sunt, ratione autem distinguuntur. Quadrat maxime hæc proprietates patri dicenti: quoniam dicere & intelligere in patre re idè sunt, quia per actum intelligendi dicit verbum: ratio tamen distinguuntur, etenim dicere in patre importat relationem realem ad verbum diuinum: siquidem patrem dicere, est verbum generare: sed intelligere in patre importat relationem rationis ad res quæ intelliguntur, quæ sunt creaturæ, & ipsæ tres diuinæ personæ, & quia dicere est solum in patre, solum enim pater dicit: intelligere verò est in tribus personis, omnes siquidem intelligunt: & quemadmodum per actum intelligendi in nobis producit verbum, quia ratione ipse actus est dicere, & non quia intelligere (vt ostensum est disputatione quinta in notabilibus adiectis in tertia assertione) sic etiam verbum diuinum producit per actum intelligendi patris, quatenus ille actus est dicere, & non quæ est intelligere. ¶ Vltima demum dicentis proprietates est quod ipsum dicit immediate verbum, & mediatè rem verbo significatam. Atq; hæc inter omnes optime conuenit patri: nam generando verbum, dicit immediate ipsum verbum, mediatè verò omnes creaturas, & diuinam essentiam: atq; personas quæ verbo diuino representantur: quemadmodum qui profert hoc verbum ens, non solum dicit hoc verbum: sed vniuersè omnia quæ significantur per ipsum. ¶ Aduersus hanc sententiam argumentatur, patrem dicere est verbum generare: sed, vt asserit, pater dicit omnes creaturas, & essentiam diuinam, & omnes personas diuinas: ergo pater generat essentiam diuinam, & Spiritum Sanctum & seipsum: quod est hæreticum. ¶ Respondetur, quod dicere immediate, est generare: dicere tamen mediatè, non est generare. Quemadmodum qui profert verbum lapidis, immediate dicit hoc verbum, & mediatè omnes lapides qui eo significantur: tamè solum generat & producit hoc verbum id proferendo, sed non lapides omnes: diuiserimus patrem dicere omnes creaturas: diuinam essentiam, & personas mediatè immediate tamen verbum: quocirca solum generat verbum. ¶ Ex omnibus quæ diximus colliguntur plura cognitione digna. Primum omnes creaturas, diuinam essentiam, & totam trinitatem solo vnico verbo diuino dici,

Vltima proprietates.

Argumentum.

Solutio.

Primum collariū.

ci, ac proinde patrem solo vno verbo dice re omnia que dici possunt, aut mere percur ri: iuxta illud Psalm. 61. Semel loquurus est Deus. Quo in loco Augustinus ait: hinc inter homines saepe, multis modis, multis partibus, per multiformem creaturam loquutus est Deus: apud se semel Deus loquutus est, quia vnu verbum genuit Deus. Hec ille: quod vel hoc exemplo illustrari potest. Sicut si aliquis proferret hoc verbum ens, vnico verbo se & omnia alia diceret: ita de pater vnico verbo omnia dicit. Verum maxime differet inter illum & patrem dicentem, nam ille diceret omnia obicure & confuse: at pater dicit omnia distinctissime vnico verbo suo Christo Iesu seruatore nostro.

Secundum. Elicitur secundum, quod ipse filius duobus modis dicitur, & tanquam verbum, & tanquam res significata per verbum: ipsum namque verbum diuinum sicut representat omnia alia

representat seipsum. Sequitur tertio, quod dici conuenit omnibus tribus personis, sed dicere solum patri: etenim dicere est verbum generare, & solus pater generat verbum: sed dici est generari, vel verbo significari, aut representari: & quilibet diuina persona diuino verbo representatur. Per haec omnia contextus D. Tho. quae sunt 34. quae alioqui difficilimus intellectu erat, redditur clarissimus, & qui ab omnibus paruo aut nullo negotio percipi possit: praecipue autem litera articuli primi ad tertium omnium obscurissima. Atque ob eam rem non egeret lector textum D. Tho. audire, quoniam adiecta hac expositione diligenti, ita penetrabis difficultatem, ut non sine causa hoc loco esse ascriptam consideraris. vnde necessum non erit ut postea super illa quaestione diutius immoremur. Locus igitur D. Tho. cui respondet ad tertium ita habet: ad tertium dicendum, quod sicut proprie loquendo, verbum dicitur persona liter in diuinis, & non essentialiter: ita & dicere. Vnde sicut verbum non est commune patri, & filio, & Spiritui Sancto: ita non est verum, quod pater, & filius, & Spiritus Sanctus sint vnus dicens. Vnde Augustinus dicit. 7. de trini. ca. 1. Illo coeterno verbo non singulari intelligitur in diuinis, sed dici conuenit cuilibet personae: dicitur enim non solum verbum, sed res quae verbo intelligitur vel significatur. Sic ergo vni soli personae in diuinis conuenit dici, eo modo quo dicitur verbum: eo vero modo quo dicitur res in verbo intellecta, cuilibet personae conuenit dici. Pa-


ter enim intelligendo se, & filium, & Spiritum Sanctum, & omnia alia quae eius scientia continentur, concipit verbum, ut sic tota trinitas verbo dicatur, & etiam omnis creatura: sicut intellectus hominis verbo quod concipit intelligendo, lapide dicitur. Anselmus vero improprie accepit dicere pro intelligere, quae tamen differunt. Nam intelligere importat solam habitudinem intelligentis ad rem intellectam in qua nulla ratio originis importatur, sed solum informatio quaedam in intellectu nostro, prout intellectus noster fit in actu, per formam rei intellectae: in Deo autem importat omnimodam identitatem, quia in Deo est omnino idem intellectus & intellectum, ut supra ostensum est: sed dicere importat principaliter habitudinem ad verbum conceptum, nihil enim est aliud dicere quam proferre verbum: sed mediante verbo importat habitudinem ad rem intellectam, quae in verbo prolato manifestatur intelligenti. Et sic sola persona quae profert verbum est dicens, in diuinis, cum tamen singula personarum sit intelligens, & intellecta, & per consequens verbo dicta. Hec S. Tho. Quinta conclusio quae quaestioni respondet: filius Dei appellatur verbum proprie: quoniam verbum (ut constat ex definitione illius, assignata in secunda & tertia disputatione) est quod a dicente producit: & filius Dei Christus redemptor noster producit a patre dicente. Insuper quia id verbum mentis appellatur, quod per actum intelligendi producit: filius autem producit per actum intelligendi a patre. Verbum itidem appellatur proprie, quia habet omnes verbi proprietates ut liquet ex praecedentibus. Dein & verbum dicitur, quia de ratione verbi intellectualis est, ut ostendimus in superioribus, quod representet & exprimat omnia quae significantur per speciem: & filius Dei, ut diximus, exprimit omnia quae representantur per diuinam essentiam, quae habet se velut species (ut docet D. Th.) ad intellectum diuinum. Denique est alia ratio Augustini in libro de fide & symbolo ca. 3. Filium videlicet Dei appellari verbum, quoniam per eum innotescit pater & animus patris: quae admodum per oris verbum innotescit animus. Augustini verba sunt: sicut ergo verbis nostris id agimus, cum verum loquimur, ut noster animus innotescat audienti, & quicquid secretum corde gerimus, per signa huiusmodi ad cognitionem alterius proferatur: sic illa sapientia, quae deus pater genuit, quoniam per ipsam innotescit animus

animus secretissimus patris verbum eius conuenientissimè nominatur. Hec Augustinus. Hoc loco licebit experiri, quantum oportuerit initio docuisse verbi & dicentis proprietates: quae sibi non praemitteretur, vix aut egrè haec omnia possent intelligi. Modo autem ad verbum, iuxta Basilij sententiam, quatenus ab eo omnia proferuntur: sed prolatio non proprie reperitur in Deo, ergo nec proprie verbum. Hoc argumentum vndecimo loco constituit D. Tho. de veritate. 4. ar. 1. cui respondet, quod prolatio improprie reperitur in diuinis, verbum autem proprie: quia verbum non significat prolationem, sicut neque aeris verberationem: ut videmus disputatione tertia. Secundum filium importat vnā relationem ad patrem generatorem, & verbum importat aliam relationem realem ad patrem dicentem, ut concessum est a nobis: igitur filij ad patrem sunt duae relationes reales, quod falsum quidem est, ut manifestabitur inferius. Huic argumento respondemus, quod sicut conceptus & verbum mentale sunt idem re, ex tertia disputatione, ratione tamen distinguuntur: siquidem conceptus ex vi nominis importat duntaxat realem relationem ad concipientem, nam conceptus est qui concipitur vel generatur a concipiente: tamen verbum mentale importat duas relationes, alteram rei ad animam dicentem & concipientem: alteram rationis ad rem significatam per ipsum: verum relatio realis conceptus ad animam concipientem, & verbi ad animam dicentem est vnica relatio: sic igitur ad propositum redeuntes, dicimus quod filius Dei, & verbum diuinum sunt idem re (quinimo, inquit Augustinus. 7. de trini. cap. 2. ed quippe filius, quod verbum: & ed verbum, quod filius) sola tamen ratione distinguuntur: quandoquidem filius solum dicit relationem rei ad patrem generantem, sed verbum significat relationem rei ad patrem dicentem, & vltra relationem rationis ad creaturas, & personas, atque essentiam quatenus exprimit eas: tamen relatio realis filij ad patrem generantem, & verbi ad patrem dicentem, est eadem: quocirca negamus filij seu diuini verbi ad patrem esse duas rei relationes: & haec responsio partim habetur ex Saeto Thomae de veritate. 4. ar. 5. ad. 7. cuius verba sunt: filius importat tantum relationem alicuius ad principium a quo oritur: sed verbum importat relationem ad principium a

quo dicitur, & ad id quod est quasi terminus, scilicet id quod secundum verbum manifestatur, quod quidem principaliter est pater: sed ex consequenti est creatura, quae nullo modo potest esse diuinae personae principium: & ideo filius Dei nullo modo importat respectum ad creaturas sicut verbum. Haec ille. Ex praedictis omnibus colligere possumus, quare filius Dei peculiariter appelletur sapientia: vocat enim Paulus ad Corinth. 1. Christum seruatorem nostrum Dei sapientiam. Ratio igitur est, quia producit per actum intelligendi, sicut sapientia in nobis: vel quoniam exprimit diuinam essentiam, quae est Dei sapientia: sicut verbum in mente nostra quod explicat sapientiae habitum, dicitur sapientia. Licet videre super hac re diuini Thomae. 4. contra gentes ca. 12. Demum consequitur ratio, cur verbum dicatur splendor a Paulo ad Hebraeos. 1. qui cum sit splendor gloriae. Quia quaedam modum in naturalibus splendor est quae lucis manifestatio: sic quoque diuinum verbum est quaedam expressio & manifestatio diuinae essentiae: quae lux aeterna nuncupatur. De quo etiam D. Thom. vbi supra ac proinde haec de tertia quaestione difficilima.

Quarta quaestio. Quare Ioan. 1. Speciatim de verbo dicitur quod omnia per ipsum facta sunt.

VIC quaestioni respondet Augustinus. 15. de trini. ca. 11. ad cuius explanationem praemittendum est, quod omne agens per intellectum prius format conceptum rei faciendam, quam eam faciat: qui quidem conceptus est verbum eius: ut priusquam aedificator vel architectus construat domum, concipit eiusdem domus notitiam, quae est velut idea, exemplar, & verbum ipsius domus, per quod deinde aedificat atque delineat domum, & illius partes: itaque illud verbum & forma domus in mente artificis praeccepta, est principium & ratio per quam artifex domum absoluit: iuxta illud Ecclesiastici. 37. initium omnis operis



domum. D verbum

verbum. Hoc docet S. Tho. 4. contra geres ca. 11. Similitudo, inquit, artificii existens in mente artificis, est principium operationis per quam artificiatum est. & comparatur ad artificiatum, vt exemplar ad exemplatum. Hac ille. ¶ Quo fit, vt verbum meta-

Primum illatum.

Secundum

Tertium

Solutio quaestio.

Discrimen inter verbum Dei, & verbum nostrum

le habeat hoc peculiare sibi, qd per ipsum, opus fit ab agente secundum intellectum. ¶ Colligitur rursus, quod cum Deus agat per intellectum, necessarium debet agere per verbum suum. Inferitur insuper, euangelistam Ioannem speciali Spiritus Sancti impulsu proptissimè loquutum, cum sermonem de verbo habes, dixit, omnia per ipsum facta sunt. lam verò ex dictis satis elucere potest solutio ad quaestionem. ¶ Respondemus ergo de filio Dei peculiari ratione dici, omnia per ipsum facta: quia hoc est verbo proprium, vt per ipsum opus fiat ab agente per intellectum: ac proinde cum filius Dei sit verbum patris, per ipsum omnia à Deo patre facta sunt. ¶ At inter verbum Dei, & verbum hominis, latissimum est discrimen: quandoquidem verbum hominis, est forma intellectualis, quae non existit perse: & quia actiones sunt suppositorum, ob id hominis verbum non operatur, sed homo per ipsum: veruntamen verbum Dei est perse existens, quocirca non solum per verbum omnia facta sunt à Deo, sed etiam verbum omnia fecit. Et ad hoc insinuandum Prou. 8. Sapiens genita, quae est verbum, dicit: cum eo eram cum acta componens. Et Ioan. 3. pater meus vsq; modo operatur, & ego operor. Quod quidem discrimen constituit D. Tho. 4. contra geres ca. 13. Hinc possumus sensum germanum illorum verborum Psal. 148. ipse dixit & facta sunt, rimari: hoc est, ipse produxit verbum per quod omnia facta sunt. ¶ Istae omnia luculenter docet Augu. 15. de trini. ca. 11. Ioga orationis serie, ex qua nos aliqua illius verba referemus. Animaduertenda est inquit in hoc anigmate etiam ista verbi Dei similitudo: qd sicut de illo verbo dictum est, omnia per ipsum facta sunt, vbi Deus per vniuersum verbum suum praedicatur vniuersa fecisse: ita hominis opera nulla sunt, quae non prius dicuntur in corde: vnde scriptum est, initium omnis operis verbum: sed etiam hic cum verum verbum est, tunc est initium boni operis. Et inferius in eodè capite, est & haec in ista similitudine verbi nostri, similitudo verbi Dei, quia potest esse verbum nostrum quod non sequatur opus, opus

aut esse non potest, nisi praecedat verbum: sic & verbum Dei potuit esse nulla existente creatura, creatura verò nulla esse potest, nisi per ipsum, per quod facta sunt omnia.

Quinta quaestio.

Quamobrem de verbo priuatum dicitur Ioan. 1. quod factum est in ipso vita, erat.



Vere est aliud euangelistae testimonium explicare, illud scilicet, quod factum est in ipso (hoc est verbo) vita erat. Atque in primis obseruandum est iuxta sententiam D. Th. 4. contra geres ca. 13. quod res facta per intellectum existit in ratione intelligentis priusquam in seipsa: antea enim domus est in mente artificis secundum esse intellectualem, quam re ipsa constructur. Cum autem per verbum diuinum omnes creaturae fiant, vt constat ex quaestione praecedenti, consequens est, vt omnes creaturae praesistant eminenter in diuino verbo antequam fiant. Poterò quia omne quod est in Verbo, est vita: ob id ipsa, vt fuerunt ab aeterno in verbo, in illo ab aeterno vita erat: quamobrem inquit euangelista quod factum est in ipso vita erat. ¶ Ad cuius maiorem explicationem, id annotare oportet, cuius etiam superius meminimus, qd rei similitudo in communi hominum sermone sumitur pro ipsa re. Vita enim imagine virginis dicimus, haec est virgo Maria: & de imagine Christi dicimus, hic est Christus: inspecta etiam imperatoris effigie asserimus, hic est imperator. Huius rei causa Aristot. 3. de anima tex. 37. testatur, animam nostram esse quodammodo omnia, quia omnium similitudines producere potest. Quod etiam docet, D. Tho. vbi supra de verit. ar. 8. Similitudo inquit, creatura, est quodammodo ipsa creatura: per modum illi quo dicitur, qd anima est quodammodo omnia. ¶ Quo fit, vt cum verbum diuinum representet omnes creaturas, sitque omnium earum similitudo, ipsum verbum sit eminenter omnes creaturae: ac subinde sicut verbum est vita, ipsa creature, vt sunt in verbo, vita esse debet: veluti si arca in mente artificis viueret, diceremus qd arca corporea, vt est in mente artificis viueret.

Annoda

Annoda

Consellarium

¶ Hac

¶ Haec omnia docet Augustinus pluribus suae doctrinae locis, tum praecipue Psal. 61. Super expositione illius carminis, semel loquutus est Deus: cuius verba sunt vidit verbum per quod facta sunt omnia, & in quo simul sunt omnia, non diuersa, non separata, non inaequalia: non enim Deus, quod per verbum faciebat, ipse non nouerat: si autem quod faciebat nouerat, in illo erat, antequam fieret quod fiebat: si enim non in illo erat quod fiebat, antequam fiebat: vbi nouerat quod faciebat? Non enim potest Deus dicere ignorata fecisse. Et paucis interpositis, ergo in verbo illo per quod fecit omnia, antequam fierent erant omnia, & cum facta sunt ibi sunt omnino: sed aliter & aliter ibi, aliter in propria natura in qua facta sunt, aliter in arte per quam facta sunt. Et. 6. de trinitate ca. 10. ait: filius est ars patris plenarationum viuentium. ¶ Atqui in praesentia solet ambigi, quandoquidem res vitam habent in verbo, vtrum verius esse habeant in eo, quam in seipsis. Cui quidem dubio satisfactum est a D. Tho. vbi supra de verit. arti. 6. haec verborum serie. Vtrum res verius sint in se ipsis quam in verbo, distinguendum est: quia dictio verius potest designare vel veritatem rei, vel veritatem praedicationis: si designat veritatem rei, sic proculdubio maior est veritas rerum in verbo, quam in seipsis: si autem designat veritatem praedicationis, tunc est conuersio: verius enim praedicatur homo de re quae est in propria natura, quam de ea, secundum quod est in verbo: neque hoc est propter defectum verbi, sed propter supereminentiam ipsius. Haec ille. Itaque hoc praedicatum homo, verius & proprius dicitur de homine in seipso, quam de homine, vt est in verbo (non loquimur hic de incarnationis mysterio, quandoquidem per illud, ita proprie verbum est homo, sicut ego) veruntamen hominis similitudo in verbo, quae est eminenter homo, verius ens est quam homo: siquidem est infinitum ens.

Dubium.

Responsio.

Quaestio sexta.

Quare de verbo in scriptura asseritur quod sit Dei imago, & non de patre, & Spiritu Sancto.



B hac difficultate paucis nos expediamus, neque enim multum quaestioni habet: pro cuius intelligentia praemittere oportet

imaginis definitionem huiusmodi. Imago imaginis est alterius similitudo, & ad id representandum expressa: vt imago imperatoris ad eius imitamentum depicta. Quo fit vt imago ortum & originem ducat à suo exemplari. ¶ Vnde de colligitur vt dicit Augustinus libro 83. quaestio 74. vnum ouum non esse alterius oui imaginem, quannuis sit ei simile: non enim est de illo expressum. ¶ Colligitur insuper, verbum esse imaginem patris: quandoquidem est patris similitudo, & ab eo oritur: vt deinceps magis explicabitur. Quapropter Paulus ad Coloss. 1. loquens de filio Dei seruatore nostro, inquit: qui est imago inuisibilis Dei. Et ad Hebræos. 1. dicitur figura substantiae eius. ¶ Aduersus hanc veritatem obicitur, quoniam sequitur spiritum sanctum esse imaginem patris & filii, est namque spiritus sanctus similis vtriusque, & ab eis producit. Doctores nempe greci affirmant, spiritum sanctum esse imaginem patris & filii: latini hoc quidem negant, praesertim Augustinus qui 7. de trinitate cap. 10. asserit, solum filium esse imaginem patris. ¶ Sed nos breui respondemus ad propositam quaestionem, quod spiritus sanctus non est imago patris, neque filii: cum de ratione imaginis sit, quod procedat à suo principio, secundum modum similitudinis ex vi processione, vt procedit filius à patre: quo modo non procedit spiritus sanctus ab vtroque, vt inferius abunde explicabimus in praesentis quaestioni articulis qui sequuntur. De quo etiam agit sanctus Thomas quaest. 35. ¶ Ex huius quaestioni determinatione constat solutio quaestioni septimae: initio propositae, videlicet verbum non esse imaginem creaturarum: siquidem imago procedit ab eo cuius est imago, verbum autem nequit à creaturis procedere: est tamen ipsarum exemplar, cum sit earum principium, & ad eius imitationem fiant. Atque ad maiorem horum claritatem notat D. Tho. 4. contra gentes ca. 11. quod similitudo quae habet rationem principii, est exemplar respectu principii: (vt more scholastico loquar) veluti imperator respectu suae imaginis, est exemplar. Vt autem similitudo quae habet rationem principii, est imago respectu sui principii: vt figura imperatoris, est imago illius. Quocirca quia verbum est similitudo & principium creaturarum, consequens est vt earum exemplar sit: & quoniam est similitudo patris, & ab eo productum, est imago eius.

Imaginis

Primi illa

Annoda

Secundum

Obiectio

Annoda

Solutio

Quaestio 7 obiter explicatur.

Annoda

Illatū ma- ximi notā dum. ¶ Ex omnibus quæ de diuino verbo pertrata sunt, palā colligere possumus hoc nomen, verbum diuinum, esse proprium filij nomē: quod per multas annorum hebdomadas ignotum fuit hominibus, vsq; ad tēpora prophetarum & apostolorum, quibus id Deus reuclauit. Atq; ceteris omnibus præstantius, Ioannes euangelista suæ historiæ Euangelicæ primo cap. declarauit, verbum esse proprium nomen Christi seruatoris nostri: cum ait. In principio erat verbū, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, & verbum caro factū est. De quo intelliguntur verba illa Spiritus Sancti Proverb. 30. Quod nomen est eius, & quod nomen filij eius, si nosti? Quibus verbis interrogat sapiens proprium filij Dei nomē, quod est verbum.

Articulus secundus.

Vtrum aliqua processio in diuinis generatio dici possit.



¶ Secundū sic proceditur. Videtur quod processio quæ est in diuinis nō possit dici generatio. Generatio enim est mutatio de non esse in esse corruptioni opposita. Et vtriusque subiectum est materia. Sed nihil horum competit diuinis. Ergo non potest generatio esse in diuinis. ¶ Præter. in deo est processio secundum modum intelligibile, vt dictum est, sed in nobis talis processio non dicitur generatio: ergo neque in deo. ¶ Præter. omne genitum accipit esse à generante: esse ergo cuiuslibet geniti, est esse receptum. Sed nullum esse receptum

est per se subsistens. Cū igitur esse diuinum sit esse per se subsistens (vt supra probatum est) sequitur quod nullius geniti esse sit esse diuinum. Non est ergo generatio in diuinis. ¶ Sed contra est quod dicitur in psalmo. Ego hodie genuite. ¶ Respondeo, dicendum: quod processio verbi in diuinis dicitur generatio. Ad cuius euidentiā sciendum est: quod nomine generationis dupliciter vtimur. Vno modo communiter ad omnia generabilia & corruptibilia, & sic generatio nihil aliud est quā mutatio de nō esse ad esse. Alio modo proprie in viuētib. Et sic generatio significat originem alicuius viuētis à principio viuente coniuncto: Et hæc proprie dicitur natiuitas. Notamen omne huiusmodi dicitur genitum: sed proprie quod procedit secundum rationē similitudinis. Vnde pilus vel capillus nō habet rationem geniti & filij, sed solum quod procedit secundum rationem similitudinis: non cuiuscunque. Nam vermes qui generantur in animalibus nō habent rationem generationis & filiationis: licet sit similitudo secundum genus. Sed requiritur ad rationem talis generationis: quod procedat secundum rationē similitudinis in natura eiusdem speciei: sicut homo procedit ab homine, & equus ab equo. In viuētib. autem quæ de pōa in actum

actum vitæ procedūt: sicut sunt homines & animalia: generatio vtriusque generationem includit. Si autem sit aliquod viuens: cuius vita nō exeat de pōa. in actū, processio (si qua in tali viuente inuenit) excludit omnino primā rationem generationis: sed potest habere rationem generationis, quæ est propria viuētium. Sic igitur processio verbi in diuinis habet rationem generationis. Procedit enim per modum intelligibilis actionis: quæ est operatio vitæ, & à principio cōiuncto (vt supra iam dictum est.) Et secundū rationem similitudinis: quia conceptio intellectus est similitudo rei intellectæ, & in eadem natura exites: quia in deo idem est intelligere & esse: vt supra ostensum est. Vnde processio verbi in diuinis dicitur generatio: & ipsum verbum procedens dicitur filius. ¶ Ad primū ergo dicendum: quod obiectio illa procedit de generatione secundum rationem primam: prout im portat exitum de potentia in actū. Et sic non inuenitur in diuinis: vt supra dictum est. ¶ Ad secundum dicendum: quod intelligere in nobis nō est ipsa substantia intellectus. Vnde verbum quod secundum intelligibilem operationem procedit in nobis, non est eiusdem naturæ cum eo a quo procedit. Vnde non proprie & completè competit sibi ratio generationis. Sed intelligere

diuinum est ipsa substantia intelligentis, vt supra ostensum est. Vnde verbum procedens procedit vt eiusdem naturæ subsistens, & ppter hoc proprie dicitur genitū & filius. Vnde & his quæ pntinent ad generationem viuētium vtitur scriptura ad significandum processionem diuinæ sapientiæ. scilicet conceptione & partu. Dicitur enim ex persona diuinæ sapientiæ prouer. 8. Nondum erāt abyssi: & ego iam concepta eram. Ante omnes colles ego parturiebar. Sed in intellectu nostro vt mur nomine conceptionis, secundum quod in verbo nostri intellectus inuenitur similitudo rei intellectæ: licet non inueniatur naturæ identitas. ¶ Ad tertium dicendum: quod non omne acceptum est receptum in aliquo subiecto. Alioquin non posset dici quod tota substantia rei creatæ sit accepta à Deo cum totius substantiæ non sit aliquod subiectum receptiuum. Sic igitur id quod est genitum in diuinis accipit esse a generante: non tanquā illud esse sit receptum in aliqua materia, vel subiecto, quod repugnat substantiæ diuini esse, sed secundum hoc dicitur esse acceptum in quantum procedens ab alio habet esse diuinū: non quasi aliud ab esse diuino existens. In ipsa enim perfectione diuini esse se continetur & verbum intelligibiliter procedens, & principium ver

bi: sicut & quæcunque ad eius perfectionem pertinent: vt supra dictum est.

Commentarium.



Articulus per difficultis intellectu est, velut precedens ac longo indiget commentario vt litteram explicemus. Quamobrem id in quatuor partes diuidimus: nempe in

Disiunctio commentarij in 4. part. et.

prima quid secundum fidem catholicam tenendum sit, definimus: in secunda litteram. D. Tho. explicabimus: in tertia autem aduersus D. Tho. responsionem proponemus argumentum, quod maximam inquit difficultatem. cui pro viribus satisfacemus, iuxta communem doctorum sententiam: & obiter declarabimus elegantem quandam rationem D. Tho. qua vtitur in presentis articulo: Demum vltima parte argumentabimur contra communem sententiam doctorum propriamq; statuemus, prout ingenij nostri vires tulerint, non reiecta communi.

Commentarij pars prima.



Questionis titulus hunc habet sensum: an verbum diuinum sit proprie filius, & productio eius sit proprie generatio.

Disputauerat D. Tho. articulo precedentis, quo pacto in Deo sit proprie verbum, & verbi processio: idq; probauit clarissimis scripturæ testimonijs, atq; per appositisissima exempla ex naturalibus desumpta illustrauit. Modò interrogat optima ratione, an id diuinum verbum sit proprie Dei filius, & eius processio proprie generatio. Et quidem de fit tenendum est, quòd diuinum verbum est verè & proprie filius: vt constat Ioan. 1. vbi euangelista loquens de verbo diuino Christo seruatore nostro, inquit: vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit, & 1. Ioan. 5. vt simus in vero filio eius

Prima f. de i. c. l. s. f.

Iesu Christo. Et multis alijs scripturæ locis quæ nos adducimus in prima disputatione articuli precedentis. Et iuxta fidem catholicam insuper affirmandum est, verbi processione à patre, esse verè & proprie generationem: quod probatur ex illo Psalm. 2. ego hodie genui te. & ex illo Palm. 109. Ex viro ante luciferum genui te. Et Esai. 53. generationem eius quis enarrauit? Et ad Colossenses. 1. primogenitus omnis Creaturæ, & Ecclesia. 24. de sapientia, quæ est verbum, dicitur: primogenita ante omnem Creaturam. Ostendimus præterea eandem conclusionem, quia scriptura vtitur verbis quæ pertinent ad generationem viuentium, ad significandam verbi à patre processionem: videlicet verbis conceptus & partus. Dicitur enim Proverb. 8. nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram: & ante omnes colles ego parturiebar. Et Esai. vltimo, nuncquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam dicit dominus? Si ego qui generationem cæteris tribuo sterilis ero. Et ne singula percurramus, ex omnibus tandem fidei symbolis hæc veritas probatur: Christum redemptorem nostrum esse Dei filium: ac proinde eius processione à patre, esse generationem.

Secunda Pars Commentarij.



PROPOSI- to has veritates fide sola accipiendas esse, in presenti articulo contedit D. Tho. casrationibus est natura depromptis declarare. Quòd Generatio circa ad earum intelligentiam præmittit duas generationis significaciones ex philosophia principijs. Dicit itaq; quòd nomen generationis accipitur communiter & proprie. Primo modo generatio (vt definit Arist. 5. Phy. tex. 7.) est progressio de non esse ad esse: quæ quidem generatio conuenit omnibus quæ generantur, & corrumpuntur: de qua intelliguntur verba Aristote. 2. de gen. tex. 51. generatio est eorum quæ possunt esse, & non esse: & hæc sanè nequit reperiri in Deo. Generatio verò proprie sumpta reperitur in viuentibus, in quibus id est quòd natiuitas: & hoc pacto finitur. Est processio viuētis à viuente

Generatio- nis pprie si coniun- nitio.

coniuncto, cui est simile secundum naturam: vt generatio qua homo ab homine, equus ab equo procedit. Homo enim procedit à matre, cui in vtero est coniunctus: & procedit à patre, cui est coniunctus mediante semine: & est similis illis in natura humana. Huic definitioni aliam particulam addit S. Thomas, quam nos postea addemus & de clarabimus. Finitio autem hæc colligitur ex pluribus Arist. locis, nam 8. ethic. ca. 12. docet, generatum esse coniunctum gignenti: (quomodo autem viuētia procedat à principio coniuncto intrinseco, & non viuētia ab extrinseco & separato, & quonam pacto quantè aliquod viuens est perfectius, tantè est magis coniunctum suo principio, optime declarat S. Tho. 4. contra gentes ca. 11.) & 7. metaph. tex. 28. Aristot. docet, generas & generatum esse eiuſdem naturæ in viuētibus. Palam (ait) generans tale quidem est quale generatum, neq; tamen idem, neque vnū numero, sed vnū specie: homo nāq; hominem generat. Hæc Aristot. At qui notat D. Thom. vtranq; generationem, communiter atq; proprie dictam, reperiri in viuētibus, quæ procedunt de potentia in actum vitam, vt hominibus & brutis: in Deo autem cuius vita non exit de potentia in actum, nequit esse generatio communiter dicta: sed duntaxat proprie. Planè filij definitionem facile nobis comparabimus ex præfata definitione generationis, seu natiuitatis. Est si quidem filius, viuens quod procedit à viuente coniuncto, cui est simile secundum naturam: nam id quod per natiuitatem procedit est filius, at natiuitas est processio viuētis à viuente coniuncto, cui est simile secundum naturam: ergo filius est quod procedit à viuente coniuncto, cui est simile secundum naturam.

Annos. motat D. Thom. vtranq; generationem, communiter atq; proprie dictam, reperiri in viuētibus, quæ procedunt de potentia in actum vitam, vt hominibus & brutis: in Deo autem cuius vita non exit de potentia in actum, nequit esse generatio communiter dicta: sed duntaxat proprie. Planè filij definitionem facile nobis comparabimus ex præfata definitione generationis, seu natiuitatis. Est si quidem filius, viuens quod procedit à viuente coniuncto, cui est simile secundum naturam: nam id quod per natiuitatem procedit est filius, at natiuitas est processio viuētis à viuente coniuncto, cui est simile secundum naturam: ergo filius est quod procedit à viuente coniuncto, cui est simile secundum naturam.

Filij definitio. Est si quidem filius, viuens quod procedit à viuente coniuncto, cui est simile secundum naturam: nam id quod per natiuitatem procedit est filius, at natiuitas est processio viuētis à viuente coniuncto, cui est simile secundum naturam: ergo filius est quod procedit à viuente coniuncto, cui est simile secundum naturam.

Corollarij definitio. D. Thom. capillos non esse hominis filios, quamuis procedant à viuente coniuncto: quia non sunt similes homini, neq; viuunt.

Secundum. Inferit itidem, vermes qui in homine generantur, non esse hominis filios, etsi sint viuētes, & procedant à viuente coniuncto: quoniam non sunt similes secundum speciem, quamuis sint similes secundum genus. & est alia ratio, quia non procedunt à viuente formaliter secundum quod viuens, & per operationem vitalem.

Obiæ deſeruationem vitalem. Aduerſus definitionem generationis & filij assignatam argumentamur. Mula nata ex equo & ex asina est filia equi, at equus & ea differunt spe-

cie, ergo definitiones filij & generationis assignatæ male sunt. Respondetur, eas definitiones intelligendas de generatione naturali quæ plurimum contingit: illa autem quæ ex commixtione diuersarum specierum fit, est extraordinaria, & quodammodo præter ordinem naturæ, vt docet Arist. 7. metaph. vbi supra text. 28. quò in loco dicit: nisi quid præter naturam fiat, vt equus mulum generet. Secundò respondetur, quòd quantum spectat ad propositum D. Thom. nitens declarare, verbi processione esse proprie generationem, & verbum proprie filium: satis est, quòd omnis processio viuētis à viuente simili in specie specialissima est generatio, & quod procedit est filius: etsi eò conuerso non contingat. cum detur aliqua generatio, vt probat argumentum, quæ non est processio viuētis à viuente simili in specie: & datur aliquis filius, qui non est similis in specie suo patri.

Ex dictorum omnium ratiocinatione manifestè conuincitur propositum Diuini Thomæ, videlicet verbi processione esse maxime proprie generationem, & verbum maxime proprie filium: quoniam processio verbi à patre, est processio verbi viuētis à patre viuente sibi coniuncto, cui est simile secundum naturam, quandoquidem habent omnino eandem naturam diuinam: ac proinde verbum viuens procedit à patre viuente sibi coniuncto, cui est simile secundum naturam & ex consequenti verbum ipsius est propriissime filius.

Tertia pars commentarij.



Duerſus præfatas definitiones filij & generationis inſurgimus argumentum, quòd quidem perdifficilem habet quæſtionem: quando ex eis ſequitur aperte, productionem Spiritus Sancti à patre & filio eſſe proprie generationem: & Spiritum Sanctum proprie eſſe vtriuſq; filium: quòd tamen hæreticum eſt, & contra ſymbolum Athanaſij, Spiritus à patre & filio nõ factus nec creatus, nec genitus, ſed procedens: & in concilio primo Toletano, vbi ponitur aſſer- tio fidei habetur: nõ genitus paracletus: &

Cōcilii Toletani in concilio Toletano vadeimo idem definitur, cuius verba sic habent: Spiritus Sanctus neq; ingenuus, neq; genitus creditur: Item, verbum est Dei filius, vt fide constat, & tantum est vnicus Dei filius: ergo Spiritus Sanctus non est filius. Minor etiam fide constat, Ioan. 3. sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Et in symbolo apostolorum confitemur vnicum Dei filium, Super qua re loquens August. 15. de trini. cap. 27. ait: si Spiritus Sanctus filius diceretur, amborum vtique filius diceretur, quod absurdissimum est: filius quippe nullus est duorum, nisi patris & matris: absit autem vt inter Deum patrem, & Deū filiū aliquid tale suspicemur. ¶ Sequela autē præfata qua intulimus, q̄ si definitio generatio nis esset bona, sequeretur productionē Spiritus Sancti à patre & filio, esse propriē generationē, lucidē ostenditur: est namq; productio Spiritus Sancti, processio viuētis ipsiusmet Spiritus Sancti à patre & filio v̄ uēntē sibi coniuncto, & simili secundū naturam: habet enim Spiritus Sanctus eandē naturam diuinam cum patre & filio: & con simili modo probatur q̄ Spiritus Sanctus sit filius: etenim procedit à patre & filio &c.

Hoc argumētum in nexa cōtinet summam difficultatem, quæ præcipuē D. Aug. & complures ecclesiæ primores acerrime v̄rit ac torit: atq; ita illud graue existimāt vt fateatur se id diluere minime posse in hac vita mortali, aut illius difficultati satisfacere. Inquit enim magister sententiarum in 1. distin. 13. Inter generationē verō filij & processionem Spiritus Sancti, dū hīc viuimus distinguere non sufficimus. Et August. ad Maximinū tomō. 6. li. 3. ca. 14. virtutē proponit argumētū factum: quæris à me (inquit) si de substantia patris est filius? de substantia patris est etiam Spiritus Sanctus: cur vnus filius sit, & alius non sit filius, ecce respondeo, siue capias siue nō capias. De patre est filius, de patre est Spiritus Sanctus, sed ille genitus, iste procedens. Ideo filius, est patris de quo est genitus: iste autem, Spiritus v̄triusque: quoniam de vtroque procedit. Et Paulū inferius: quid autem inter nasci & procedere intersit, de illa excellentissima natura loquens, explicare quis potest? Non omne quod procedit nascitur: sicut nō omne quod bipes est, homo est: quanuis bipes sit omnis qui homo est. Hæc scio, distin

guere autem inter illam generationem & hanc processionem, nescio, non valeo, non sufficio: ac per hoc, quia & illa & ista est ineffabilis, sicut propheta Esaias de filio loquens ait capit. 53. generationem eius quis enarrauit? Ita de Spiritu Sancto verisimilē dicitur, processionem eius quis enarrauit? Hæc Augustin. & plura alia quibus ostendit huius rei difficultatem. Et de trinitate loco allegato cap. 27. proposita eadem quaestione, atq; super illa pluribus scriptis, tandem maxima cum animi humilitate, solutionem illius ad Deum reijcit, intelligens se proprijs ingenij viribus ad illam eniti nō posse: vnde ait. Cū sit communio quædam consubstantialis patris & filij, amborum Spiritus, non amborum (quod absit) dictus est filius. Sed ad hoc dilucidē, perspicuēq; cernendum, non potes ibi aciem figere: scio quia non potes: verum dico, mihi dico, quōd non possim scire. Sunt deniq; plura alia loca, in quibus hanc rem ingenue difficilem esse fateatur: vt. 9. de trinitate. capit. vltimo. Quo in loco nititur assignare rationem, cur verbum sit filius, & genitus, & eius productio generatio: Spiritus Sanctus autem non sit filius, neque genitus. Licet videre locum citatum. Quoniam enim ipse longissime super hac re differit, nos vitandæ prolixitatis gratiā verba eius non numeramus, sed in summam redigimus. ¶ Pro explicanda igitur ratione præmittit, quōd cū aliquis maximē studet ac desiderat venari notitiam alicuius rei, amore veritatis allectus, & deinceps querendo inuenit eam: notitia illa generatur, & paritur, atque habet se vt animæ proles, quia reperitur. Quæ autem (inquit) reperitur, quasi pariuntur: vnde proli similia sunt (vt verbis Augustini vtar) amor illius non queritur, sed à principio habetur: & ob id non generatur, neque paritur, neque se habet vt animæ proles. Hanc præmissam hypothesein accommodat quaestioni propositæ in fine capituli, & docet in anima nostra reperiri imaginē trinitatis: quia quemadmodum cū anima nostra intelligit & amat se, ab ipsa per actum intelligendi procedit verbum sui, & ab vtroque, scilicet anima & verbo ipso, per actum amandi procedit amor sui: sic etiam cū pater æternus intelligit se, & amat, ab ipso per actum intelligendi procedit verbum suum, & ab vtroque per actum amandi procedit Spiritus Sanctus

Sanctus. & quo pacto in nobis verbum generatur, paritur, atque habet se vt animæ proles, sed non amor (ex hypothesi) ita verbum diuinum generatur, & est filius, non autem Spiritus Sanctus. In fine autem capituli hæc subiicit verba obseruatione digna: & est quædam imago trinitatis ipsa mēs, & notitia eius, quæ est proles eius, ac de se ipsa verbum eius, & amor tertius: & hæc tria vnum, atque vna substantia. Hæc Augustin. Sed quas vires hæc ratio habeat, expendat lector: in ea enim tanti vni autoritas solum nos mouere potest. Et in 15. de trinitate. capit. vltimo iam ad calcem, tentat se ab eadem quaestione extricare verbis nimium obscuris, constituens discrimen inter productionem verbi, & processionem Spiritus Sancti. Dicit itaque in summa, quōd sicut in nobis per actionem intellectus procedit verbum, quod est rei imago: per actionem verō voluntatis, procedit amor, qui non est rei imago: ita in Deo inter productionem verbi & processionem Spiritus Sancti maximē interest: quōd per illā procedit verbum, quod est imago Dei: per hanc autem procedit amor, qui nō est imago Dei: atque hæc ratione illam dici generationem, & verbum filium: hanc verō processionem, non generationem, nec Spiritum Sanctum filium: quam rationem nos explicabimus in 4. commentarij parte.

¶ At D. Thom. præsertim articulo. 4. huius quaestionis, nititur huic tantæ quaestioni satisfacere, assignareq; rationem quare Spiritus Sancti processio non sit generatio: neque Spiritus Sanctus filius sit. Et non debet vitio dare, quōd eam quaestione quæ Sanctus Thom. articulo. 4. agitat, in præsentia nostra temus: quoniam ex verbis huius secundi articuli facile constat: illius in rege sensus: neque hic articulus commo de aliter explicari poterat. ¶ Respondeamus igitur iuxta sententiam D. Thom. ad argumētum præfatum: definitioni generationis & filij addendam aliam particulam, videlicet secundum rationem similitudinis: ita vt definitio generationis absolutissima, sit hæc. Processio viuētis à viuente coniuncto secundum rationem similitudinis &c. Et filius est, quod procedit à viuente coniuncto secundum rationem similitudinis &c. Et quia verbum procedit à patre secundum rationem similitudinis, ob id est filius patris, & eius proces

sio est generatio. Spiritus Sanctus verō, non procedit à patre & filio secundum rationem similitudinis, quapropter non est vtriusq; filius, neque eius processio est generatio. ¶ Sanè hīc insudandum nobis est, vt declaremus hoc quod nunc dicimus, videlicet quōd filius procedit à patre secundum rationem similitudinis, sed Spiritus Sanctus isto modo non procedit à patre & filio: & quid significet particula ista, secundum rationem similitudinis. At qui pro enodatione huius rei plura sunt præmittenda, quæ nolim candidè lectori bi pariant fastidium, quum sint necessaria tantæ difficultati intelligendæ. ¶ Maximē primū notandum obseruandum est, primū generatiōnem hanc habere virtutem & proprietatē, quōd ex vi eius & naturæ procedit simile generanti, quoniam oritur à generante. & omne generans naturā suā producit sibi simile in quantum potest: adeo vt dicat Aristot. 7. metaph. vbi supra text. 28. quōd si aliquid quando contingat animalis generatio mater naturam, vt pote cū equus generat mulum: tunc ex ea generatione procedit animal simile generanti, quoad fieri potest, in genere innominato, & nimirū ei propinquo, vt rei natura fert. Aristot. vbi sic habet: nisi quid præter naturam fiat, vt equus mulum scilicet generet, & hoc simile: commune enim super equum & asinum; non est nominatum proximum genus: sunt autem ambo velut mulus. Hæc Aristotel. & tandem, omne agens generat sibi simile quāmaximē fieri potest, vt docet Aristotel. 1. de generatione text. 51. & ita hoc verum est, vt Sanctus Thomas prima parte quaestionis 4. articulo 2. asserat; in sole esse similitudinem omnium quæ ab eo generantur: vt muris & ceterorum. Atque ad horū intelligentiam, in memoriā sunt reuocanda quæ articulo. 3. præfate quaestionis pertractauimus: quæ viro cuilibet citato iam locolare liceat videre, nos enim ad vltiorā pergitimus. ¶ Nunc dicimus iuxta scholasticorum sententiam, præsertim Thomistarum, particulam istam, secundum rationem similitudinis, sic intelligendam. Id est, generatum procedit simile generati ex vi processionis: itaq; clarus & manifestus intellectus definitionis præfate generationis sit iste. ¶ Processio viuētis à viuente cōiuncto eiusdē nature, cui est simile ex vi processionis, & definitionis filij hīc quod procedit

Primū notandum

Reshta Intellectus definitionis filij hīc quod procedit

procedit ad viuente coniuncto eiusdem naturae, cui est simile ex vi processiois: ita ut ratione ipsius productionis simile generetur. ¶ Secundo notandum nimirum est, fuisse omnium philosophorum sententiam circa controuersiam aliquam, cognitionem fieri secundum modum similitudinis: ut cuilibet constare potest ex primo de anima text. 25. Quae de causa quidam philosophorum antiquorum (quos refert Arist. eo loco) affirmarunt, animam constare ex omnium rerum particularis, ut ignis, terra, &c. Cuius assignarunt rationem, quonia anima cognoscit res omnes, & nihil potest cognosci nisi a simili. Dicitur autem cognitio fieri secundum modum similitudinis, vel quoniam cognitio fit ab specie, quae est rei similitudo: vel quia fit per hoc quod res cognita est in cognoscente secundum suam similitudinem, quae est ipsa species: vel quia nullus potest cognoscere aliquam rem, nisi prius efficiatur ei similis per informationem speciei (ut docet Aristot. 3. de anima tex. 17.) quae omnia eodem cedunt. ¶ Quo fit, ut inter intellectum & voluntatem magnus sit discrimen, ut docet sanctus Th. arti. 4. huius quaestiois. Nam intellectus intelligit, propterea quia res quae intelligitur, est in intellectu secundum suam similitudinem: sed voluntas non ea ratione uult, quod res uolita sit in ea secundum suam similitudinem, sed ob id, quoniam habet quandam inclinationem ad eam rem, uidelicet amorem. Hae est, inquit, differentia inter intellectum & voluntatem, quod intellectus sit in actu, per hoc quod res intellecta est in intellectu secundum suam similitudinem: voluntas autem sit in actu, non per hoc quod aliqua similitudo uoliti sit in uolente, sed ex eo quod voluntas habet quandam inclinationem in rem uolitam, haec ibi. ¶ Demum ultimo loco aduertendum est, esse etiam latissimum discrimen inter actionem intellectus, quae est ipsa intellectio: & actionem voluntatis, quae est actus uolendi, quem uolitionem scholastici appellant: quod per intellectus actionem procedit similitudo rei cognita, seu simile quoddam rei quae cognoscitur, puta uerbum, ex vi & natura illius actionis: quandoquidem actio illa dimanat a similitudine rei cognite, quae est species eiusdem rei in intellectu existens: & unumquodque quale ipsum est talia efficit, atque agit, ut probatur est annotatio prima. Et hoc habetur

Secundum no-
tabile.

Corollarium

Tertium no-
tabile.

Probatur
ex s. Tho. ex beato Thoma. i. contra gentes cap. 53. lo.

cus autem sic habet: per hoc enim quod species intelligibilis, quae est forma intellectus & intelligendi principium, est similitudo rei exterioris, sequitur quod intellectus intentionem formet illi rei similem: quia quale est unumquodque, talia operatur. Haec beatus Thom. Potest insuper esse alia ratio, quare uerbum sit simile suo obiecto ex vi processiois: quoniam omne quod ex semine generatur, ex vi generationis est simile illi, cuius est semen, ut constat ex definitione generationis: & uerbum producit ex specie, quae se habet in anima uelut semine obiecti (ut ostendimus in tertia disputatione articuli praecedentis) ergo uerbum ex vi productionis est simile suo obiecto. At per actionem uoluntatis, ex vi illius actionis non procedit similitudo rei amatae, procedit etenim amor, qui non est rei amatae similitudo, sed potius ad illam inclinatio: & quoniam in uoluntate non est aliqua similitudo rei amatae, quae sit principium uolitionis: sicut in intellectu est similitudo rei cognita, quae est principium intellectiois, ipsa scilicet species. ¶ Nempe ea omnia quae diximus ad declarationem litterae. Diu. Tho. pariunt nobis aliquae corollaria multum cognitione digna, & quae rei intelligendae de qua agimus, nimis deseruiunt. ¶ Colligitur primo, quod si anima format lapidis uolitionem, ea non est animae filia, quauis procedat ab anima uiuente, & sibi coniuncta: quoniam non est similis animae intelligenti, sed lapidi. ¶ Inferitur secundo, quod si una anima format alterius animae uolitionem, ea non est filia animae intelligentis, quauis procedat ab ipsa anima uiuente, & sibi coniuncta, & sit ei similis: est namque similis animae intellectae, & anima intellecta & intelligens sunt eiusdem naturae: at si aliquid est simile uni duorum similium, necessarium debet esse simile alteri. Ratio autem quare illa uolitionem non est filia animae intelligentis, est, quia non est ei similis ex vi productionis, sed suo obiecto, quod est secunda anima intellecta: diximus enim, uolitionem & uerbum mentale, duntaxat ex vi productionis, similia esse suo obiecto.

Probatur
ratione.

Primum
collatum.

Secundum

Tertium

Tertium.

¶ Sequitur tertio, quod si anima format uolitionem sui ipsius: neque ea esset filia eiusdem animae, neque eius productio esset generatio: est procederet ab ipsa anima uiuente: & sibi coniuncta, & ei esset

esset similis ex vi productionis: si quidem haec ratione esset similis suo obiecto, & suum obiectum est ipsa anima. Ratio uero ut ea non sit filia animae, neque eius productio sit generatio, solum est, quia non est substantia: quia ratio non innuit hoc loco D. Th. ad secundum: solum enim substantia uiuens est filius, & eius productio generatio, de qua nunc loquimur.

Quartum.

¶ Consequitur ultimum, quod si anima formaret conceptum sui ipsius, & ille esset substantia uiuens, esset maxime proprie filius eiusdem animae, & eius productio maxime proprie generatio: quoniam illi conueniret integra definitio filii, & eius productioni, perfecta generationis definitio: quia esset substantia uiuens, & procederet a substantia uiuente, hoc est anima, & illi esset similis ex vi productionis. His praebatis, constituimus duas conclusiones, quibus respondent doctores illi tantae quaestioni, quae tam acerbè vexauit August. reliquosque doctores. ¶ Prima conclusio sit haec: uerbum est propriissime filius, & eius productio propriissime est generatio. Istam nos probauimus ex definitionibus generationis & filii, sed uel lucidissime probamus ex proximè dictis, eleganti ratione sancti Th. cuius summa haec est: Si anima intelligeret se, & per actum suum intelligendi produceret conceptum sui, & ille esset substantia uiuens: esset propriissime filius animae, & eius productio propriissime generatio, ut constat ex ultimo corollario: at praeterquam intelligit se, & per actum suum intelligendi producit uerbum, ut liquet ex ultima disputatione articuli praecedentis, & illud uerbum est substantia uiuens, quia quicquid est in Deo est substantia uiuens, ergo uerbum est propriissime filius, & eius productio est propriissime generatio.

Prima conclusio.

Ratio nota
in dignissimo
s. Th.

Secunda conclusio.

Argumentatio autem haec nimium est obseruanda, quae obscurè & recedite innuit d. Th. in corpore articuli, & ad secundum. ¶ Secunda conclusio sit: spiritus sanctus non est filius, neque eius productio est generatio: quia quauis procedat a patre & filio uiuente, eiusdem naturae, & eis coniunctus, & sit eis similis (habet siquidem eandem naturam diuinam cum eis) uerum non est illis similis ex vi productionis: quoniam, ut deinceps dicemus, procedit ab eis per actum uoluntatis: & ut constat ex dictis, quod procedit per actum uoluntatis non est simile ex vi productionis. Haec sunt quae plures scholastici doctores, praesertim Thomistarum respondent ad praefatam difficultatem: quibus existimant esse abundè satisfacere.

Quarta commentarij pars.



Erunt aduersus ratio nem assignatam in hac secunda conclusione, arguemur. Amor procedit similis rei amatae ex vi productionis, ergo spiritus sanctus est filius, & eius productio est generatio. Consequenter manifestissima est per ea quae dicta sunt, quoniam ratio, quare dicimus spiritum sanctum non esse filium, neque eius productionem generationem, est quia procedit per actum uoluntatis: & quod procedit per actum uoluntatis (amor scilicet) non procedit similis ex vi processiois. Assumptum autem probamus in hunc modum: uerbum procedit simile rei cognitae ex vi productionis, quia principium eius est similitudo rei cognita, puta species: at principium amoris est etiam rei amatae similitudo, ut probabimus, ergo amor procedit similis rei amatae ex vi productionis. Minorem autem ostendimus, quoniam uerbum est rei amatae similitudo, & amoris principium: siquidem nihil est uoluntatis aut amatum, quin prius fuerit cognitum per ipsum uerbum. ¶ Huic argumento respondemus primo, uerbum quod representat rem sub ratione boni, non concurrere ad uolitionem: & amorem in genere causae efficientis, sed finalis: at causa finalis non efficit effectum sibi simile, ut causa efficiens (si enim aliquis ambulat propter sanitatem, ambulatio & sanitas non sunt sibi similes). ueruntamen species quae est rei similitudo, est principium actus intelligendi, quo producit uerbum, & ipsius uerbi, in genere causae efficientis: ac proinde efficit uerbum rei simile, sicut ipsa est rei similis. Quod autem uerbum concurrat ad amorem non in genere causae efficientis, sed finalis, alibi disputandum est: & nunc breui ostendi potest, quia uerbum est rei cognitio, & cognitio rei concurrat ad amorem ut res cognita, res autem cognita sub ratione boni, duntaxat concurrat ad amorem in genere causae finalis: ut cum quis sumit portionem amatam propter sanitatem, sanitas ipsa cognita solum mouet in genere causae finalis, ut docet Aristot. 2. physicorum tex. 88. 89. ¶ Secundo respondemus negando consequentiam, quae probatur assumptum argumentum: & ita

Argumentum
in conclusione
2. conclusio
nem.

Huic Responsio.

Responsio.

& ita

& ratio est, quoniam principium verbi, ipsa videlicet species, est in eadem potentia, in qua est verbum ipsum, hoc est in intellectu: principium autem amoris, ipsum quidem verbum non est in eadem potentia, in qua est amor: est namque amor in voluntate, & verbum in intellectu.

2. Solutio Sed fortassis ad rem nihil pertinet, quod principium verbi sit in eadem potentia, in qua est ipsum verbum, ut procedat simile ex vi processionsis: nam ignis generatus procedit similis ex vi processionsis ignis generati, & non sunt in eadem potentia, neque in eodem loco, quavis sint proximi. quod obrem prima solutio magis probatur. **Secundo** arguemur: Spiritus Sanctus procedit similis patri & filio ex vi productionis, ergo est filius, & eius productio est generatio. Assumptum probamus duplici ratione, scilicet prima. **Productio** diuina natura sua est communicatio diuina essentiae, qua persona produens ea communiter producit: ergo ex vi diuinae productionis persona produens communicat essentiam producit: at pater & filius producunt Spiritum Sanctum, ergo ex vi productionis communicant essentiam diuinam Spiritui Sancto: igitur Spiritus Sanctus ex vi productionis diuinae recipit diuinam naturam patris & filij, & ex consequenti ex vi productionis procedit similis in natura patri & filio: quia non ob aliam causam asserimus, filium in humanis procedere similem patri in natura ex vi productionis, nisi quia ex vi productionis recipit naturam patris. Quod si hoc argumentum sub hac forma tibi obsecrum videtur, & te non conuincit, idem sermo sub alia elatiori & breuiori proponitur, ad hunc modum. In humanis filius dicitur similis patri ex vi productionis, quia ex vi productionis & generationis recipit naturam patris. Sed Spiritus Sanctus ex vi productionis, qua producitur a patre & a filio, recipit naturam eorum, ergo Spiritus Sanctus ex vi productionis est similis patri & filio. Profecto, ut arbitror, hoc argumentum conuincit, supposito quod productio diuinae personae, naturam suam est communicatio diuinae essentiae, aut naturae diuinae, ex cuius vi & virtute persona producta recipit naturam producens: sicut hominis generatio aut humana productio, est communicatio naturae humane, ex cuius vi & virtute filius recipit naturam humanam a patre. **Secundo** probatur idem assumptum: ex vi spirationis procedit Spiritus Sanctus, & Spiritus Sanctus est Deus ergo ex vi spirationis procedit Deus. Vltimo,

2. Solutio
luna & patri
sur.

2. argumē-
tum.

Prima an-
tecedens p
batio.

2. Probatio

Spūs Sāctus ex vi spirationis procedit Deus a patre & a filio, qui sunt Deus: ergo ex vi spirationis procedit similis patri & filio. & probamus consequentiam, quoniam cum pater in humanis generat filium, filius dicitur procedere ex vi productionis similis patri in natura: non alia ratione, nisi quia ex vi productionis procedit homo, igitur cum Spiritus Sanctus ex vi productionis procedat Deus a patre & a filio, qui sunt Deus: ex vi productionis procedit similis patri & filio in natura diuina. **Et confirmatur** ex vi spirationis procedit Spūs Sāctus, at Spiritus Sāctus, qua Spūs Sāctus est, est Deus: & Deus quatenus Deus, est similis patri & filio: ergo Spūs Sāctus ex vi spirationis procedit similis patri & filio. **Tertio** arguemur: amor procedit similis voluntati ex vi actionis & processionsis, qua ab ea dimanat: ergo Spiritus Sāctus est filius, & eius productio est generatio. Consequenter notissima est ex dictis probamus antecedens in hunc modum. Omne agens producit sibi simile quod maximum sibi potest ex vi actionis, ut constat ex superioribus, at voluntas producit amorem, ergo amor procedit similis voluntati ex vi actionis & processionsis: non enim aliunde probamus generati, nisi quia omne generans generat sibi simile quod maximum fieri potest. **Quarto** & vltimo arguemur, ac per explanationem praemittimus, quod voluntas habet inclinationem naturalem ad bonum, per quam sit in actu primo ad amandum, & per amorem in actu secundo: sicut intellectus sit in actu primo per speciem ad intelligendum, & per verbum in actu secundo. & nostra non refert, an inclinatio distinguatur a voluntate re ipsa necne: quae sit ut voluntas sit inclinatio ad bonum in actu primo, vel ea habet: & amor in actu secundo. Colligitur insuper, quod amor est similis voluntati, sicut verbum speciei, vel intellectui informato per speciem: etenim sicut species est similitudo obiecti in actu primo, & verbum in actu secundo: ita voluntas est inclinatio ad bonum in actu primo, & amor in actu secundo. **His** praemissis arguemur modo. Verbum ex vi productionis procedit simile speciei: quae est illi similis, & ab ea procedit: at amor est voluntati similis, ut constat ex suppositione & eius corollarijs, & ab ea procedit, ergo est similis illi ex vi productionis: si hoc dederis, aperte elicitur spiritum Sanctum esse filium, & eius productionem generationem: si ve

Confirmatis

Tertiarum
sumorum

4. Argumē-
tum.

Prima co-
rollarium.

2. Corolla-
rium.

4. Argumē-
tum.

ra

ra sunt quae diximus ex mente doctorum scholasticorum. **For**te quis dicet, inter verbum & amorem maxime differre, quoniam verbum procedit simile rei cognitae ex vi productionis, (ut ostensum est) amor autem non procedit similis rei amatae, sed voluntati. **Fate**mur quidem ita esse, verum hoc non tollit difficultatem: quod sic probamus. Amor procedit similis amanti ex vi processionsis, ergo amor quo pater & filius mutuo amant se, procedit similis illis ex vi processionsis: igitur ille amor, qui est Spiritus Sanctus, est filius vtriusque: & eius productio est generatio. **His** argumentis conuicti quidam, de quorum numero videtur esse Ferrara. **4. contra** gentes cap. 19. affirmant, quod Spiritus Sanctus procedit similis patri ex vi talis processionsis diuinae, & diuinae productionis, sed non ex vi processionsis in genere: quia per actus voluntatis processionem, ut est in genere processio non procedit simile producti: si quidem amor in nobis procedit a voluntate, & non est similis illi. **Pro**fecto responso haec sophistica est: in primis quia iam ostendimus amorem similem esse voluntati. Item ex hoc, quod ex vi processionsis in genere non procedat aliquid simile producti, solum sequitur, quod non omne procedens ab aliquo est filius eius. Nam amor creatus procedit a voluntate: & non est filius eius: sed non sequitur, quod Spiritus Sanctus non sit filius patris aeterni cum ab illo procedat similis illi ex vi processionsis diuinae, ut praefati doctores vltro concedunt. **Secundo** obijcimus, & praemittamus id quod est de essentia & natura superioris esse etiam de essentia & natura inferioris, quantum non est contra identidem contingat: hoc sane liquido constat, animal namque est superius ad hominem: & quod est de essentia & natura animalis est idem de essentia hominis. Praemittamus secundum, quod productio in genere est superius ad generationem & processionem: nam tam generatio quam processio, est productio: tum in humanis, tum etiam in diuinis. **His** ergo sic constitutis arguemur in hunc modum. Omne quod est de essentia & natura superioris, est etiam inferioris, ex prima suppositione: sed productio in genere est superior ad processionem, ex secunda suppositione: ergo quod est de natura productionis, est de natura processionsis. **Tu**c vltra de natura productionis est, quod ex vi illius, productum sit simile producti (ut superius eui

Responso
quam quis
posse: assi-
gnare argu-
mento.

Refellitur.

Quorum ad
placitum.

Refellitur

2. obiectio.

2. Supposi-
tio.

deter commoustrauimus ex doctrina Aristoteli) ergo de natura processionsis est, quod ex vi illius procedens sit simile ei a quo procedit: perpe-
ra ergo praefati doctores dicunt, quod ex vi processionsis in genere, non procedit simile producti: Tertio, genitum ex vi generationis in communi, non est filius generantis: nam generatur a sole, & non est filius solis: genitum in super ex vi generationis vniuersae, non est filius: quia doquid est ignis generatus producit ab alio igne per vnicam generationem, & non est filius eius: sed genitum est filius generantis, ex vi generationis qua genitum procedit a generante viuente conuictio simile secundum naturam: ergo dato spiritus Sanctus non esset filius patris ex vi processionsis in genere, esset filius patris ex vi processionsis diuinae, si vera sunt quae isti affirmant: cum ex vi processionsis diuinae (iuxta istorum sententiam) filius procedit similis patri, ex vi eiusdem processionsis. **Exp**ede modo lector quatuor praedictis sint argumenta haec: ego quidem fateor, non posse plene satisfacere his argumentis. **Ne** se satisfacere nisi tatorum doctorum grauitas aliud nostrae heret, conuincere apud me forte praeter igno-
rantiam meam) spiritum Sanctum procedere similem patri & filio ex vi productionis: quod nequaquam concedere volo, ne a communi doctorum nostrae tepestatis sententia disceda. **Veru**m in presentia de fide tenendum est, ut ostendimus, spiritum Sanctum non esse filium, neque genitum: ac pertinere ad rationem quae id verum sit licitum est disputare, & non ostendimus communi doctorum ratione quae antea explicuimus consutare: sed alia assignare atque statuere. **R**espondeamus igitur, diuinum verbum esse filium, ac subinde eius productionem, esse generationem: quoniam de ratione filij, est procedere per modum imaginis a patre quo pacto diuinum ipsum verbum procedit a patre: spiritum Sanctum autem non esse filium, & eius productionem generationem non esse: quoniam non procedit a patre & filio per modum imaginis. **Quo**d circa illa particula secundum rationem si multitudine, ratum de significat, sicut per modum imaginis. **Et** sane contra haec responsum nequaquam militat argumenta praefata: quoniam per ea argumetator solum conuincit, patrem, spiritum Sanctum procedere similem ex vi processionsis, ut liquet & non probat, eum procedere per modum imaginis ex vi processionsis. **Sed** ut haec responso nobis illustrior fiat, aliqua notanda sunt. **Primo**, similitudinem aut similem quod in nostro proposito id est) & imaginem longo dispendio interuallo: nam simile, quia simile est,

Obiectio

Autors
benter fate-
tur sensus
se satisfacere
re praefatis
argumentis

Quid de fide
tenendum
de fide tenendum
est, ut ostendimus,
spiritum
Sanctum non esse
filium, neque
genitum: ac pertinere
ad rationem
quae id verum
sit licitum est
disputare, &
non ostendimus
communi doctorum
ratione quae
antea explicuimus
consutare: sed
alia assignare
atque statuere.

Autors

Corollarium

Primum
notabile.

le est, generali representatione sibi simile representat, at non est institutum a natura ad representandum: ut ouum, ouum alterum representat, non tamen a natura est ordinatum ad illud representandum: imago vero est ordinata ad representandum id, cuius est imago: ut *Imaginis* imparatoris imago. Vnde imago sic plane definita est, similitudo rei, ad eius imitationem expressa, ut illa representet. ¶ Aduertendum insuper est, quod vulgus nomine imaginis duntaxat intelligit eam, quae representat rem, quo ad eius figuram, delineamenta, & accidentia: cum ipsam imaginis nomen plura complectatur. Etenim Dei filius est vera imago patris, ut dicit Paulus ad Colossios 1. imago inuisibilis Dei. Et homo est Dei imago, vel potius ad imaginem Dei factus Genes. 1. & in Deo non sunt accidentia.

Tertium notabile. ¶ Quapropter sciendum est tertio, iuxta D. Th. metem. 4. contragentes cap. 11. rei imaginem esse duplicem: alteram, quae est eiusdem naturae cum ipsa re: alteram, non eiusdem naturae: & haec duplex est, quaedam est imago rei quoad accidentia, sicut quae imperatoris statua: alia est imago rei quoad substantiam, ut verbum mentis, quod est hominum notitia, est eorum imago: conuenit enim ei imaginis finitio a se ignata, est namque hominis similitudo quoad naturam, & expressa ab anima ad eius imitationem, & ut ea representet. Simili modo probari potest de quocumque alio verbo, vel notitia: imago tamen rei, quae est eiusdem naturae cum ipsa re, quaedam est imago quoad naturam tantum, ut filius: qui non est in figura similis patri: altera est imago rei quoad figuram & substantiam, ut filius patris similis in figura. ¶ Quod vero filius sit imago patris, saltem quoad naturam, liquidum constat ex imaginis finitione a scripta, quandoquidem est patris similitudo, quoad naturam, & expressus ad eius imitationem: atque filius patrem representat, ut explicat omnes iuris periti, super leg. 40. Tauri, quod probat ex leg. fin. C. de impub. & alius substitutionibus, & institutio de inutil. stipulat. §. ei vero qui. Huc accedit quod narrat Arist. 2. Politic. c. 2. vbi ait, quod in quibusdam populis qui sunt in Libya superioribus, cum viri haberent uxores communes, partiebatur inter se filios secundum similitudinem: ita ut unusquisque illos filios acciperet qui sibi similes videretur: quasi quodam instinctu intelligentes filium esse imaginem patris.

Obiectio. ¶ At qui si obiciat aliquis, filium non esse imaginem patris, quoniam non ordinatur ad representandum patrem, quod necessarium est ad imaginis rationem: respondemus id sane negando, *Solutio.* quin potius in humanis per ductu naturae quodam generat filium, ut in ipso conseruet speciem, & sui naturam: & ut ipsum representante: atque in ipso conseruet suum esse, saltem per representationem: ut exemplar, isto modo conseruat suum esse per imaginem. Itaque absque dubio tenendum est, filium esse imaginem patris, vel habere se per modum imaginis in ordine ad patrem.

¶ Et quod ista fuerit mens. d. Th. loco allegato, constat ex eius verbis, quae sic habent. Imago autem alicuius rei est duplex: est enim aliqua imago, quae non comunicat in natura cum eo, cuius est imago, siue sit imago eius quoad exteriora accidentia, sicut statua aenea est imago hominis, neque tamen est homo: siue sit imago quantum ad substantiam rei, ratio enim hominis in intellectu, non est homo: nam & philosophus. 3. de anim. tex. 38. dicit, lapis non est in anima: sed species lapidis. Imago autem alicuius rei, quae eadem naturam habet cum re, cuius est imago, est sicut filii regis, in quo imago patris apparet: & est eiusdem naturae cum ipso. Et Paulus inferi: non enim sic esse imaginem alicuius, ut eiusdem naturae cum illo sit, in aliquo inuenitur, qui iusdici non possit: dum modo hoc in viuicibus accipitur. Haec S. Th. ¶ Tamen obseruari debet illud, quod ad rem de qua est disputatio, maxime refert: videlicet quod omne quod procedit per actum intellectus, ordinatur ad representandum, & est rei similitudo formaliter: ut species & verbum mentis: vel effectiue, ut habitus existens in intellectu: quoniam efficit notitiam, quae est rei similitudo. ¶ Quo fit, ut omne quod producit per actum intellectus, procedat per modum imaginis: quia sicut imago est rei similitudo, & ordinatur ad representandum: ita quod procedit per actum intellectus, non procedit per modum imaginis, quauis procedat per modum similitudinis in ordine ad ipsam voluntatem: quia non ordinatur ad representandum, sed ad amandum. ¶ His praebatis, breui, clare & manifeste absolutum est quaestio, & respondemus: scilicet verbum esse filium, ac perinde eius productionem generationem: quoniam de ratione filii est quod procedat a patre per modum imaginis: ut ostendimus, & verbum procedit a patre per modum imaginis, nam procedit per actum intellectus: & omne quod sic procedit, ut proxime demonstratum est, procedit per modum imaginis. Sed Spiritus Sanctus non est filius neque eius productione est generatio: quandoquidem procedit

Imaginis definitio secundum notabile.

Tertium notabile.

Probatum filius esse imaginem patris saltem quoad naturam.

Obiectio.

per actum voluntatis, & quod sic procedit, non procedit per modum imaginis, ut probauimus. ¶ Vel alijs verbis forsitan elarioribus & breuioribus ad eandem quaestionem respondere possumus, quauis virtute utrobique sit eadem solutio. Cum interrogas quare verbum est filius, & Spiritus Sanctus non est filius? Respondeo: quia filius in genere, est imago patris, aut se habet per modum imaginis ad eundem: & verbum est imago patris ex Pau. ad Colo. 1. Spiritus Sanctus autem non est imago. Et si iterum perconteris cur verbum est imago patris, Spiritus Sanctus non item? Soluitur: quia de ratione imaginis est, quod representet, & producat ad representandum: & verbum, velut in actu secundo, (ut liquet ex disputatione vltima articuli praecedentis) representat patrem, & omnia quae sunt in patre: scilicet essentiam, & omnia quae in diuina essentia reuolunt, creaturas, & diuinas personas: & producit ut ea representet vel ut representet: etenim producit per amorem, & amor non producit ad representandum, sed ad amandum. ¶ Obserua tamen (ut castè & cum timore loquamur in tanto mysterio) non concedere nos, verbum ordinari ad representandum: quia ordinari est de medijs ad finem, & verbum diuinum est vltimus finis. Aduerte insuper, quod illud quod est representare quasi in actu secundo patrem, & ea quae sunt in patre, est ipsemet Deus: quoniam quicquid est in Deo est ipsemet Deus. Et ego quidem existimo praefatam sententiam esse D. Tho. 4. contra gentes loco allegato: & etiam esse expressam Augustini. Aug. vltimo lib. de trinit. ca. vltimo: quauis verbis ambagiosis & nimium obscuris id asserat: vbi summam constituit differentiam inter verbum & Spiritum Sanctum, & eorum productiones: videlicet quod verbum procedit per modum imaginis, ac proinde est filius, & eius productio est generatio: Spiritus Sanctus autem non procedit per modum imaginis, atque ob id non est filius: neque eius productio, generatio viuens: de qua scilicet in praesentia loquimur. Liceat videre diuum Thomam & Augustinum locis adductis. Hanc etiam arbitror esse Anselmi sententiam in monologio ca. 53. vbi assignat rationem, quare verbum est filius: & di-

Solutio.

Predicta habetur ex S. Th.

Vltimo notabile obseruandum.

Corollarium annotatione maxime dignum.

Annotatio sententia de claratur.

cedit per actum voluntatis, & quod sic procedit, non procedit per modum imaginis, ut probauimus. ¶ Vel alijs verbis forsitan elarioribus & breuioribus ad eandem quaestionem respondere possumus, quauis virtute utrobique sit eadem solutio. Cum interrogas quare verbum est filius, & Spiritus Sanctus non est filius? Respondeo: quia filius in genere, est imago patris, aut se habet per modum imaginis ad eundem: & verbum est imago patris ex Pau. ad Colo. 1. Spiritus Sanctus autem non est imago. Et si iterum perconteris cur verbum est imago patris, Spiritus Sanctus non item? Soluitur: quia de ratione imaginis est, quod representet, & producat ad representandum: & verbum, velut in actu secundo, (ut liquet ex disputatione vltima articuli praecedentis) representat patrem, & omnia quae sunt in patre: scilicet essentiam, & omnia quae in diuina essentia reuolunt, creaturas, & diuinas personas: & producit ut ea representet vel ut representet: etenim producit per amorem, & amor non producit ad representandum, sed ad amandum. ¶ Obserua tamen (ut castè & cum timore loquamur in tanto mysterio) non concedere nos, verbum ordinari ad representandum: quia ordinari est de medijs ad finem, & verbum diuinum est vltimus finis. Aduerte insuper, quod illud quod est representare quasi in actu secundo patrem, & ea quae sunt in patre, est ipsemet Deus: quoniam quicquid est in Deo est ipsemet Deus. Et ego quidem existimo praefatam sententiam esse D. Tho. 4. contra gentes loco allegato: & etiam esse expressam Augustini. Aug. vltimo lib. de trinit. ca. vltimo: quauis verbis ambagiosis & nimium obscuris id asserat: vbi summam constituit differentiam inter verbum & Spiritum Sanctum, & eorum productiones: videlicet quod verbum procedit per modum imaginis, ac proinde est filius, & eius productio est generatio: Spiritus Sanctus autem non procedit per modum imaginis, atque ob id non est filius: neque eius productio, generatio viuens: de qua scilicet in praesentia loquimur. Liceat videre diuum Thomam & Augustinum locis adductis. Hanc etiam arbitror esse Anselmi sententiam in monologio ca. 53. vbi assignat rationem, quare verbum est filius: & di-

Solutio elarior notior.

Annotatio.

August.

Anselmu.

cit, quod propterea filius est, quia praesertim praesertim imaginem. Spiritus Sanctus autem & amor filius non est, quia eam non praesertit. Atque haec de graui & difficili quaestione huius articuli dicta sufficiant. ¶ Ceterum ab soluta veritate praesentis quaestio, quod litera aduersus eam assertionem S. Tho. qua affirmat, in Deo esse & intelligere idem fore: argumentatur, inquam, in hunc modum. Anima nostra mediante verbo, & per verbum formaliter intelligit, ac proinde a verbo habet quod intelligat: ergo pater aeternus formaliter intelligit mediante verbo, & per verbum: & ex consequenti a verbo habet quod intelligat: esse & intelligere sunt idem (ut docet San. Tho.) ergo pater habet esse a verbo, quod est haereticum, quin verbum habet esse a patre per generationem. ¶ Respondemus negando priorem consequentiam, & asserimus, intelligens, quod habet distinctam essentiam a suo verbo, intelligere mediante verbo, & per verbum, atque a verbo habere quod intelligat: intelligens tamen, quod est eiusdem naturae cum suo verbo, ut est pater aeternus, non habet a verbo quod intelligat. Itaque pater aeternus a se habet quod intelligat, & non a verbo: sicut a se habet esse: neque intelligit mediante verbo, neque per verbum formaliter: sed mediante sua essentia, & per se ipsum. Faciemus tamen, quod patet intuetur omnia in verbo, velut in actu secundo: & in sua essentia, velut in actu primo. Concedimus etiam, quod pater dicit verbo, & per verbum, omnia quae dici possunt sicut per verbum, & mediane verbo omnia facit, omnia per ipsum facta sunt: Ioan. 1. De quibus licebit legere Sanct. Thom. inferius quaestione 37. ar. 2. & Capreo. in 1. sentent. dist. 27. quaest. 2. arti. 1. conclus. 4. ¶ Secundo argumentum, quod aduersus eandem assertionem, nam intelligere potius videtur quod sit esse rei intelligentis, ut intelligens est, quae sit esse verbi, quod per intellectio-nem illam producit. Huic argumento qui dam Thomistarum respondent, quod in praesentia intelligere, sumitur pro eo quod est intelligi: ita quod quemadmodum calefacere & calefactio aliquando accipitur pro calefactione actiua, aliquando pro passiua: sic intelligere & intellectio assumuntur nonnunquam pro eo quod est intelligi, & intellectio passiuua. Quod etiam docet Diuus Thom. 4. contra gentes vbi supra,

Primum argumentum.

Responsio.

Secundo argumentum.

Solutio.

Obiectio. supra, quo loco affirmat, quod esse verbi est intelligi. ¶ Aduersus tamē solutionem hāc obijcimus. Intelligi rem, nihil ponit in re intellecta, Chimera nanq; intelligitur, quae nihil est: esse verbi in Deo & in nobis, est ens reale (ne à verbis scholasticorum omnino discedamus) falsum est igitur dicere, quod esse verbi diuini est intelligi. ¶ Respondet Caietanus, quod intelligi, vt conuenit rei externae quae intelligitur, non importat aliquid reale: intelligi tamen, vt conuenit verbo interno, quod est proprium intellectus obiectum, importat esse reale, nam intelligi isto modo, est esse obiectum reale intra ipsam animam: in quo ipse intellectus rem intuetur. ¶ Nunc se offerunt aliqua dubia, quorum explicatio ad huius rei claritatem cōfert: primò dubitatur, cur generatio quae pater generat filium, in sacris literis appellatur partus & conceptio, atque pater dicitur concipere, parere, & parturire filium: Cum isthaec in generatione humana duntaxat feminae tribuantur? ¶ Pro enodatione huius dubij praemittendum est, quod sapientia quae est Dei filius, in sacris literis dicitur concipi & parturiri à patre: prouerb. 8. ego iam concepta eram: ante omnes colles ego parturiebar: ac subinde pater concipit, & parturit filium. ¶ Insuper notandum est, quod ad generationē prolis in humanis, duo principia concurrunt: vnum agendi, quod est pater: aliud patiendi, quod est mater. Quapropter ea quae ad perfectam prolis generationem requiruntur, sunt diuisa: quaedam conueniunt patri, alia matri: dare nanq; naturam & speciem prolis, tribuitur patri: concipere autem & parturire, matri. At in generatione diuini verbi, duntaxat reperitur principium agendi, quod est pater, quando quidem in Deo nō est passio: quocirca omnia quae requiruntur ad generationem verbi, duntaxat conueniunt patri. Quam ob causam, sicut pater per generationem dat esse, vitam, & naturam filio, & cetera omnia quae habet: ita dicitur concipere & parere illum: atq; ex his solutum est dubium.

Secundū notabile quod exacte de eius prouentione. ¶ Sed ad maiorem explanationem eiusdem aduertendum est secundū, quod ad infinitam generationem diuini verbi perfectā esse dicitur in Psal. 109. Ex vtero ante luciferum genuit: vbi ponitur verbum praeteriti temporis, quod importat perfectam & exactam actionē. Sed vt indicaret Spiritus Sanctus, quod illa generatio est in aeternitate,

te, & quod nunquam habuit initium, neq; habitura est finem: dicitur ante omnes colles ego parturiebar, per verbum praeteriti imperfecti, quod importat actionem nondum finitam. Et obserua, quod in praesentia autoritate psalographi, nomine vteri intelligitur diuina essentia: quae vt obijcitur intellectui paterno, ab aliquibus nuncupatur memoria fecunda. ¶ Item sciendum est, id quod generatur, quandiu ingenerate manet, tandiu dici conceptum: ob id, vt in uerbo nobis quod sapientia, quae est filius, non recedit à patre, sed in eo semper manet: dicitur concepta. Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram. Et Ioan. 1. de filio legitur, quod est in sinu patris. Verum quoniam quanto tempore proles concepta est, & in vtero clauditur, nondum habet vltimam perfectionē, vt perfecte subsistat: ideo quod nos admoneret, sapientiam Dei nō esse eo modo conceptam à patre, sed perfectissimè per se subsistere, subditur, quando praeparabat caelos aderam, & paucis interpositis, cum eo eram cuncta componens. Obserua itidem vltimo loco, quod in generatione humana, conceptio, generatio, & partus, quo proles incipit perfecte existere: separata à generante, non simul sunt: in Deo autem simul sunt, & separari nequeunt. Etenim vnà filius concipitur à patre, generatur, & parturitur: sicut quod illuminatur, quamprimum illuminatur, illuminatum est: quia in actu illuminationis nulla est successio. Et hac ratione, postq; dixit, ego iam concepta eram, subdit ante omnes colles ego parturiebar. Et quoniam quando aliquid paritur in rebus naturalibus, nondum existit perfecte: vt doceret nos, quod sapientia, quae ab aeterno concipitur & parturitur, erat perfecte subsistens perfecte, subiungit: quando praeparabat caelos aderam: vt planè intelligeremus, simul esse in Deo concipi, parturiri, & perfecte existere per se: non sicut in rebus naturalibus, in quibus proles primò concipitur, deinde paritur, postremò perfecte existit à generante se iuncta. De hac re cui visum fuerit, legat. D. Thomam. 4. contra gentes ca. 11. ¶ Dubiū secundū dicitur, an verbi generatio, sit propria generatio: & ipsum verbum proprie filius: atq; pater aeternus proprie pater: an vero ita nuncupetur, ducta similitudine à creaturis. Nimirū nuper decreuimus, secundam personam diuinam esse filium, & eius processionem

Vteri signi- ficatio.

Tertium tabile.

tionem generationē. Nunc planè percontamur, an ipsa secunda persona sit proprie filius, & eius processio proprie generatio? Hoc enim dubium aliud sanè est à priori. A quaestione hac breui nos expediemus, quoniam similem tractauimus de verbo, cum de ipso ageremus. Dicendum igitur, quod iuxta sententiam D. Tho. superius quæst. 13. ar. 5. & 6. nomina quae dicuntur de Deo & creaturis, sunt analogae: & primariò dicuntur de Deo, & secundariò de creaturis: quia de creaturis dicuntur, propter similitudinem ad Deum: vt nomen scientiae, analogum est ad scientiā diuinam & humanam, & principaliter significat scientiam diuinam: minùs principaliter, humanā respectu diuinā: ac proinde scientia ipsa diuina magis principaliter est scientia, quam humana: & humana appellatur scientia, quoniam est quaedam diuinā scientiae expressio & imitatio. Quia ergo ista nomina generatio, filius, pater, significant Deum, & creaturas: necesse est praecipue significare Deum, deinde creaturas, & ipsas propter similitudinem ad Deum, est scientia, quam humana: & humana appellatur scientia, quoniam est quaedam diuinā scientiae expressio & imitatio. Quia ergo ista nomina generatio, filius, pater, significant Deum, & creaturas: necesse est praecipue significare Deum, deinde creaturas, & ipsas propter similitudinem ad Deum, primum generationem: & humanam non ita proprie appellari generationē, nisi quā similitudinem habet cum diuina: & filii quoniam esse maximè proprie filium: hominis autē filium non ad eum proprie, nisi vt refert similitudinem aeterni filij: & patrem aeternū esse maximè proprie patrem: in humanis autem non ita proprie: sed nominatur pater, & eius relatio paternitas, quoniam est quodammodo patris aeterni, & illius paternitatis imitamentum. Hoc est quod docet Pau. ad Ephesos. 3. Huius, inquit, rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in caelis & in terra nominatur. Tandem inconcussa autoritate, ac de fide tenendum est, si filij generationem maximè proprie esse generationē: quod de patre & filio aeterno eodem modo asserendum est. Et de hac re nos futurū agimus infra quæst. 33. arti. 2. ¶ Caterū vt extremam manum huic articulo imponamus, obserua quod docet D. Tho. in responsione ad. 3. videlicet quod non omne acceptum est receptum in aliquo subiecto: natura siquidē humana fuit accepta à filio Dei, sed non recepta in aliquo subiecto: & filius dei accipit esse à patre per generationem, & illud esse non recipitur in aliquo subiecto: esse autem diuinum dicitur in filio acceptū à

Corollarium respondens quaestioni.

Obseruatio

patre, quia filius procedit à patre, & ab eo habet illud esse diuinum, non quasi aliud ab illo esse diuino existens. Nota insuper id quod in eadem responsione asserit, scilicet quod in perfectione diuini esse continetur verbum, & principium verbi. Quae verba nos declaramus quæst. 39. ar. 6. disputatone vnica, in responsione ad argumenta. Et hoc non parum refert, ad intelligendū quomodo pacto distinguantur attributa & relationes ab ipsa diuina essentia: de quibus inferius dicēdū est quæst. 28. ar. 2. disput. vltimo dubio.

Articulus tertius.

Vtrum sit in diuinis alia processio à generatione verbi.



Ad tertium sic proceditur: Videtur quod nō sit in diuinis alia processio a generatione verbi. Eadem enim ratione erit aliqua alia processio ab illa alia processione. Et sic procederet in infinitū: quod est inconueniens. Standū est igitur in prima: vt sit vna tantū processio in diuinis.

¶ Preterea in omni natura inuenitur tantum vnus modus cōiunctionis illius naturae. Et hoc ideo est: quia operationes secundū terminos habent vnitatem & diuersitatem. Sed processio in diuinis nō est nisi secundū cōiunctionem diuinæ naturae. Cū igitur sit vna tantū natura diuina (vt supra ostensum est) relinquatur quod vna sit tantū processio in diuinis. ¶ Preterea si sit in diuinis alia processio ab intelligibili processione verbi: nō erit nisi processio amoris: quae est secundū voluntatis operationem. Sed talis processio nō potest esse alia a processione intellectus: quia voluntas in deo nō est aliud ab intellectu: vt supra ostendit.

E ostendit

ostensum est. Ergo in deo non est alia processio preter processionem verbi. Sed contra est q. s. f. pcedit a patre: vt dicitur Io. 15. Ipse autem est alius a filio: secundum illud Io. 14. Rogabo patrem meum & alium paraclitum dabit vobis: ergo in diuinis est alia processio: preter processionem verbi. Respondeo dicendum: q. in diuinis sunt duę processiones. s. processio verbi: & quedam alia. Ad cuius evidentiam considerandum est quod in diuinis non est processio nisi secundum actionem, que non terdit in aliquid extrinsecum: sed manet in ipso agente. Huiusmodi autem actio in intellectuua li natura est actio intellectus, & actio voluntatis: processio autem verbi attenditur secundum actionem intelligibilem, secundum autem operationem voluntatis inuenitur in nobis quedam alia processio, s. processio amoris secundum quam amatum est in amante: sicut per conceptionem verbi res dicta vel intellecta est in intelligente: vnde & preter processionem verbi ponitur alia processio in diuinis, que est processio amoris. Ad primum ergo dicendum: q. non est necessarium pcedere in diuinis processio in infinitum, processio enim que est ad intra in intellectuua li natura terminatur in processione voluntatis. Ad secundum dicendum: q. quicquid est in deo est deus: vt supra ostensum est, quod non contingit in alijs rebus: & ideo per quolibet processionem que non est ad extra coincidat diuina natura: non autem alij naturę.

Ad tertium dicendum: q. licet in Deo non sit aliud voluntas & intellectus, tamen de ratione voluntatis & intellectus est, q. processiones que sunt secundum actionem vtriusque, se habeat secundum quedam ordinem. Non enim est processio amoris, nisi in ordine ad processionem verbi: nihil enim potest voluntate amari, nisi sit in intellectu conceptum. Sicut igitur attenditur quidam ordo verbi ad principium a quo pcedit: licet in diuinis sit eadem substantia intellectus & conceptio intellectus: ita licet in deo sit idem voluntas & intellectus: tamen quia de ratione amoris est quod non procedat nisi a conceptione intellectus, habet ordinis distinctionem processio amoris a processione verbi in diuinis.

Commentarium.



DIVVS Thomas constituit conclusionem de fide tenendam. In diuinis est processio Spiritus Sancti a patre, distincta ab ea qua procedit verbum a patre: & ex consequenti in Deo sunt duę processiones. Quę probatur argumeto in oppositum, scripturę testimonijs in hęc modum. Spiritus Sanctus pcedit a patre, vt habetur Io. 15. sed Spūs sanctus est alius a filio, iuxta illud Ioan. 14. rogabo patrem meum, & alium paraclitum dabit vobis: ergo in diuinis est alia processio preter verbi processionem: & ex consequenti, in Deo sunt duę processiones. Collectio autem constat, quoniam actiones distinguuntur penes terminos: & earum actionum & processio num termini sunt distincti, scilicet filius & Spiritus Sanctus. In corpore autem articuli declarat eandem conclusionem ex exemplo & ratione naturali: quia sicut in nobis est duplex processio, vna verbi mentalis per actum

Conclusio D Thom.

Probatnr.

actum intellectus: alia amoris per actum voluntatis: ita etiam in Deo est duplex processio, quedam verbi diuini per actum intellectus: alia Spiritus Sancti per actum voluntatis: que quidem ratio fatis elucet ex his que diximus ar. 1. Quod verò Spiritus Sanctus procedat a filio sicut a patre, inferius probat D. Tho. In corpore item articuli asserit, q. amatum est in amante per amorem: aduersus quę asseritionem, argumentatur Aureolus, que refert Capreolus in. i. senten. dist. 10. & quauis multis argumentis impugnat S. Tho. ratio tamen eius potissima hec est. Per amorem amans fertur in amatum, ergo potius per amorem amans est in amato, q. vice versa. Solutioni huius argumeti premittendum est, trifariam aliquid esse in altero: primo modo per essentiam, sicut filius Dei in patre: secundo modo per similitudinem, sicut res cognita in cognoscente: tertio modo per affectionem vel inclinationem quomodo locus deorsum est in graui ratione grauitatis, quia grauitas est inclinatio ad eum: & eadem ratione locus sursum in leui. & isto modo amatum est in amante, vt docet S. Tho. 4. contra gentes ca. 19. qui locus sic habet. In voluntate autem amanti est, scilicet amatum, sicut terminus motus in principio motiui, proportionato per conuenientiam & proportionem quam habet ad ipsum: sicut in igne quodammodo est locus sursum ratione leuitatis: secundum quam habet proportionem & conuenientiam ad talem locum, hęc ille. Ex quibus liquet eodem stat responso ad argumentum Aureoli, videlicet amatum esse in amante, & e contra ratio, respectu diuersorum. Amans siquidem dicitur esse in amato per amorem, quia per ipsum trahitur in amatum: amatum autem est in amante per eundem amorem & inclinationem, quia amor rei amate subijcitur in amante, & est effectus amati: vbicumq. enim est effectus, ibi dicitur esse causa secundum suum effectum: vt sol dicitur esse in hoc loco, quia in eo producit lumen. Et hac omnia patent ex comuni hominum sermone, nam de persona amata confidenter ait amans, q. est in corde suo: & de matre qua nimium affecta est in filium absentem, dici solet, esse eam cum filio suo, quia nihil qua de ipso cogitat & sanctos asserimus esse cum Deo, iuxta illud. Vbi est thesaurus tuus ibi est cor tuum Matth. 6. Super illa verba que insuper asserit in corpore articuli, videlicet: secundum

Asserio D. Tho. contra quam Aureolus

Amotatio.

Responso.

Prædilectio habetur ex comuni sermone.

autem operationem voluntatis, inuenitur in nobis quedam alia processio, scilicet processio amoris: dubitari solet, an per actum voluntatis producat aliquid, quod sit terminus eiusdem actus: sicut per actum intellectus producit verbum. Quę questione nos tractauimus ar. 1. huius quęstionis, disputatione. 5. dubio. 5. In responso ne ad secundum constituitur discriminem inter naturam creatam & diuinam: quod illa tantum modo communicatur, scilicet per generationem: hæc autem duobus modis, & per generationem & per spirationem. Cuius rationem assignat, quia in Deo quęcumq. processio est, idem cum diuina essentia, & cum omnibus que in Deo reperiuntur. Cum responder ad tertium docet, q. Spiritus Sancti processio, per actum voluntatis distinguitur a processione filij per actum intellectus: quia illa oritur ab ista, & ab ea ordine originis habet: sicut actus voluntatis in creaturis ab actu intellectus, & amor rei a verbo & eius notitia: quado quid est nihil est volitum, quin sit prius cognitum. Quia de causa, quauis voluntas & intellectus sint idem, neq. vnum ab altero dimanet, tamen de ratione voluntatis & intellectus (inquit) est, q. processiones que sunt secundum actionem vtriusque, se habeant secundum quendam ordinem. Ad eius maiorem explicationem notandum est, verba D. Tho. accipienda esse de distinctione reitatis: præfatę processiones distinguuntur realiter: vt expressè docet de potentia quæ. 10. ar. 2. ad. 7. vbi ait: licet natura & voluntas in Deo non differat re, sed ratione tantum: tamen ille qui procedit per modum voluntatis, oportet q. realiter differat ab eo, qui procedit per modum nature: & oportet q. vna processio realiter ab alia differat. Hęc D. Tho. Aduersus tamen asseritionem istam in argumtus: generatio actiua & spiratio actiua non distinguuntur realiter, quia reperiuntur in eadem patris persona: at generatio est processio per actum intellectus, & spiratio per actum voluntatis, ergo processiones prædictę non realiter distinguuntur. Responsum demus generationem actiuam & spirationem actiuam re ipsa idem esse, vt probatum est: sed negamus eas esse proprie processiones. Nam generatio actiua est pater, & pater non procedit: & spiratio actiua est pater & filius, & quauis filius procedat a patre, pater tamen a nullo procedit: ratio autem est, quia nomine processiois proprie, dicta

Ad secundum.

Expositio verborum ad tertium.

Amotatio.

Argumentum.

Responso.

at intelligitur productio passiva personae quae procedit. Dicitur igitur. d. Tho. q. processio, quae est spiratio passiva spiritus sancti, & processio quae est generatio passiva filij, & distinguuntur realiter, sicut spiritus sanctus & filius: quia vna habet ordinem originis ad alteram. Quod explicabim? copiosius, quaest. 36. ar. 2. qui locus germanus est ac proprius huic quaestioni. Hac veritatem. d. Th. euertere nititur, Scotus in 1. dist. 13. Cuius argumenta eo loco expendimus. ¶ At verò posset aliquis aduersus S. Thom. inferre, q. sola distinctio rationis, quae est inter intellectum & voluntatem, efficit distinctionem realem inter processiones: quod planè pugnat videtur. Hanc difficultatem enodamus infra quaest. 4. ar. 6. ratione. 2. Potest itidem quis aduersus ea quae dixim? obijcere, probando productionem personarum, & earum distinctionem realem pendere a creaturibus: quod sanè pugnat: possumus (in qua) probare in hunc modum. Si actus intelligendi & volendi in deo essent idem re & ratione, tantum esset vna persona producta: quia ex vni co actu solè vna procedit persona: ergo quia distinguuntur ratione illi actus, produciuntur duae personae, & realiter distinguuntur: sed distinctio rationis solum dicitur in ordine ad creaturam, ergo si non possent esse creaturae, neq; possent produci duae personae diuinae, neq; realiter distinguantur: adeo illatum esset verum. Quod aut distinctio rationis inter illos duos actus dei, solè dicitur in ordine ad creaturas, suaderi potest hoc pacto: quia propterea distinguuntur ratione illi actus, qui possunt producere diuersas notitias in creaturis, quae in Deo produci nequeunt: quia necessariò habet vnam notitiam, & plures habere non potest. Huius argumento respondere solet, q. dato impossibili, q. creaturae non possent esse, illi actus ratione distinguerentur: quia de se & natura sua possunt producere diuersas notitias in creatura intellectuali, si posset esse. Nos tamen respondemus, negando distinctionem rationis dici solum in ordine ad creaturam, quia vt suprà quaest. 28. ostendimus, distinctio rationis, non solum oritur per actum intellectus creaturae, sed in creatura: & si dato impossibili, creaturae non possent esse, illi actus in Deo ratione distinguerentur, quatenus deus cognoscit illos, vt diuersa principia quo, diuersarum personarum. ¶ Super illa verba ad tertium, de ratione a moris est, q. non procedat nisi

Argumentum cuius solutio differitur.

Aliquorum responsio.

Amoris responsio.

Dubium.

ad conceptionem intellectus, Thomistae disputant, an amor rei procedat a verbo, & eiusdem rei cognitio in genere causae efficientis, an vero in genere causae finalis: & an res ipsa cognita concurrat ad amorem in genere causae efficientis, an finalis: quod nimirum non est praesentis negotij, sed potius attinet ad primam secundam, quaest. 9. ar. 1. & quaest. 22. ar. 2. Verum Caiet. in praesenti ar. super responsione ad tertium tuetur, q. res cognita est causa amoris in genere causae efficientis: quod probat Auerrois testimonio. 12. metaph. com. 36. vbi ait, balneum in anima est agens desiderium. Cuius sanè sententia nobis non probatur, neque ei Auerrois testimonium adiuumento est: vt nos paucis probauimus in 4. commentarii parte. 2. art. in responsione ad primam argumentum, & nunc etiam breui ostendimus. Quia de ratione causae efficientis est, q. existat, vel potius cohaereat in rerum natura: dat si quid esse reale effectui: & nihil dat quod non habet. Res autem quatenus cognita, vt sanitas, cum infirmus sumit potionem amaram propter eius amorem & desiderium, non est in rerum natura: ac perinde non mouet, neque efficit desiderium in anima vt causa efficiens, sed vt finalis: quod quidem aperte docet Arist. 2. phys. tex. 211.

Caiet. sententia.

Cōfirmatur.

Articulus Quartus.

Utrum processio amoris in diuinis sit generatio.



Quartum sic proceditur. Videtur q. processio amoris in diuinis sit generatio. Quod enim procedit in similitudinem naturae in uentibus dicitur generatum & nascentis: sed id quod procedit in diuinis per modum amoris procedit in similitudine naturae: alias esset extraneum a natura diuina, & sic esset processio ad extra, ergo quod procedit in diuinis per modum amoris: procedit vt genitum & nascens.

¶ Pre

¶ Praeterea, sicut similitudo est de ratione verbi: ita est etià de ratione amoris, vñ dicitur eccle. 13. quod oë animal diligit simile sibi. Si igitur ratione similitudinis verbo procederet conuenit generari & nasci, videtur etià quod amor procederet conuenit generari. Praeterea, non est in genere quod non est in aliqua eius specie, si igitur in diuinis sit quaedam processio amoris: oportet, q. propter hoc nomen conueniat habeat aliquod nomen speciale: sed non est aliud nomen dare nisi generatio, ergo videtur q. processio amoris in diuinis sit generatio. ¶ Sed contra: quia secundum hoc seque retur, q. s. f. qui procedit, vt amor procederet vt genitus: quod est contra illud Athanasij. Spiritus sanctus a patre & filio: non factus neq; creatus: nec genitus: sed procedens. ¶ Respondeo dicendum, quod processio amoris in diuinis non debet dici generatio. ¶ Ad cuius euidentiam sciendum est, quod haec est differentia inter intellectum & voluntatem, quod intellectus fit in actu, per hoc quod res intellecta est in intellectu secundum suam similitudinem. Voluntas autem fit in actu: non propter hoc quod aliqua similitudo voliti sit in voluntate: sed ex hoc, quod voluntas habet quandam inclinationem in rem volitam. Processio igitur quae attenditur secundum rationem intellectus est secundum rationem similitudinis: & in tantum

potest habere rationem generationis quia omne generans generat sibi simile. Processio autem quae attenditur secundum rationem voluntatis non consideratur secundum rationem similitudinis: sed magis secundum rationem impellentis & mouentis in aliquid: & ideo quod procedit in diuinis per modum amoris non procedit vt genitum: vel vt filius: sed magis procedit vt spiritus: quo nomine quaedam vitalis motio & impulsio designatur: put aliquis ex amore dicitur moueri vel impelli, ad aliquid faciendum. ¶ Ad primum ergo dicendum, q. quicquid est in diuinis est vñ cum diuina natura. Vnde ex parte huius vnitatis non potest accipi propria ratio huius processio: nis vel illius, secundum quam vna distinguatur ab alia, sed oportet q. propria ratio huius vel illius processio: nis accipiat secundum ordinem vnius processio: nis ad aliam: huiusmodi autem ordo attenditur secundum rationem voluntatis, & intellectus: vnde secundum horum propria rationem sortitur in diuinis nomen vtraque processio, quod imponitur ad propria rationem rei significandam, & inde est q. procedens per modum amoris & diuinam naturam accipit, & tñ non dicitur natum. ¶ Ad secundum dicendum quod similitudo aliter pertinet ad verbum & aliter ad amorem, nam ad verbum pertinet in quantum ipsum est quaedam similitudo rei intellectae, sicut genitum est

similitudo generantis, sed ad amorem pertinet, non quod ipse amor sit similitudo, sed in quantum similitudo est principium amandi. Vnde non sequitur quod amor sit genitus, sed quod genitum sit principium amoris.

¶ Ad tertium dicendum: quod deum non esse re non possumus nisi ex creaturis: ut dictum est supra, & quia in creaturis conuicatio naturae non est nisi per generationem, processio in diuinis non habet proprium vel speciale nomen nisi generationis. Vnde processio quae non est generatio remanet sine speciali nomine, sed potest nominari spiratio, quia est processio spiritus.

Commentarium.



Aboluit interrogationem. d. Th. conclusionem de fide tenendam. Processio spiritus sancti non est generatio, neque spiritus sanctus est filius, & assignat rationem, quoniam non procedit a patre & a filio secundum rationem similitudinis. In conclusione hac explicanda, & ratione illius non est cur immoremur, cum abunde satisfactum sit art. 2. quo loco veritas lucidissime apparebit: nec est aliquis scrupulus, qui denuo torqueat animum.

Interrogatio. Responsio.

¶ At dices, quid in causa est, ne haec quaestio habeat disputare, non ibi id quidem fieret, si disputatio illa intelligi sine hac aliquo pacto posset, sed ea plane quaestio quam diuus Th. art. illo. 2. disputat, ad vnguem intelligi non poterat sine hac, quam in praesenti articulo excitat, neque sine illa haec quae nunc in manibus est.

Ad secundum.

In responsione ad secundum docet. d. Th. quod similitudo pertinet ad amorem, tanquam principium illius, quoniam est amoris causa: sed similitudo pertinet ad verbum essentialiter, quando quidem ipsum verbum essentialiter

Ad tertium.

est similitudo rei intellectae. ¶ Ad tertium docet etiam, quod processio filii a patre, quia filius recipit naturam a patre, & ipse eam filio communicat, habet proprium & peculiare nomen, scilicet generationis, sumptum ex

creaturis, nam in creaturis communicatio naturae, dicitur proprie generatio: sed processio spiritus sancti non habet proprium nomen sumptum ex creaturis, quoniam similis processio non reperitur in creaturis, scilicet communicatio naturae per productionem, quae non est generatio: sed tamen nominatur spiratio, quia est spiritus sancti processio. Reliqua omnia quae in textu habentur, longiori expositione non indigent: quia copiose expedita sunt art. illo. 2. ibi leges.

Articulus quintus.

Utrum sint plures processionis in diuinis, quam duae.



Quintum sic proceditur. Videtur quod sint plures processionis in diuinis quam duae: sicut enim scientia & voluntas attribuitur deo: ita & potentia. Si igitur secundum intellectum & voluntatem accipiantur in deo duae processionis, videtur quod tertia sit accipienda secundum potentiam. ¶ Preterea bonitas maxime videtur esse principium processionis cum bonum dicatur diffusiuum sui esse, videtur igitur quod secundum bonitatem aliqua processio in diuinis accipi debeat. ¶ Preterea maior est fecunditatis virtus in Deo quam in nobis, sed in nobis non est tantum una processio verbi, sed multae, quia ex vno verbo in nobis procedit aliud verbum, & similiter ex vno amore alius amor, ergo & in Deo sunt plures processionis quam duae.

¶ Sed contra est, quod in deo non sunt nisi duo procedentes. scilicet filius & spiritus

ritus

ritus sanctus, ergo sunt ibi tantum duae processionis. Respondeo dicendum, quod processionis in diuinis accipi non possunt nisi secundum actiones, quae in agente manent, huiusmodi autem actiones natura intellectuali & diuina non sunt nisi duae. scilicet intelligere & velle. Nam sentire: quod etiam videtur esse operatio in sentiente est extra naturam intellectualem: neque totaliter est remotum a genere actionum, quae sunt ad extra: nam sentire perficitur, per actionem sensibilis in sensum: relinquitur igitur quod nulla alia processio, possit esse in Deo nisi verbi & amoris.

¶ Ad primum ergo dicendum: quod potentia est principium agendi in aliud. Vnde secundum potentiam accipitur actio ad extra: & sic secundum attributum potentiae non accipitur processio diuinae personae, sed solum processio creaturarum.

¶ Ad secundum dicendum: quod bonum sicut dicit Boetius in libro de hebdomadibus, pertinet ad essentiam, & non ad operationem: nisi forte sicut obiectum voluntatis. Vnde cum processionis diuinas secundum aliquas actiones necesse sit accipere, secundum bonitatem & huiusmodi alia attributa, non accipiuntur aliae processionis nisi verbi, & amoris: secundum quod deus suam essentiam veritatem & bonitatem intelligit & amat. ¶ Ad tertium dicendum: quod sicut supra habitum est, deus vno simplici actu omnia intelligit, & similiter omnia vult:

vnde in eo non potest esse processio verbi, ex verbo: neque amoris ex amore: sed est in eo solum vnum verbum perfectum, & vnus amor perfectus, & in hoc eius perfecta fecunditas manifestatur.

Commentarium.



Diuus Th. respondet quaestioni vnica propositione. In diuinis tantum sunt duae processionis.

Qua probat duabus rationibus. 1. Ratio. quarum prior est in argumento ad oppositum. In diuinis solum sunt duo procedentes, scilicet licet filius & spiritus sanctus, igitur solum sunt duae processionis. Secunda ratio quae in summa vtitur in corpore articuli, haec est: diuinarum personarum processionis tantum modo sunt actiones immanentes, quoniam deus per actiones transeuntes solummodo producit creaturas, at tantum in deo sunt duae actiones immanentes, scilicet intelligere & velle: ergo in diuinis tantum sunt duae processionis. Reliqua omnia quae in litera habentur perspicua sunt. ¶ Tertium argumentum est annotatione dignum, quod in hunc modum procedit. In nobis ex vno verbo producit aliud verbum, ut ex antecedente eo sequens: & ex vno amore, producit alius amor, ut ex amore filii, amor dignitatis quam ei exoptat: ergo in deo ex verbo diuino producit aliud verbum: & ex amore alius amor: ac perinde in eo sunt plura verba, & plures amores: & ex consequenti in deo sunt plures processionis, quam duae. ¶ Respondet negando.

Argum. explicatur.

Responsio.

consequentia, quandoquidem deus duntaxat habet vnum actum intelligendi, quo cuncta intelligit: & vnicum actum amandi, quo omnia vult: atque perinde in deo duntaxat est vnicum verbum, & vnicus amor. Quia vbi nequeunt esse plures actus intelligendi nequeunt etiam esse plura verba: & in re in qua non possunt esse plures actus amandi, non possunt esse plures amores. ¶ Nota, conclusionem. d. Tho. de fide tenendam: nam si essent processionis plures quam duae, essent etiam plures personae quatuor, ac subinde esset in deo quaternitas, quod est haereticum: & oppositum sanctum est capitulum d. ananias de summa trinitate. & fide catholici. Quod ostenditur in super ex illo. i. Ioan. 5. tres sunt qui testimonium dant in caelo, pater, verbum, & spiritus sanctus: & hi tres

vnum sunt. Hæc de litera diui Thomæ.

Disputatio vnica.

An verbum producat per actum intellectus, & spiritus sanctus per actum voluntatis.

VIUS questionis disputationem in huc locum distulimus, ac polliciti sumus in presentia disputate: vnde quando necessum fuit illius meminisse, ea præmissim tanquam notã, qm hic locus prior sedes est & germanior vbi disputari debeat. Ait em. d. Th. in corpore articuli, intelligere & velle sunt processiones diuinarum personarum per quas filius & spiritus sanctus procedunt. Hanc disputationem more solito in tres partes secabimus.

Prima disputationis pars.

Primum argumentum

Parre igitur negare plura suppetunt argumenta, quorum primum sit. Pater per actum intellectus producit filium: & per actum voluntatis; pater & filius producent spiritum sanctum: ergo actus intellectus & voluntatis, hoc est, intelligere & velle sunt productiones personarum: at productiones personarum sunt generatio & spiratio, ergo generatio & spiratio sunt actus notiales, qui tantum conueniunt patri & filio: generatio scilicet, patri spiratio, vtrique: intelligere autem & velle sunt actus essentialis, qui conueniunt omnibus tribus personis: patri, & filio, & spiritui sancto. Secundum; pater per actum intelligendi producit filium, at actus intelligendi est omnium personarum, ergo oes personæ producant filium: & ex consequenti filius producit se ipsum. Collectio autem probatur, quia si per aliquam actionem producat aliquas res, cuiusque tribuit illa actio, tribuitur etiam illius rei productio. Eodem argumento probare possumus, spiritum sanctum non produci per actum voluntatis: quia ille tribuitur omnibus personis diuinis. Tertium, productiones personarum distinguuntur realiter, sed intelligere & velle solum distinguuntur ratione, ergo

Secundum

Tertium

intelligere & velle non sunt productiones personarum. Quartus actus intellectus & actus voluntatis repugnant fecunditati, ergo per illos non producuntur personæ. Assumptum verò ostendimus, quia actus intellectus & voluntatis sunt actus immanentes, ex Arist. 2. metaph. tex. 16. & per actus immanentes nihil producat. Quintus, licet est argumentari ab humanis ad diuina, ex Pau. ad Rom. 1. Inuisibilia dei & c. at fecunditas non inest creaturis propter intellectum & voluntatem, sed per aliquid prius & communius: vt homo non generat per intellectum & voluntatem, sed per virtutem naturalem: & si ignis esset intellectualis, non produceret ignem per intellectum, sed per solam naturam suam: atque adeo sequitur patrem producere filium, ambos autem spiritum sanctum, natura sua, & non per actum intellectus neque voluntatis. Et tandem vltimo, pater per actum intelligendi producit filium, at ille est actus filij: ergo producit filium per actum filij. Et eodem argumento probatur quod pater & filius producant spiritum sanctum per actum spiritus sancti: quod nepe pugnare videtur. Quinque primis argumentis Durandi in 1. dist. 6. quæst. 2. impugnat. d. Tho. in hac parte, atque eius sententiam ait esse firmamentum, dum asserit filium produci per actum intellectus, & spiritum sanctum per actum voluntatis: atque intelligere & velle esse earum personarum productiones & processiones. Et nimirum eo loco. 4. asseriones affirmat, quarum prima est: quod seclusis à Deo intellectu & voluntate, eorum actionibus (si fieri possent) adhuc essent pater, filius, & spiritus sanctus: atque generatio filij, & spiratio spiritus sancti. Dicit secundum, quod deus non habet fecunditatem ad producendum personam diuinam, eod quod habeat intellectum & voluntatem: sed quia infinitus est. Ait 3. quod cum doctores asserunt, intelligere & velle esse productiones filij & spiritus sancti, & quod filius producat per actum intellectus, & spiritus sanctus per actum voluntatis: eorum verba sunt intelligenda secundum quandam accommodationem, seu adaptationem (vt verbo eius vtat) iuxta hunc sensum, quod quemadmodum actus intellectus præsupponitur ad actum voluntatis, ita quoque filij productio, ad spiritus sancti productionem

Quartum

Quintum

Vltimum

Durandi sententia

Prima assertio Durandi

Secunda

Tertia

nem. Demum. 4. asseuerat, quod filius & spiritus sanctus producantur per modum naturæ: quia necessariè producuntur. In primis hæc Durandi sententia pugnat cum sententia communi doctorum, & præsertim aduersatur manifestè Augustino pluribus locis, quæ nos citauimus in disputationibus articuli primi & secundi. Ait enim in libro de cognitione veræ vitæ cap. 14. Deus cum se ipsum cogitauit, simile sibi per omnia imaginè formauit. Et cap. 16. summus pater verbum suum, se ipsum cogitando, genuit. Omnitro innumera alia loca, quibus aperte contrariam tenuit sententiam. Sed rationibus aduersus Durandum agamus, quarum prima sit. Filius non producat per actum intellectus, ergo filius non est propriè verbum, quod est hæreticum: vt clarissimè probatum est art. 1. huius quæstionis, dispu. 6. quæst. 2. Collectio autem constat ex disputationibus supra articulum primum, vbi ostendimus esse de ratione verbi interni quod procedat per actum intellectus. Secundum, generatio viuèntium perfectior est generatione non viuèntium, ergo generatio viuèntium deo tribuèda est: at omnis viuèntium generatio est per actum vitalem, ergo dei generatio est per actum vitalem: nullus autem alius actus vitalis est in Deo, nisi actus intellectus & voluntatis, ergo filius generatur per actum intelligendi. Quod verò dei generatio sit actus vitalis, vel ex eo colligi potest, quod Petrus Christo seruatori nostro respondit Matth. 16. Tu es Christus filius Dei viui. Id est generatus à patre viuo, in quantum viuens est, & per actum vitalem: quorum enim addidit viui, nisi vt hoc insinuat: Item diuinæ personæ non producuntur per actiones transeuntes, ergo producuntur per actiones immanentes, quàm actus intelligendi & volendi, ergo per illas producuntur filius & spiritus sanctus. Ad hæc, iuxta sententiam Durandi, sicut filius producat per naturam, ita spiritus sanctus: ergo inter productionem filij & spiritus sancti nullus est ordo: atque adeo productio filij non præsupponitur ad productionem spiritus sancti, quod est erroneum. Tandem vltimo, spiritus sanctus ita producat per naturam à patre & filio, sicut verbum à patre: ergo ita est filius vtriusque, sicut verbum est filius patris. Sanè si Durandi sententia vera esset, vix & agrè possemus assignare rationem, quare

Quarta

Sententia Durandi contraria est communi doctorum

Augustinus

Rationibus improbat

Secunda assertio

Tertia

Quarta

Quinta

spiritus sanctus non sit filius, & verbum filius sit. Fatemur planè iuxta Durandi fundamenta, posse quidem nos aliquibus argumentis, quæ propòsita sunt, aliquo modo respondere: vel saltem confingere solutionem. Verum existimamus hominis sententiã falsam esse, periculosam, & temerariam: si quidem aduersatur communi doctorum & sanctorum sententiæ: & aimus illam temerariam, ne dicamus erroneam.

Durandi sententia periculosa

Secunda disputationis pars.



Onstituimus igitur conclusionem diuini fidei maxime consonam. Tho. veram, & fidei maxime consonam. patrem producere filium per actum intellectus, & ambos spiritum sanctum per actum voluntatis. atque intelligere & velle esse filij & spiritus sancti productiones. Quam probamus eisdem argumentis, quibus Durandum impugnauimus: & potissimum primo argumento: quoniam aliàs sequeretur, filium Deum esse propriè verbum: & auctoritate doctorum & sanctorum: pro cuius maiori explicatione annotanda sunt aliqua. Primum, duplex esse principium, vt habet scholasticorum doctrina, quod & quo (vt eorum verbis vtat) principium quod est suppositum quod agit, & cui propriè tribuitur actio: quoniam actiones sunt suppositorum, vt sumitur ex Aristotele primo libro de anima text. 64. principium quo, est per quod fit actio, & cui propriè non tribuitur. Vt cum faber lignarius serra scindit lignum, principium quod scissionis ligni, est faber: quo, est serra: atque iste propriè dicitur scerre lignum, serra verò non. Et datur ali-quod principium quo in rebus naturalibus, cui neque propriè neque impropriè tribuitur actio quædam, quæ tamen tribuitur principio quod: nam dentibus comedimus, dentes verò nullo modo comedunt. Et cum quis infert iniuriam alteri, cum arundine percutiendo: homo facit iniuriam, & nullo modo arundo. Vnde est, vt de ratione principij quo non sit, quod ei aliquo pacto tribuatur actio.

Conclusio Tho. veram, & fidei maxime consonam

Animotatio

¶ Ad rem ergo de qua loquimur redeam⁹, & asserimus q̄ pater est principiu quod generationis filii, & generat atq; producit filiu: intellectus verd est principium quo, & non generat, neq; producit filiu: pater autē & filius sunt vnum principiu quod productionis spiritus sancti: voluntas, quo: sed pater & filius spirant & producut spiritū sanctum, voluntas tamen minime spiritū sanctū producit. ¶ Insuper aduertendum est, quod filius & spiritus sanctus producutur per essentiam, tanquam per principiu quo: at intellectus & essentia nō sunt plura principia quo, generationis filii, sed vnū idēq; principium: quoniam ipsa essentia est intellectus, & vice versa: & consimili modo dicendum est, q̄ essentia diuina & voluntas sunt vnū principium quo producendi spiritum sanctū. Ceterum de fide tenendum est, quod essentia neq; producit, neq; generat, aut spirat, vt inferius demonstrabitur.

¶ Ex quibus colligitur, primū quod principia quo, producendi personas sunt absoluta, scilicet essentia, intellectus, & voluntas.

¶ Colligitur. 2. principium quo, producendi filium, esse idem re cum filio, ipsam scilicet diuinam essentiam: & principiu quo, producendi spiritum sanctum, esse quoq; idem cum spiritu sancto. Neq; incredibile existimes illatum, quoniam hoc in creaturis reperies: mobile siquidē est motus principium, & est idem cum motu secundum rem, et si ratione differant. Licebit legere commentariū articuli. 5. quaest. 41. vbi haec quaedam de principio quo, clariora redduntur.

¶ Tertio obseruandum est, quod quāuis intellectus sit principium quo, producendi filium, intelligere tamen non est principium quo, producendi filium, sed ipsa filii productio. Voluntas itidem est principium quo, producendi spiritum sanctum, velle autem non est principiu quo, sed ipsa productio. Quod manifestē docet. d. Th. in praesenti articulo, cum ait, q̄ diuinæ actiones sunt intelligere & velle. ¶ Demū vltimū sciendum est, q̄ pater producit filium per actum filii, sed non vt est actus filii: nā producit filium per actum intelligendi, qui est actus filii: sed quaten⁹ ille act⁹ est dicere, nō aut quaten⁹ est intelligere. Intelligere verd, vt est dicere, nō est act⁹ filii sed patris. Et hac annotationē nos docuim⁹ art. 1. hui⁹ quaest. disp. 6. concl. 4. proprietate. 3. & idē asserendū est de patre & filio, q̄ producut spiritū

Secunda

Corollarium primum.

2. Corollarium vnum.

Annotatione 3.

Annotatione 4.

sanctum per actū spiritus sancti, sed nō vt est actus spiritus sancti: siquidē producut cum per actū volūtatis, quatenus ille actus est spiratio, q̄ hac rōne solū est actus patris & filii. Quod magis in tertia disputationis parte explicabitur. Per hac annotationē satis patet solutio ad vltimū argumentū, qd̄ in fauorē partis negantis fecimus: reliquū est vt ad alia Durandi argumenta respondeamus.

Tertia disputationis pars.

PRimo argumēto aliq̄ respōdet, q̄ intelligere bifariā capitur: essentialiter, & notionaliter (vt eorū terminis vtat) intelligere essentialiter, est cognoscere rē, & isto modo cōuenit oib⁹ tribus psonis, & p huiusmodi actū intelligēdi nō pducitur fili⁹: intelligere tū notionaliter, est pducere verbū: qua significatione acceptū, duntaxat cōpetit patri: & p id pducitur verbū. Cōsimilē distinctionem faciūt de hoc qd̄ est velle seu diligere, quod etiā bipertitū sumitur, notionaliter & essentialiter: essentialiter, est amare, qua rōne cōuenit oibus trib⁹ psonis, & p huiusmodi actū nō pducitur spūs sanctus: diligere aut notionaliter, est pducere amorē: & ita solū cōuenit patri & filio, & nō spūi sc̄to. ¶ Hac supposita diuisione respōdet, q̄ intelligere, & velle notionaliter, sunt gnatio & spiratio atq; psonarū pductiones nō verd intelligere & diligere seu velle essentialiter sumpta. Et hec vt esse respōsio s. Th. in. 1. sent. dist. 32. quaest. 1. & Scoti. 1. sent. dist. 2. quaest. 7.

¶ Verū hec respōsio nō placet quibūdā Thomistis, neq; oino mihi: quia s. Th. inferius quaest. 37. art. 1. inquit q̄ in diuinis intelligere, solū essentialiter sumitur. Insuper, qm̄ cōfin git in deo quatuor actiōes immanētes: scilicet intelligere notionaliter & essentialiter; & diligere notionaliter atq; essentialiter: cui⁹ oppositū nos pbauimus aduersus Scotū art. 1. disput. 4. in. 1. parte, videlicet in deo duntaxat esse duas actiōes immanētes: & intelligere & dicere nō esse duos act⁹ secūdos, sed vnū. Et hoc aptē innuit d. Th. articulo praesenti, cum inquit: pcessiones in diuinis accipi non possūt, nisi secundū actiones quae in agēte manēt. & nō sunt nisi duae, scilicet intelligere & velle. ¶ Alii verd dicunt, actū intelligēdi & volēdi nō esse diuinarū psonarū productiones, sed principia quo, earū: ita vt pater per actum intelligēdi, tanquam per principium quo, producat filium

2. Responso.

Responso.

2. Responso.

lium: & per actum amandi, pater & filius spiritum sanctum. ¶ Sed neque istorum responsio probatur, quia etiam ponit productionem filii, actionem distinctam ab actu intelligendi: & spirationem distinctam ab actu voluntatis. Et oppositum huius sententiae palam docet. d. Thom. in articulo praesenti, videlicet quod intelligere & velle sunt pductiones personarum. ¶ Nam verd reiectis his solutionibus, aliter respōdem⁹, q̄ verbum producutur per actum intelligēdi, quatenus est dicere, non autē qua est intelligere: actus verd intelligendi, vt est dicere, solū tribuitur patri, & est actus patris, qui tantummodo ratione distinguitur ab eodem actu intelligendi, vt intellectio est: dicere namque importat respectum ad verbum, intelligere, duntaxat ad res cognitās. Quae omnia perspicue intelliges, si legas ea quae de hac re scripsimus art. 1. huius quaestionis disput. 3. & 5. in prima eius parte assertione. 3. in annotationibus ei adiectis, & disput. 6. loco allegato in. 2. huius disput. parte prope finem: ob id enim locis illis longam fecimus disputationem, vt lucem huic difficultati afferrem⁹. Simili modo dicendum est, quod pater & filius producut spiritum sanctum per actum voluntatis, vt ille est spirare, & non vt est diligere & velle: qui quidem actus hac ratione tantū conuenit patri & filio: & est eorū actus, & non spiritus sancti. ¶ Ex his manifestissimē se of fensissimū fert responsio ad argumentationem, videlicet quod generatio & spiratio nō sunt intelligere & velle absolute, sed qua intelligere & velle sunt dicere & spirare: quomodo non sunt actus essentialiter, sed notionaliter. Et quidem assero isthec intelligi minime posse, nisi loca illa allegata recolantur. ¶ Vel respondemus, quod verbum producutur per actum intelligendi, vt est in patre, & non vt est in filio, nec spiritu sancto: & quod intelligere, vt est in patre, est personae productio & dicere: non vt est in filio, & spiritu sancto. Sicut si idem numero calor esset in foemina & in viro: in foemina produceret lac, & non in viro. Et simili modo dicendum est, quod velle vt est in patre, & in filio, & non vt est in spiritu sancto, est spiratio: & hac ratione velle & intelligere, non sunt actus essentialiter communes omnibus tribus personis. Et per hac facile iterum diluitur argumentum.

Ad secundum ¶ Ad secundum respondent aliqui negant

do consequentiam, & ad eius probationē negant principium cui innititur, videlicet quod si per aliquam actionem producutur aliqua res, cuiusque tribuitur illa actio, tribuitur etiam eius rei productio. Quod quidem principium aliquibus exemplis in firmare solent. ¶ In primis quoniam actio qua humanitas fuit verbo vnita, erat omnium personarum, omnes enim tres personae vnierunt humanitatem verbo: tamen incarnatio facta per illam actionem, solū competit verbo: duntaxat enim verbum caro factum est. ¶ Profectō si animū aduertamus, hoc exemplo, Durandi principium non retunditur: etenim sicut omnes tres personae per vnica suam actionem faciunt incarnationem, ita illius incarnationis productio (vt ita loquar) cuius earum tribuitur, & si non incarnatio: ac proinde Durandi axiomā manet verum. ¶ Conaatur in super alio exemplo id ipsum euertere, aiunt quidem quod si duo homines induant vestem alterum alium hominem, & ipse simul induat se, illi actui conferens suam operā, tunc actio induendi conuenit illis tribus: sed illius actiōis terminus, qui est esse indutum vel vestitum, duntaxat competit ei, qui veste protegitur. ¶ Neque etiam hoc exemplo praefata Durandi propositio infirmatur, quandoquidem per illam trium hominum actionē, efficitur illa res quae est praedicatum, de praedicamento habitus, quod est vestitum esse: & quemadmodum illa actio conuenit illis tribus, sic quoque illius rei productio. ¶ Contendunt in super commentum euertere, quae forsan ad rem non faciunt, & facile impugnari possunt. ¶ Ommissa igitur praefata solutione, respōdemus iuxta doctrinam proximē adductam in responsione ad primum, respondemus in qua informa. Cum argumentaris, pater producit filium per actum intellectus: distingo, vel quatenus ille actus intellectus est intelligere, & iuxta hunc sensum negamus: vel qua ratione ille actus intelligendi est dicere, & isto modo concedimus: sed negamus quod ille actus intelligendi, vt est dicere, sit omnium personarum: sed tantummodo patri tribuitur. ¶ Ad tertium respōdem⁹, primū negando consequentiam: si enim argumentum alicuius ponderis esset, cōsimiliter probarem⁹ patrem & filium non esse in tel.

¶ dum r. ref. ponsio.

¶ Veritate p̄s. so.

¶ Prima ref. ponsio ad tertium.

tellectum diuinum, & voluntatem diuinam: quod est haereticum. Illatum autem ad eundem modum ostendimus: pater & filius distinguuntur realiter, intellectus diuinus & voluntas diuina sãntum ratione, ergo pater & filius non sunt intellectus diuinus & voluntas diuina.

Secunda res posita.

Secundo respondemus negando maiorem, nam vt ostensum est articulo. 3. huius quaestionis, personarum productiones actiuae, scilicet generatio & spiratio non distinguuntur realiter, quoniam reperiuntur in eadem patris persona: quoniam processiones & personarum productiones passiuæ realiter distinguuntur.

Tertia res posita.

Tertio respondemus iuxta ea quae diximus, quod personarum productiones non sunt intelligere & velle absolute: sed sũnt intelligere et velle, quatenus intelligere est dicere, & velle est spirare.

Ad argumentum quartum.

Ad quartum, negamus assumptum, scilicet actus intellectus & voluntatis repugnant fecunditati: & cum id probas, quia sunt actus immanentes per quos nihil producitur, id negamus. Est enim quod per actus immanentes, vt immanentes sunt, nihil producitur, vt diximus articulo. 4. in. 3. eius parte, in responsione ad primum & secundum: tñ plures sũnt actus immanentes, per quos aliquid producitur, vt ibi dicitur.

Ad quintum.

Ad quintum, dũ asseris quod licet est argumẽtari ab humanis ad diuinam, id sane fateor, cum oppositũ nõ cõstat ratione aut autoritate: verũ in re de qua praesens sermo est, contrarium constat & rationibus, & autoritatibus, videlicet verbum diuinum produci per actum intellectus: rationibus quidem, omnibus quas aduersus Durandum struximus, & nostram sententiam confirmauimus: autoritatibus vero, quia pluribus sacri eloquii testimoniis probatum est, articulo. 1. disputatione. 6: filius Dei esse verbum: & si non produceretur per actum intellectus, verbum non esset: vt ostendimus in prima ratione contra Durandum.

Ad sextum.

Et ad maiorem huius solutionis claritatem obseruandum est, latissimum discrimen reperi in fecunditate dei, & creaturarum: fecunditas namque cõuenit creaturis per actiones transeuntes, Deo autem solummodo per actiones immanentes: at eũm sũnt in Deo duæ actiones immanentes & non plures, scilicet actus intellectus & voluntatis, consequens est vt ei solũ per huiusmodi actus cõueniat fecunditas.

Ad septimum.

¶ Nam autem quoniam ostensum est diuinũ verbum produci per actum intelligendi, merito existit dubitatio aliam producat per actum intelligendi creaturas, atque earum cognitionem.

¶ Cui planè difficultati satisfacimus vnica assertione, verbum videlicet produci per cognitionem creaturarum: vt satis aperte insinuat. d. Th. quaest. 3. 4. articulo. 1. praesertim ad tertium vbi sic habet: pater enim intelligit de se, & filium, & spiritum sanctũ, & omnia alia, quae eius scientia continentur, conceipit verbum: vt sic tota trinitas verbo dicatur, & etiam omnis creatura. Hæc sanctus Th. Et idem innuit articulo. 3. eiusdem quaestionis.

¶ Hanc autem assertionem probamus. Verbum diuinum generatur per cognitionem Dei perfectissimam, qua comprehendit se: at Deus nequit se perfectissimè cognoscere, quin cognoscat creaturas in se ipso: ergo verbum diuinum producit per cognitionem creaturarum.

¶ Minorem autem ostendimus, quandoquidem diuina essentia continet in se ideas creaturarum, ac perinde Deus, nequit se perfectè cognoscere diuinam essentiam, quin cognoscat creaturarum ideas: sed cognitio illis, necessariò cognoscuntur creaturae: ergo non potest perfectè se cognoscere, quin cognoscat omnes creaturas.

¶ Rursum eadem minor fuleitur, siquidem Deus non potest perfectè se cognoscere, quin cognoscat omnes in simul suas perfectiones: at vna earum est, posse condere creaturas: ergo cognoscendo se perfectè, necessariò cognoscit creaturas.

¶ Itaque summa probationis hæc est, quod diuinum verbum producit per Dei notitiam perfectam, & ea necessariò est cognitio creaturarum, quia nequit deus se perfectè cognoscere, sine eo quod vnà cognoscat creaturas: & ex consequenti verbum diuinum producit per cognitionem creaturarum.

¶ Contrariam sententiam tueri Scotus in. 1. dist. 32. quaest. 1. & in. 2. dist. 1. quaestio. 1. articulo. 2. & in quodlibet. 4. articulo. 2. vbi asserit, verbum diuinum solum produci per cognitionem diuinæ essentiae. Fundamentum autem eui innititur, est: quoniam (vt dicit in. 1. dist. 37. quaest. vñica) Deus prius cognoscit suam essentiam, & ex ea cognitione producit verbum: secundò cognoscit creaturas, & ab aeterno eas producit in esse cognito.

¶ Quo fit, vt iuxta eius mentem, productio verbi praesupponatur ad cognitionem creaturarum, ac proinde verbum nõ producit ex earum cogni-

Dubium. Cate. agit de hac q. 1. p. 4. 34. assertio dubio respõdens.

Probat. Summa probationis. Scoti opinio.

cognitione. At enim eo loco. Deus in primo instanti intelligit essentiam suam sub ratione merè absoluta: & in secundo instanti producit lapidem in esse intelligibili, & intelligit lapidem. Hæc Scotus, qui, & illius imitatores argumẽtantur aduersum d. Th. sententiam, suam confirmantes: quorũ argumentis in praesentiarum satisfaciendum est.

Primum argumentum Scoti.

¶ Sit itaq; primum: sicut verbum producit per actũ intelligendi, sic spiritus sanctus per actũ amandi: sed spiritus sanctus nõ producit per amorem creaturarũ (vt ostendim) ergo neq; filius per cognitionem earũ. Minore autẽ corroboramus, qm̃ spiritus sanctus necessariò producit a patre & filio, & nõ necessariò amat creaturas: consequens igitur est, eũ non produci per amorem earũ.

Responsio.

¶ Respondemus negando collectionem, & ratio discriminis est, qd verbum producit per actũ dei intelligendi perfectũ, & nõ potest perfectè cognoscere deũ, quin cognoscat creaturas, vt demõstrauimus: at spũs sanctus producit per amorem, & potest perfectè se amare deũ, sine eo quod amet creaturas. Et enim amare est velle bonum alicui, & potuit Deus ab aeterno nullũ bonũ velle creaturis, vt si ab aeterno destinasset eas non creare.

Ad arg.

¶ Secundo, verbum producit per cognitionem creaturarum, ergo prius sunt creaturae in esse cognito quàm verbum producat: & ex consequenti creaturae in esse cognito producant verbum: quod nõ solum falsum, verũ etiam haereticum est: fateri: quandoquidem ipse creaturae per verbum producantur. Ioan. 1. omnia per ipsum facta sunt.

Responsio.

¶ Respondemus, Scotũ inniti quidem falso: cuiusdam fundamento, quod ipse confingit, videlicet quod deus ab aeterno produxit creaturas in esse cognito: imò vero deus ab aeterno non magis produxit creaturas, quàm Chimæram. Porro hoc ipsum argumentum ampliores vires sumet, si in aliam formam reducat, in hanc scilicet.

Verbum producit per cognitionem creaturarum, ergo cognitio creaturarum praesupponitur ad verbum: igitur creaturae cognitae praesupponuntur ad productionem verbi: at creaturae cognitae non sunt deus, vt Antichristus cognitus non est deus, ergo aliquid quod non est deus praesupponitur ad productionem verbi diuini: quod est blasphemum concedere. Sed respondemus negando hanc secundam collectionem, scilicet cognitio creaturarum praesupponitur ad verbum, ergo creaturae cognitae praesupponuntur ad verbum: sed colligendũ erat, ergo cognosci creaturas praesupponitur & praetelligitur ad verbum, & illius productionem.

¶ Tertio, si pater non cognosceret creaturas, etiam tunc produceret verbum: ergo modo non producit verbum per cognitionem creaturarum.

¶ Respondemus negantes consequitionem, quia dato impossibile, ex conditione nõ remouetur necessarium. Rursum posset aliquis respondere, quod si dato impossibili deus cognosceret se, & non creaturas, per eam cognitionem non generaret verbum: quandoquidem ea notitia non esset perfecta, & verbum tantummodo producit per dei notitiam perfectam.

¶ Demum vltimò excogitant argumentum, filius generatur per cognitionem dei perfectam, sed cognitio dei perfecta est cognitio ipsius verbi, ergo verbum generatur ex cognitione verbi: igitur ex se ipso.

¶ Hæc proximã collectionem negamus, quia verbum & sua cognitio ratione distinguuntur: cetera omnia, quae in argumento sumuntur, concedimus. ¶ Si ea quae haecenus differimus in quaestione. 27. ad vnguem intellexisti candidelictor, quamprimum perlegero quaestiones. 34. & 35. quoniam ex his quae diximus satis clara relinquantur, quae uis intellectu difficilima sint: quamobrem nullum ibi adiciemus commentarium. Et hæc de quaest. 27. dicta sufficiant.

3. argumentum. Solutio.

3. argumentum.

Vltimũ argumentũ.

Responsio.

Per ea quae dicta sunt clara relinquantur quae uis intellectu difficilima sint.

Quaest.

QVÆSTIO. XXVIII.

De relationibus diuinis.



De diuinarum personarum productionibus. d. Thom. hucusque disputauit, modo optima ratione quæstio vigesima octaua consequitur, ubi de relationibus diuinis, quæ ex illis productionibus insurgunt, habendus est sermo: in qua quidem quæstione scholasticorum terminis utemur; qui relationes rei reales appellant, & quod re ipsa distinguitur, realiter distingui dicunt: & quæ cum altero conferuntur, seu relata, relationes vocant.



Deinde considerandum est de relationibus diuinis. Et circa hoc queruntur quatuor. Primo vtrum in deo sint aliquæ relationes reales. Secundo, vtrum illæ relationes sint ipsa essentia diuina: vel sint extrinsecus affixæ. Tertio, vtrum possint esse in Deo plures relationes realiter distinctæ ab inuicem. Quarto, de numero harum relationum.

Articulus primus.

Vtrum in Deo sint aliquæ relationes reales.



Ad primum sic proceditur. Videtur quod in Deo non sint aliquæ relationes reales: dicit enim Boe. in libro de tri. quod cum quis prædicamenta in diuinam vertit præ-

dicacionem, cuncta mutantur in substantiam quæ prædicari possunt: ad aliquid vero omnino non potest prædicari. sed quicquid est realiter in deo de ipso prædicari potest, ergo relatio non est realiter in Deo. Præterea dicit Boe. in eodẽ libro quod similis est relatio in trinitate patris ad filium, & vtriusque ad spiritum sanctum, ut eius quod est idem ad id quod est idem: sed huiusmodi relatio est rationis tantum: quia omnis relatio realis exigit duo extrema realiter: ergo relationes quæ ponuntur in diuinis non sunt reales relationes sed rationis tantum.

Præterea relatio paternitatis est relatio principij: sed cum dicitur deus esse principium creaturarum, non importatur aliqua relatio realis sed rationis tantum: ergo nec paternitas in diuinis est relatio realis: & eadem ratione nec aliæ relationes quæ ponuntur ibi. Præterea generatio in diuinis est secundum intelli-

intelligibilis: verbi processione: sed relationes quæ consequuntur operatione intellectus sunt relationes rationis, ergo paternitas & filiatio quæ dicuntur in diuinis secundum generationem, sunt relationes rationis tantum.

Sed contra est: quod pater non dicitur nisi paternitate: & filius filiatione. Si igitur paternitas & filiatio non sunt in deo realiter, sequitur quod deus non sit realiter pater aut filius: sed secundum rationem intelligentie tantum: quod est heresis Sabelliana.

Respondens dicens: quod relationes quædam sunt in diuinis realiter. Ad cuius quidentiam considerandum est: quod solum in his quæ dicuntur ad aliquid inueniuntur aliqua secundum rationem tantum, & non secundum rem: quod non est in alijs generibus: quia alia genera ut quantitas & qualitas secundum propriam rationem significant aliquid alicui inherens. Ea vero quæ dicuntur ad aliquid significant secundum propriam rationem solum respectum ad aliud: qui quidem respectus aliquando est in ipsa natura rerum: utpote quando aliquæ res secundum suam naturam ad inuicem ordinate sunt & inuicem inclinationem habent: & huiusmodi relationes oportet esse reales: sicut in corpore graui est inclinatio & ordo ad locum medium. unde respectus quidam est in ipso graui respectu loci medij: & similiter est de alijs huiusmodi. aliquando vero

respectus significatus per ea quæ dicuntur ad aliquid est tantum in ipsa apprehensione rationis conferentis unum alteri: & tunc est relatio rationis tantum: sicut cum comparat ratio hominem animalium: ut specie ad genus. cum autem aliquid procedit a principio eiusdem nature: necesse est quod ambo, scilicet procedens & id a quo procedit in eodem ordine conueniant: & sic oportet quod habeat reales respectus ad inuicem. Cum igitur processiones in diuinis sint in identitate nature: ut ostensum est: necesse est quod relationes quæ secundum processiones diuinas accipiuntur, sint relationes reales.

Ad primum ergo dicendum: quod ad aliquid dicitur omnino non prædicari in deo secundum propriam rationem eius quod dicitur ad aliquid, in quantum propria ratio eius quod ad aliquid dicitur, non accipitur per comparationem ad illud cui inest relatio: sed per respectum ad alterum: non autem per hoc excludere voluit, quod relatio non esset in deo: sed quod non prædicaretur per modum inherens, secundum propriam relationis rationem sed magis per modum ad aliud se habentis. Ad secundum dicendum: quod relatio quæ importatur per hoc nomen idem, est relatio rationis tantum si accipitur simpliciter: idem quia huiusmodi relatio non potest consistere nisi in quodam ordine quæ ratio ad inuenit alicuius ad seipsum secundum aliquas eius duas considerationes: secus autem est cum dicuntur aliqua eadem esse: non in numero

numero sed in natura generis siue speciei. Boe. igitur, relationes quae sunt in diuinis assimilantur relationi identitatis: non quantum ad omnia: sed quantum ad hoc solum quod per huiusmodi relationes non diuersificatur substantia: sicut nec per relationem identitatis. ¶ Ad tertium dicendum: quod cum creatura procedat a deo in diuersitate naturae: deus est extra ordinem totius creaturae: nec ex eius natura est eius habitudo ad creaturas. Non enim producit creaturas ex necessitate suae naturae: sed per intellectum & per voluntatem: ut supra dictum est: & ideo in deo non est realis relatio ad creaturas: sed in creaturis est realis relatio ad Deum: quia creaturae continentur sub ordine diuino: & in earum natura est quod dependeat a deo: sed processiones diuinae sunt in eadem natura: unde non est similis ratio. ¶ Ad quartum dicendum: quod relationes quae consequuntur solam operationem intellectus in ipsis rebus intellectis sunt relationes rationis tantum: quia scilicet eas ratio aduenit inter duas res intellectas: sed relationes quae consequuntur operationem intellectus, quae sunt inter verbum intellectuale procedens, & illud a quo procedit, non sunt relationes rationis tantum, sed rei: quia & ipse intellectus & ratio est quaedam res: & comparatur realiter ad id quod

procedit intelligibiliter: sicut res corporalis ad id quod procedit corporaliter: & sic paternitas et filiatio sunt relationes reales in diuinis.

Commentarium.



Nimirum intelligentia huius articuli partim pendet ex his quae diximus quae. 13. artic. 7. ¶ Constat ergo huiusmodi conclusionem. d. Thom. In deo sunt relationes reales. Haec conclusio iuxta catholicam fidem asserenda est: quod sic ostendimus. In diuinis sunt tres personae realiter distinctae: sed distinguuntur per relationes, ergo illae relationes sunt reales. Conclusio quidem est euidens, nam si illae relationes essent rationis, per eas personae non distinguerentur realiter. Maior itidem & minor sunt de fide, ergo conclusio est de fide. Maiorem vero esse de fide, probatur ex illo. i. Ioan. 5. tres sunt qui testimonium dant in caelo, pater, verbum, & spiritus sanctus. Et ex eo quod habetur in simbolo Athanasij: fides autem catholica haec est, ut unum deum in trinitate, & trinitatem in unitate veneremus: alia est enim persona patris, alia filij, alia spiritus sancti. Quod autem minor sit de fide, ostenditur capitulo firmiter, de summa trinitate & fide catholica, cuius verba sunt. Haec sancta trinitas secundum communem esse suam, indiuidua: & secundum personales proprietates discreta. Vbi nomine proprietatis personalis, intelligitur relatio. Huc facit quod habetur in concilio Toletano. 11. can. 1. In rebus vero personarum nominibus, pater ad filium, filius ad patrem, spiritus sanctus ad utrosque refertur: quae cum relatiue tres personae dicantur, vna tantum naturalis substantia creditur. Praefatam conclusionem sanctus Thom. declarat, ut solet, duabus rationibus: quarum prima videtur in argumento ad oppositum, quae in hunc modum procedit. ¶ Deus est realiter pater & filius, & est pater à paternitate, & filius à filiatione: ergo paternitas & filiatio in deo sunt

Fidei conclusio.

Probatio.

Concilium Toletanum.

Prima. S. Th. ratio.

sunt relationes reales. Consequentia plane constat, quia si essent rationis, Deus duntaxat esset pater & filius secundum rationem, & non re ipsa: quod est haeresis Sabelliana: ¶ Aduersus hanc d. Thom. rationem posset aliquis obicere. Deus realiter est dominus creaturarum, & non per relationem realem quae sit in ipso (ut asserit sanctus Thom. ad 3.) sed rationis: relatio namque omnis quae est in deo ad creaturas, rationis est, & non realis, ut in praecedentibus ostensum est, in commentario artic. 7. quae. 13. quod habetur. 1. libr. opusc. quae. 18. ergo huiusmodi collectio, Deus realiter est pater à paternitate, ergo paternitas est relatio realis: nullam vim habet. ¶ Respondemus, quod dicitur. Deus est realiter dominus creaturarum, ita etiam denominatur dominus à relatione reali, quae est in ipsa creatura, non tamen in ipso deo: de quibus aliis abunde nobis dictum est. quae. 18. opusc. Ad maiorem explicationem conclusionis, in corpore articuli nonnulla asserit de relatione reali & rationis: ex quibus colligitur aliam rationem, qua probat eandem conclusionem: ¶ Primum nempe est, quod de ea quae dicuntur ad aliquid, hoc est, relatiua, secundum naturam suam significant respectum ad aliud: ut pater ad filium, & vice versa filius ad patrem. Hic autem respectus duplex est, quidam realis, & est respectus, qui est in ipsa rerum natura, seclusa operatione intellectus: ut respectus lapidis ad medium mundi, ad quod naturam suam propensionem habet: & quilibet etiam respectus, qui est inter res secundum naturam suam ad inuicem ordinatas, ut sunt causa & effectus, pater & filius, graue & centrum: quod admodum enim graue inclinationem habet ad centrum: sic quoque centrum ipsum à natura ordinatum est ad conseruationem grauium. Alius est respectus rationis, & est ille qui non est in ipsa rerum natura, sed habet esse duntaxat per operationem intellectus: ut secunda intentio generis, quae est in ipsa apprehensione rationis conferentis vnum alteri: scilicet genus suis speciebus, & animal homini: quod deinceps fusiùs explicabimus hoc eodem articulo. ¶ Aduertendum secundum, quod procedens ab aliquo principio, necessarium refertur ad ipsum relatione reali, quoniam ipsa producit ab illo, & secundum naturam suam habet habitudinem ad illud. Sed non necessum est, ut principium referatur

Obiectio.

Solutio.

Prima annotatio.

Duplex relatio. Relatio realis definitio.

Definitio relatio rationis.

Secunda annotatio.

relatione reali ad illud quod ab eo procedit: nam scientia procedit à scibili, & quantum ea relatione reali refertur ad ipsum, quod quidem est eius realis effectus, veruntamen scibile duntaxat refertur ad scientiam relatione rationis: & creatura procedit à deo, & esto refertur ad ipsum relatione reali, quae appellatur ab scholasticis dependentia creaturae ad deum, verum deus solum refertur ad creaturam relatione rationis, ut docet sanctus Thom. ad tertium. Hoc autem contingit, cum principium, & ab ipso procedens non sunt eiusdem naturae neque ordinis: ut deus & creatura: scientia & scibile: at cum ea sunt eiusdem naturae & ordinis, necessario habent relationes reales, quibus ad inuicem referuntur: ut pater & filius. ¶ Iam verò ex praemisistis. d. Thom. colligitur argumentum aliud, quo probat praefatam conclusionem, cuius summa haec est: relationes quae sunt inter res eiusdem naturae, quarum vna ab alia procedit, non sunt rationis, sed reales, ut ex praemisistis notum est: at diuinae relationes, ut paternitas & filiatio, sunt inter personas eiusdem numero naturae (hoc est patrem aeternum, & filium eius benedictum Christum seruatores nostrum) quarum vna ab alia procedit, scilicet filius à patre: ergo sunt reales, & non rationis. Reliquum est ut ad maiorem intelligentiam contextus diuini Thom. argumentum aduersus nonnulla, quae in praesenti articulo asserit. ¶ Initio argumentamur in hunc modum. Distinctio qua lapis ab equo secernitur, est relatio realis, & tamen non est inter res quae natura sua sunt inuicem ordinatae: perperam ergo definit diuus Thom. relationem realem, cum ait quod, ea est, quae inuenitur inter res ad inuicem ordinatas, & quae ad inuicem inclinationem habent. ¶ Secundum dicitur, cum anima vnicam habet notitiam lapidis, & nullam format propositionem, neque aliquam facit comparisonem: in ipso lapide cognito est relatio rationis, ut aperte constat ex his quae sanctus Thom. dicit ad quartum: veruntamen illa relatio non est in apprehensione rationis conferentis vnum ad alterum: male ergo definit diuus Thom. relationem rationis, cum affirmat eam esse, quae est in apprehensione rationis conferentis vnum alteri. ¶ Et idem potest probari, cum anima nullam rem confert alteri, sed duntaxat habet in se istas duas notitias, homo & animal: tunc temporis

Secunda ratio S. Th.

Prima annotatio.

Secundum argumentum.

Confirmatur.

F inter

inter hominem & animal, vt sunt cognita per diuersas notitias, est distinctio & relatio rationis: non tamen ea est in apprehensione rationis conferentis vnum alteri, vt patet ex hypothesi. ¶ Tertio, genus & species secundum naturam suam habent ordinem inter se, vt constat ex generis definitione, quod praedicatur de pluribus differentibus specie: ergo inter ea est relatio realis, & non rationis tantum, vt asserit diuus Thom. Consequentia liquet ex verbis eiusdem diui Thom. in praesenti articulo, cum asseruerat eam relationem esse realem, quae est rerum natura sua habentium ordinem ad inuicem. ¶ Quod vero melius dissoluimus argumenta, obseruare oportet primum, nos assignasse definitiones relationum rei & rationis, quas ex verbis diui Thom. industria colligere potuimus paucis adiectis, aduersus quas argumenta praefata non militant: ad diuus Thom. id non intendebat, videlicet definire relationem realem & rationis, sed tantummodo eas exemplis declarare, vt mos est Aristoteli vstratissimus, qui plerumque non definitionibus, sed exemplis res illustrat. voluit nempe diuus Thom. docere duplicem esse relationem, alteram realem, vt est ea quae inuenitur inter res natura sua sibi inuicem ordinatas: alteram rationis, vt secunda intentio generis, quae est in apprehensione rationis conferentis genus ad speciem. Nec sanct. Thom. aliquo pacto sensu, duntaxat eam esse relationem realem, quae est inter res ad inuicem ordinatas, vt fufius probauimus supra quaest. 13. articulo. 7. in commentario. Et per haec claret responsio ad duo priora argumenta.

Tertio ar-
gumentum.

Prima an-
notatio,
qua soluitur
duo ar-
gumenta.

Secunda an-
notatio qua
soluitur ter-
tium.

3. annotatio.

pluribus differentibus specie, vt de homine & equo: in ipsa animalis natura pullulat secunda intentio generis, a qua denominatur genus, & refertur ad suas species, quae quidem solum est in apprehensione rationis, vt dicit sanctus Thom. vel solum habet esse per ipsam apprehensionem: rationis comparantis genus suis speciebus: & simili modo insurgit secunda intentio speciei, in natura humana, cum eam comparat suis indiuiduis per definitionem speciei, scilicet natura humana praedicatur de pluribus differentibus numero in eo quod quid. De hac tamen tertia annotatione fufius egimus in opus, quaestione. 18. lege ibi. ¶ Quarto opponimus, relationes rationis non attinent ad praedicamentum ad aliquid, male ergo constituit diuus Thom. discrimen inter illud & reliqua praedicamenta, cum ait, quod in praedicamento ad aliquid inuenitur duplex ens, alterum rei, alterum rationis, hoc est relatio rei & rationis: in reliquis vero nullum ens rationis reperitur. Assumptum autem probamus, quoniam ens reale diuiditur in decem praedicamenta: atque adeo manifeste sequitur, in nullo eorum ens rationis collocari, ac subinde relationes rationis non pertinere ad praedicamentum ad aliquid. Et haec est etiam diui Thom. sententia. ¶ Aliqui respondent, sanctum Thom. non statuere discrimen inter praedicamentum ad aliquid, & reliqua praedicamenta: quin potius inter genus omnium relationum tam rei, quam rationis, & reliqua nouem praedicamenta. Haec profecto responsio probabilis est, esto non placeat Caietano. ¶ Ceterum vt aliter explicemus sancti Thom. verba, aduertendum nimirum est, quae sit propria ratio praedicamenti ad aliquid, qua ab alijs praedicamentis differat: & quibus conueniat. Sanè relationis propria ratio seu differentia, est referre vnum ad alterum: & relatiui, est ad aliud se habere: quae quidem rationes duntaxat differunt, tanquam concretum & abstractum, sicut relatiuum & relatio: & haec reperiuntur in relationibus rationis ita proprie sicut in rebus. Relationes nanque rationis, vt secunda intentio generis & speciei, aequè bene referunt vnum ad alterum, sicut reales. Et relatiua rationis, vt genus & species, ad eò proprie referuntur, & habent esse ad aliud, sicut realia. ¶ Quocirca propria relatiui ratio, ne-

Quartum
argumentum.

1. solutio.

1. annotatio.

Corollarium

que

que per se est ens reale, neque rationis, sed communis vtrique: neque est aliquid, sed ad aliquid. Quod maxime memoriae commendandum est, vt intelligamus articulum sequentem: vbi fufius explicabitur. ¶ Aduertendum insuper est, aliam esse propriam rationem: aliam autem integram & completam: nam differentia est propria rei ratio: sed integra, est eius definitio constans ex genere & differentia. Vt rationale, quae est hominis differentia, est propria eius ratio: verum animal rationale, est completa. ¶ Sic igitur ad rem asserimus, quod quantum propria praedicamenti ad aliquid ratio conueniat omnibus relationibus, tum rei, tum rationis, vt diximus: verum eius completa ratio, quae est referre vnum ens reale ad alterum, vel vnum ens reale ad aliud se habere, duntaxat conuenit relatiuis, & relationibus rei. ¶ Quo fit, vt quemadmodum nullum per se ens rationis reperitur in reliquis nouem praedicamentis: ita neque in praedicamento ad aliquid: solum siquidem in praedicamento ad aliquid ponuntur res, quibus competit eius integra ratio. Modò dicimus diu Thom. ponere discrimen inter praedicamentum ad aliquid & reliqua, quoad eorum proprias rationes, non vero integras & completas: nam propria ratio illius conuenit entibus rebus, & rationis: reliquorum vero minime. ¶ Obiectio. ¶ Aduersus tamen ista obijcimus: ad aliud se habere conuenit relationibus rationis, quae non ponuntur in praedicamento ad aliquid, ergo non est eius propria ratio: cum conueniat alijs, quam rebus de praedicamento ad aliquid. ¶ Respondemus, id quidem esse propriam rationem, qua ab alijs praedicamentis differt, sed non propriam simpliciter, vt conuincit argumentum: vt si vera esset aliquorum philosophorum sententia, qua existimabant caros esse animalia rationalia, rationale profecto esset propria hominis differentia, qua ab alijs animalibus differt: sed non propria simpliciter, cum tribueretur etiam cælis ipsis. ¶ Nunc respondemus quarto argumento, negando diuum Thom. constituere illud discrimen, quod tu confingis, inter praedicamentum ad aliquid & reliqua: sed quod proxime explicauimus. ¶ Quinto obijcimus. Rosa cognita est ens de praedicamento substantia, verum est ens rationis: & entia mathematica, vt superficies & linea, sunt de praedi-

2. Anno-
tio.

Explicatio
verborum
D. Tho.

Illatum.

Obiectio.

Responsio.

Ad quar-
tum respon-
sio.

4. Argu-
mentum.

camento quantitatis, & tamen sunt entia rationis, siquidem per rationem abstrahuntur à motu & à materia: falsum ergo est quod affirmat D. Tho. in praedicamento substantia, quantitas, & qualitas etiam non reperiri entia rationis. ¶ Respondemus, haec solutio esse entia rationis ex accidenti, quia eis accidit quod per rationem cognoscantur: sanctus Thom. autem intelligit de rebus, quae natura sua, & per se sunt entia rationis: vt relationes rationis. ¶ Atqui in praesentia dubium occurrit, quo nam pacto intelligatur verba illa Boetii, quae adducit sanctus Tho. ad primum, ad aliquid verò (hoc est relatiuum) omnino non potest praedicari. ¶ Quibus verbis intelligendis sciendum est, quod ideo aliqua res praedicatur de aliquo, quia inest ei: vt animal praedicatur de homine, quia est in homine. Vnde de ratione praedicatum est, quod habeat ordinem ad illud de quod dicitur: & quoniam relatiuum, secundum rationem propriam relatiui, non habet ordinem ad subiectum in quo est, sed ad terminum, vt pater ad filium: ob id ipsum, secundum eius propriam rationem non praedicatur: neque praedicari potest. ¶ Aduersus istam explicationem argumentamur primum: pater est relatiuum, & praedicatur de Sorte habente filium: haec enim praedicatio vera est; Sortes est pater: ergo, & car. ¶ Secundò: relatiuum, seu ad aliquid est genus, at genus, qua genus est, praedicatur de pluribus specie differentibus, vt liquet ex eius definitione, ergo relatiuum, qua relatiuum est, praedicatur. ¶ Tertio, relatiuum natura sua & essentialiter est accidens, at accidens quantum accidens est, praedicatur de subiecto, ergo & relatiuum. ¶ His argumentis satis aperte conuincitur, relatiuum, in quantum relatiuum, & in quantum accidens est, praedicari: non tamen praedicatur secundum propriam eius rationem: siquidem propria eius ratio est ad aliud se habere, seu ordo aut habitudo ad terminum: & vt nuper diximus, res tantum praedicatur secundum ordinem ad subiectum, & non secundum ordinem ad aliud. ¶ Vt autem hoc facilius intelligas, oportet te memoriae commendare, quod partim docet diu Thom. articulo sequenti, videlicet quod relatio & relatiuum est accidens, & qua ratione accidens est, dicit ordinem ad subiectum & de eo praedicatur: sed in quantum relatio significat ordinem ad terminum, non praedicatur. Itaque

solutio.

Dubium

Annotatio.

1. Argu-
mentum.

2. Argu-
mentum.

3. Argu-
mentum.

Responsio
ad praesentia
argumenta.

Obseruatio.

In respon-
sione ad se-
cundum.

ista propositio, relatiuum, quatenus rela-
tiuum, praedicatur: distinguenda est: nam
si illa particula quatenus, importat propria
relatiui rationem, falsa est: si communem
autem, vera. ¶ In responsione ad secundum,
interpretatur aliam Boetij autoritatem: qui
(vt verba eius in pauca conferamus) in sum-
ma dicit, quod relationes quae sunt in deo,
sunt similes relationi, quae est eiusdem ad
se ipsum: quod apparet falsum, quia rela-
tio illa est rationis, & relationes diuinae sunt
reales. Sed respondetur, Boetij verba iuxta
hunc sensum accipienda, quod quemad-
modum relatio eiusdem ad se ipsum, non
importat diuersitatem naturae: sic quoque
diuinae relationes. ¶ Cum respondet ter-
tio argumento, assignat rationem, dignam
quae memoriae commendetur: quare sci-
licet creatura relatione reali referatur ad
Deum: Deus vero duntaxat ad creaturam,
rationis. Ratio autem quam assignat, haec
est: quoniam creatura re ipsa pendet a deo,
ac subinde natura sua habet ordinem & ha-
bitudinem ad eum: at Deus natura sua nullum
ordinem, neque habitudinem habet ad crea-
turam: non enim producit creaturas ex ne-
cessitate suae naturae, sed per intellectum &
voluntatem. ¶ Ad quartum, summarim
asserit, quod per actum intelligendi, per
quem producit conceptus & verbum
mentale, pullulant relationes rationis in
ipsis rebus cognitis: sed inter verbum ip-
sum ab anima productum, & ipsam ani-
mam dicentem insurgunt relationes rea-
les: vt ostensum est articulo primo quaestio-
nis praecedentis, disputatione tertia: ubi co-
stituentes verbi mentalis & intellectualis
dicentis proprietates, diximus verbum me-
rale importare relationem realem ad ani-
mam dicentem, & vice versa.

Ad quar-
tum.

Articulus secundus.

*Vtrum relatio in Deo, sit idem
quod sua essentia.*



D secundum sic pro-
ceditur. Videtur
quod relatio in deo
non sit idem quod

sua essentia. Dicit enim August.
in. 5. de trinita. quod non omne quod
dicitur in Deo, dicitur secundum
substantiam: dicitur enim ad aliquid
sicut pater ad filium: sed haec non
secundum substantiam dicuntur:
ergo relatio non est diuina essentia
¶ Preterea. Vt August. dicit. 7. de
trinita. Omnis res quae relatiue di-
citur, est etiam aliquid, excepto rela-
tiuo, sicut homo Dominus & ho-
mo seruus. Si igitur relationes ali-
quae sunt in Deo, oportet esse in
Deo aliquid aliud praeter relationes:
sed hoc aliud non potest esse nisi
essentia, ergo essentia est aliud a re-
lationibus. ¶ Preterea, Esse relatiui
est ad aliud se habere (vt dicitur
in praedicamentis) si igitur relatio
sit ipsa diuina essentia, sequitur quod
esse diuinae essentiae sit ad aliud se
habere: quod repugnat perfectio-
ni diuini esse, quod est maxime ab-
solutum & per se subsistens: vt su-
pra ostensum est: non igitur rela-
tio est ipsa essentia diuina.

¶ Sed contra, Omnis res quae non
est diuina essentia, est creatura: sed
relatio realiter competit deo, si er-
go non est diuina essentia, erit crea-
tura: & ita ei non erit adoratio la-
triae exhibenda. Contra quod in
praefatione cantatur. Vt in perso-
nis proprietates: & in maiestate ado-
retur equalitas. Respondeo dicen-
dum, quod circa hoc dicitur Gil-
bertus Porretanus errasse: sed erro-
rem

rem suum postmodum in Remen-
si concilio reuocasse. Dixit enim
quod relationes in diuinis sunt as-
sistentes siue extrinsecus affixae.
¶ Ad cuius euidentiam considera-
dum est quod in quolibet 9. gene-
rum accidentis est duo considera-
re: quorum vnum est esse quod
competit vnique ipsorum, se-
cundum quod est accidens: & hoc
communiter in omnibus est inesse
subiecto: accidentis enim esse est
inesse. Aliud quod potest conside-
rari in vnoquoque, est propria ra-
tio vnuscuiusque illorum gene-
rum: & in alijs quidem generibus
a relatione, vt pote quantitate &
qualitate, etiam propria ratio gene-
ris accipitur secundum compara-
tionem ad subiectum: nam quan-
titas dicitur mensura substantiae:
qualitas vero dispositio substan-
tiae. Sed ratio propria relationis non
accipitur secundum comparatio-
nem ad illud in quo est, sed secun-
dum comparationem ad aliquid
extra. Si igitur consideremus e-
tiam in rebus creatis relationes, se-
cundum id quod relationes sunt,
sic inueniuntur esse assistentes, non
intrinsicus affixae: quasi significan-
tes respectum quodammodo con-
tingentem ipsam rem relatam,
prout ab ea tendit in alterum. Si
vero consideretur relatio secundum
quod est accidens, sic est inherens
subiecto, & habens esse acciden-

tale in ipso. Sed Gilbertus Por-
retanus considerauit relationem
primo modo tantum. Quicquid
autem in rebus creatis habet esse
accidentale secundum quod trans-
fertur in Deum, habet esse substan-
tiale: nihil enim est in Deo vt acci-
dens in subiecto: sed quicquid est
in Deo est eius essentia. Sic igitur
ex ea parte qua relatio in rebus
creatis habet esse accidentale in sub-
iecto, relatio realiter existens in
Deo habet esse essentiae diuinae i-
dem omnino ei existens. In hoc ve-
ro quod ad aliquid dicitur, non si-
gnificatur aliqua habitudo ad es-
sentiam: sed magis ad suum oppo-
situm: & sic manifestum est quod
relatio realiter existens in Deo, est
idem essentiae secundum rem: &
non differt nisi secundum intelli-
gentiae rationem: prout in relatio-
ne importatur respectus ad suum
oppositum: qui non importatur
in nomine essentiae. Patet ergo quod
in Deo non est aliud esse relatio-
nis, & esse essentiae: sed vnum & i-
dem. ¶ Ad primum ergo dicen-
dum: quod verba illa August. non
pertinent ad hoc, quod paternitas
vel alia relatio quae est in Deo secun-
dum esse suum, non sit idem quod
diuina essentia: sed quod non pre-
dicatur secundum modum substan-
tiae: vt existens in eo de quo di-
citur: sed vt ad alterum se habens:
& propter hoc dicuntur duo tan-

tum esse prædicamenta in diuinis: quia alia prædicamenta important habitudinem ad id de quo dicuntur, tam secundum suum esse, quàm secundum proprii generis rationem. Nihil autem quod est in deo potest habere habitudinem ad id in quo est, vel de quo dicitur: nisi si habitudinem identitatis propter summam Dei simplicitatem.

¶ Ad secundum dicendum: quòd sicut in rebus creatis, in illo quod dicitur relatiuè non solum est inuenire respectum ad alterum, sed etiam aliquid absolutum: ita & in Deo: sed tamen aliter & aliter.

Nam id quod inuenitur in creatura, præter id quod cõtinetur sub significatione nominis relatiui, est alia res. In Deo autem non est alia res, sed vna & eadem: quæ non perfecte exprimitur relationis nomine: quasi sub significatione talis nominis comprehensa. Dicitur enim supra, cum de diuinis nominibus agebatur: quòd plus continetur in perfectione diuinæ essentia, quam aliquo nomine significari possit. Vnde non sequitur quòd in Deo præter relationem sit aliquid aliud secundum rem: sed solum considerata nominum ratione.

¶ Ad tertium dicendum: quòd si in perfectione diuina nihil plus cõtineretur, quàm quod significat nomen relatiuū, sequeretur quòd esse eius esset imperfectum: vt po-

te ad aliquid aliud se habens: sicut si non contineretur ibi plus quàm quod nomine sapientiæ significatur, non esset aliquid subsistens. Sed quia diuinæ essentia perfectio est maior quàm quod significatione alicuius nominis cõprehendi possit, non sequitur si nomen relatiuum, vel quodcumque aliud nomen dictum de Deo non significat aliquid perfectum, quòd diuina essentia habeat esse imperfectum: quia diuina essentia comprehendit in se omnium generum perfectionem: vt supra dictum est.

Commentarium.



Iea, quæ in articulo præcedenti diximus, recolat, facile erit, plura quæ ad metaphysicæ spectant, intelligere à diuo Tho. hoc articulo secundo adducta: in quo

Primò recenset Gilberti errorem, quem reuocauit in concilio Remensi: secundò respondet quæstioni duabus conclusionibus. Dicebat itaque Gilbertus, quòd diuinæ relationes erant assistentes, & extrinsecus affixæ: quibus verbis intelligebat, quòd erant per se subsistentes, & à diuina essentia secundum rem diuersæ: quauis et affixæ, coniunctæ, & vnitæ.

¶ Causa autem, ob quam in hunc errorem laberetur, fuit, vt dicit diuus Thom. qm̄ cõsiderauit diuinas relationes, duntaxat secundum rationem propriam relationis, quæ est ad aliquid se habere: & vt dicunt ordinem ad terminum,

¶ Error Gilberti.

¶ Causa erroris Gilberti.

num, & ad aliquid externum: & non secundum ordinem ad illud in quo sunt. Et si isto modo considerentur relationes, etiam in rebus creatis apparebunt assistentes, & quæ per se existant, & non intrinsecus affixæ & vnitæ suis fundamentis. Sunt qui aliter explicant mentem & verba Gilberti: quorum explicatio mihi non placet. Sed de hac re non est quòd quisquam laboret, quomocumque enim explicabitur, est error. In secunda, vt diximus, parte respondet quæstioni duabus conclusionibus: quarum prima est. ¶ Diuinæ relationes sunt eadem re cum diuina essentia. Hæc est de fide tenenda, vt apertè diuus Thom. in argumento ad oppositum demonstrat: quam etiam hac ratione probat. ¶ Quicquid in rebus creatis habet esse accidentis, translatum in Deo habet esse substantia: autore Boetio in libro de Trinitate. cap. 6. vbi ait: cum quis predicamenta in diuinam vertit prædicationem, cuncta mutantur in substantiam: at relationes, in creaturis habent esse accidentis, & sunt in Deo relationes, ergo in Deo habent esse substantia: sed esse substantia in Deo est diuina essentia, igitur habent esse diuinæ essentia: ac perinde sunt eadem re cum ea.

1. Cõclusio.

¶ Probatur.

2. Cõclusio.

¶ Ad secundum argumentum.

¶ Dubium quod pauca absoluuntur.

¶ Opinio Caietani.

¶ Secunda conclusio. ¶ Diuinæ relationes sunt eadem re cum diuina essentia. Hæc est de fide tenenda, vt apertè diuus Thom. in argumento ad oppositum demonstrat: quam etiam hac ratione probat. ¶ Quicquid in rebus creatis habet esse accidentis, translatum in Deo habet esse substantia: autore Boetio in libro de Trinitate. cap. 6. vbi ait: cum quis predicamenta in diuinam vertit prædicationem, cuncta mutantur in substantiam: at relationes, in creaturis habent esse accidentis, & sunt in Deo relationes, ergo in Deo habent esse substantia: sed esse substantia in Deo est diuina essentia, igitur habent esse diuinæ essentia: ac perinde sunt eadem re cum ea.

¶ Secunda conclusio. ¶ Diuinæ relationes sunt eadem re cum ea. ¶ Secunda conclusio. ¶ Diuinæ relationes sunt eadem re cum ea. ¶ Diuinæ relationes sunt eadem re cum ea.

¶ In secundo argumento summarim docet, quòd fundamentum relationis, in creaturis est alia res ab ipsa relatione: in Deo autem minime: nam essentia diuina est res, quæ est relatio. ¶ Hic sese offert latissimus campus disputandi, vtrum relatio realiter distinguatur à suo fundamento: à qua paucis me expediam, quoniam dialectici plùs æquo super illa digladiantur, quidam in prædicamento ad aliquid, alij in prædicabilibus. Verùm quauis non disputemus quæstionem hanc, non inuitè erit breui percurrere quid de hac re sentierit diuus Th. de qua quæstione magna est disceptatio inter Thomistas. ¶ Capreol. in 1. distinct. 30. defendit, relationem realiter

distingui à suo fundamento iuxta mentem diui Thom. & idem in præsentis articulo tuetur Caietanus, quod probat ex verbis diui Thom. in responsione ad secundum.

¶ Partem negantem tutantur communiter huius temporis Thomistæ: Paulus Socinas quinto metaphys. quæstio 28. affirmat, non esse certum, quid circa hanc rem diuus Th. Philosophus, aut commentator senserint.

¶ Quocirca iuniores, ait, in varias secti sunt opiniones: ipse verò Socinas partem negantem defendit. ¶ E quidem nos dicimus, sanctum Thom. pluribus locis suæ doctrinæ palàm asserere, relationem non distinguere à suo fundamento: Primo in opus. 48. de prædicamentis, tractatu de prædicamento ad aliquid capit. 2. expresse illud tenet: verba eius sic habent. Non est intelligendum, quod similitudo Sortis, sit aliqua res in Sorte alia ab ipsa albedine: sed solum est ipsa albedo, vt se habet ad albedinem Platonis, vt ad terminum. Et ad probationem huius, subdit: si enim similitudo adderet supra albedinem Sortis aliquam rem, nullo modo posset aliquis alicui fieri similis sine sui mutatione: sit autem homo similis alicui sine sui mutatione, vt patet, nam si quis in India fieret modo albus, fieret similis mihi, & ego sibi nulla in me facta mutatione. Et quidè physice. lect. 3. Dicendum, inquit, est, quòd si aliquis per suam mutationem efficiatur mihi æqualis me non mutato, ista æqualitas primò erat in me quodammodo, sicut in sua radice, ex qua habet esse reale: ex hoc enim quòd habeo talem quantitatem, competit mihi quòd sim æqualis omnibus illis, qui eandem quantitatem habent: cum ergo aliquis de nouo accipit illam quantitatem, ista communis radix æqualitatis terminatur ad istum, & ideo nihil aduenit mihi de nouo, per hoc quòd incipio esse alteri æqualis, per eius mutationem, hæc ibidem. Quibus verbis, potissimum vltimis, dicit: quòd cum aliquis recipit quantitatem æqualem mihi, in me tunc incipit esse qualitas, sed nihil in me distinctum, à mea quantitate, quam habeo, incipit esse: ac perinde relatio æqualitatis est ipsa quantitas: & re ab ea non distinguitur. Et 3. parte quæstio. 16. articulo. 6. ad secundum et alibi crebrò concedit, quòd relatio aduenit recens alicui sine mutatione sui: ergo non est res

¶ Opinio prælii Socinæ & aliorum Thomistarum.

¶ Sententia huius sortis.

Disputatio prima.

An Dei attributa distinguantur ex natura rei à se inuicem & à diuina essentia, vel tantum ratione.



Affirmat nimirum sanctus Th. in. 1. sentent. dist. 2. quaestio. 1. artic. 3. hanc quaestionem tanti momenti esse, vt ex ea pendeat perfecta intelligentia omnium, quae tractantur in. 1. sentent. Et nempe de hac re disputant scholastici doctores in. 1. sent. & eorum quidam distinct. 8. & alij dist. 2. & Martilius quaest. 12. artic. 3. & in vtranque partem innumera adducunt argumenta, ex quibus nos pauca, & ea quae grauiora sunt, in praesentia afferimus. Initio argumentamur partem asserentem probantes. Diuinus intellectus & voluntas sunt Dei attributa, vt in processu disputationis aperte constabit, sed distinguuntur ex natura rei, ergo omnia Dei attributa distinguuntur ex natura rei. Consimilis quidem ratio est de omnibus, minore autem corroboremus multis rationibus. In primis, productiones ex natura rei diuersae praesupponunt principia ex natura rei distincta, à principijs quibus differentibus re ipsa dimanant: sed productiones diuinarum personarum distinguuntur ex natura rei, quin potius realiter, ergo earum principia distinguuntur ex natura rei: at intellectus & voluntas sunt earum principia, producitur namque filius per intellectum, spiritus sanctus per voluntatem, vt quaestione praecedenti ostensum est, igitur intellectus diuinus & voluntas ex natura rei distinguuntur. Secundò eandem fulcimus minorem: filius & spiritus sanctus distinguuntur realiter, quia filius procedit per intellectum, & spiritus sanctus per voluntatem: ergo Dei intellectus & voluntas saltem distinguuntur ex natura rei, quonia sunt principia distinctionis realis. Assumptum autem ostendimus, etenim ex eo quod filius procedit per intellectum, procedit vt verbum, vt diximus quaestione praecedenti: & ex eo quod spiritus sanctus procedit per voluntatem, procedit vt amor, & vt spiritus sanctus: vt etiam ibidem dictum est: verbum autem, quatenus verbum, & spiritus sanctus, qua

distincta ab illo, cui aduenit: nam si esset res distincta, cum aduenit rei, ipsa res mutaretur. Verum fatemur, in praesenti articulo. 5. Thomam (vt apparet) mutare sententiam: sed tamen tenendum est, nullo modo relationem realem distinguui à suo fundamento. Et cum affirmat sanctus Th. in hoc articulo, quod fundamentum in creaturis est alia res à relatione, diuina autem essentia non. Respondemus, id nimirum velle diuini Thomae, quod fundamentum in creaturis non est de essentia relationis, sed diuina natura est de essentia relationis. Et ni fallor, haec est aperta sententia Aristotelis. 5. phys. tex. 10. vbi ait, ad relationem non esse per se motum. Quia stat (inquit) altero mutato, alterum immutatum relatiue dici: id est, stat, aliquem sine noua rei acquisitione realiter referri, quomodo antea non referebatur. In tertio argumento inquiri difficultatem de perfectione relationis: in cuius explanatione affirmat Caietanus, relationem diuinam nullam perfectionem, neque imperfectionem dicere: de qua quaestione deinceps non disputabimus. In fine articuli S. Th. colligit corollarium, scilicet quod idem esse est essentiae & relationis. In quorum verborum explanatione, affirmat Caietanus, quod actualis existentia relationis, est actualis existentia essentiae diuinae: ita vt neque ratione differant. In cuius testimonium adducit sanctum Thomam in. 1. distinct. 33. quaest. 1. articulo. 1. ad primum. At notare oportet, ipsum Caiet. reuocasse sententiam istam in. 3. par. quaest. 3. articulo. 2. quo loco ait, duplicem esse existentiam in Deo: alteram essentialem & absolutam, vt existentiam Dei & diuinam essentiam: aliam personalem & relatiuam, vt existentiam relationis. Sed quid sit de hac re tenendum, nos in posterum etiam definiemus. Atque haec de commentario. In praesenti articulo sanctus Thomas ex professo tractat, de distinctione relationum ab essentia: sed quoniam ferme eadem est difficultas, de distinctione attributorum ab essentia, & quia eorum nonnullam facit mentionem in responsione ad argumenta, ob id de vtraque distinctione in praesentia agemus. Quocirca duas quaestiones disputabimus de attributis: & vnam de relationibus.

8 Tho. mutare sententiam à se videtur. In responsione ad tertium. Corollarium. Aduertit. Secundum argumentum principale.

qua spiritus sanctus est, distinguuntur realiter. Tertio idem confirmamus: intellectus est principium producendi filium, & non voluntas: & ipsa Dei voluntas est principium producendi spiritum sanctum, & non intellectus, vt satis in superioribus ostensum est: ergo intellectus & voluntas ex natura rei distinguuntur: quoniam si re ipsa omnibus modis idem essent, profecto sicut intellectus est principium producendi filium, ita quoque esset voluntas: & quemadmodum voluntas est principium producendi spiritum sanctum, sic etiam esset intellectus: atque adeo non potius filius esset verbum quam spiritus sanctus quod est haereticum. Quarto idem probamus: de ratione intellectus & voluntatis est, quod processionis quae sunt secundum actionem vtriusque, se habeant secundum quandam ordinem, atque adeo distinguuntur, vt docet sanctus Thomas articulo. 3. quaestio. 1. praecedentis in responsione ad tertium: ergo intellectus & voluntas ex natura rei distinguuntur. Quinto, intellectus & voluntas habent definitiones distinctas, sed distinctae definitiones explicant diuersas naturas rerum: igitur intellectus & voluntas distinguuntur ex natura rei. Maior constat aperte, nam si quis roget, quidnam sunt intellectus diuinus & voluntas diuina: profecto respondere habemus, quod intellectus diuinus est id quo Deus intelligit: & voluntas est id quo Deus vult. Sexto, intellectus diuinus & voluntas diuina habent distincta obiecta ex natura rei: si quidem verum, est obiectum intellectus: & bonum, obiectum voluntatis: ergo ipsa distinguuntur ex natura rei. Septimo, Deus vult voluntate, & non intellectu, & intelligit intellectu, & non voluntate: ergo voluntas & intellectus in Deo distinguuntur re ipsa. Nimirum si omnibus modis idem essent, Deus intelligeret voluntate, pinde ac intellectu: vel esset fateri, & contra communem modum loquendi doctorum & sanctorum. Secundò principaliter argumentamur, intelligere & velle sunt Dei attributa, vt manifestum fiet, ex his quae deinceps dicemus, at intelligere & velle distinguuntur ex natura rei, ergo. Minorem verò probamus, quia sunt duae actiones immanentes, vt docet sanctus Thomas quaestio. praecedenti articulo ultimo: & si non distinguerentur aliquo modo, re ipsa non essent duae actiones, sed vnica actio. Et confirmatur: Deus intelligit mala culpae, & non vult mala culpae, ergo intelligere & velle non sunt idem: quin ex natura rei distinguuntur. Sanè si essent idem, sicut Deus intelligit mala culpae, ea velleret: hoc autem pugnat cum fide catholica, asserere videlicet Deum velle mala culpae. In super seclusa quacunque operatione intellectus, de iustitia & eternitate, quae sunt Dei attributa, verificantur duo praedicata contradictoria, ergo distinguuntur ex natura rei. Et assumptum demonstramus, quoniam istae propositiones sunt verae: iustitia est ratio qua Deus dicitur iustus, & Eternitas non est ratio qua dicitur iustus, sed aeternus. Praeterea, Deus vult sub ratione boni, & non sub ratione veri: & intelligit sub ratione veri, & non boni: quandoquidem verum est obiectum intellectus, & bonum voluntatis: igitur in Deo ratio boni & ratio veri, sunt distincta ex natura rei, & non per operationem intellectus: si quidem praesupponitur ad actum intellectus & voluntatis, cum sint eorum obiecta, & obiecta praesupponuntur ad actus suos. Et vltimus ratio boni & ratio veri distinguuntur ex natura rei, & sunt Dei attributa, vt postea ostendetur, ergo. Vltimo tandem, probamus partem asserentem: vnum Dei attributum per aliud demonstratur, Aeternitatem nimirum, de Deo per immutabilitatem demonstramus isto modo: omne quod mutari non potest, est aeternum, Deus mutari non potest, ergo est aeternus: igitur attributa distinguuntur ex natura rei: quia nihil se ipsum demonstrare potest. A parte negante plura etiam stant argumenta: primum, si Dei attributa ex natura rei distinguerentur; in Deo esset pluralitas rerum & multitudo, ac subinde in Deo esset compositio: nihil enim aliud est compositio, quam multorum adunatio in re aliqua, igitur Deus simplex non esset: quod est haereticum, vt demonstratum est quaestio. 3. articulo. 7. Item Deus est res simplicissima, at de ratione rei simplicis est, non includere plura, vt docet Anselmus de incarnatione verbi. capit. 8. ergo in Deo non sunt plura attributa ex natura rei distincta. Insuper Aristotel. 9. metaphys. text. 7. & Aristotel. commentator. 12. metaphys. comment. 37. asserunt, quod absolute simplex non potest diuidi actu neque potentia: at Deus est res simplicissima, ergo non potest

Tertia. Quarta. Quinta. Sexta. Septima. Secunda argumentum principale.

Confirmatur. Tertium. Quartum. Quintum. Sextum. Septimum. Secundum. Anselmus. Tertium.

diuidi actu nec potentia : verum si Dei attributa ex natura rei distinguerentur, in ipsa diuideretur : ergo Dei attributa ex natura Dei non distinguuntur. ¶ Circa quaestionem propositam versantur tres theologorum sententiae: duae extremae, & alia media. Fuit itaque placitum Aureoli in. 1. distinct. 8. quaest. 3. art. 2. qui mordicus tenet, Dei attributa, nulla distinctione neque rei neque rationis, distingui. Quod etiam defendunt Nominales omnes, vt Ocham & Gabriel in. 1. distinct. 2. quaest. 2. Gregorius in. 1. distinct. 8. quaest. 2. qui quauis asserit, attributa distingui ratione, sed asserit, illam distinctionem esse in nominibus & conceptibus, non tamen in re: quorum fundamenta sunt argumentationes nuper adductae ad corroborandam, partem negantem. ¶ Fulciunt itidem sententiam suam alia ratione, quia tantum est ens reale in ipsa rerum natura, ergo tantum est distinctio realis: at Dei attributa, non distinguuntur realiter, ergo nulla distinctione distinguuntur. ¶ Aduersus sententiam istam militant argumenta omnia, quibus vsi sumus ad confirmandam partem affirmantem: quae quauis rei distingui conuincunt tamen iudicio meo, aliqua distinctione, saltem rationis, differre. ¶ At qui contra eam insurgimus alia via, & argumento quidem non parui momenti: sumamus nomina attributorum, vt intellectus diuinus, voluntas, bonitas, iustitia, misericordia, aeternitas, immutabilitas & reliqua: nunc rogamus, vel significatur istorum nominum est omnibus modis idem, sicut homo & homo, vel non est idem sed diuersum: si das secundum, das quod volumus: attributa in Deo, quae sunt significata praedictorum nominum, esse distincta, salte distinctione rationis: si autem concedas primum, argumentor in hunc modum. Significata istorum nominum in Deo, sunt prorsus idem, sicut homo & homo: ergo omnia haec nomina sunt synonyma: quod nullus sanae mentis concedet: nam sequeretur sensum huius propositionis, Deus est intelligens, volens, & aeternus, esse hunc: deus est deus, deus & deus, quod est ridiculum asserere. Consequentia autem liquidum constat, nam non ob aliam causam, haec nomina, Marcus, Tullius, Cicero, fatemur synonyma esse, nisi quia eorum significatum est omnibus modis idem

Ratio nominalium.

Primum argumentum contra hanc opinionem.

Secundum argumentum.

titia, dicuntur vnum ratione, vt omnia entia vnum ratione dicuntur, quatenus significantur entis notitia: ergo per oppositum, omnia ea quae significantur diuersis notitijs, sunt plura ratione: at iustitia & misericordia, & reliqua Dei attributa significantur diuersis notitijs, ergo sunt diuersae ratione. ¶ Vterius, magis sunt idem essentia & essentia, quam iustitia & misericordia: ergo iustitia & misericordia distinguuntur saltem ratione. ¶ Et demum hoc nomen iustitia, significat Dei iustitiam, non misericordiam: ergo iustitia & misericordia distinguuntur: nam si nullo modo distinguerentur, oporteret concedere, nomen iustitiae significare Dei misericordiam: quod quam alienum a ratione sit, cuius notum est. Demum speciatim argumentamur aduersus Ochamum & Gabrielem, qui in primo distinct. 2. quaest. 11. asserunt, quod essentia diuina & paternitas distinguuntur ex natura rei, aut inter eas est non identitas ex natura rei, ob id quod de illis (inquit) praedicantur duo praedicata contradictoria, at de intellectu & voluntate etiam praedicantur duo praedicata contradictoria, ergo saltem intellectus & voluntas aliqua distinctione distinguuntur. Minorem autem probamus, quoniam istae propositiones sunt verae: intellectus est potentia, aut ratio qua Deus intelligit: voluntas non est potentia nec ratio qua Deus intelligit, sed qua vult. ¶ Insuper, misericordia & iustitia non minus distinguuntur, quam deus & deitas, quinimod videntur magis distingui illa quam ista: & profecto, vt postea ostendemus, magis distinguuntur: sed deus & deitas distinguuntur saltem ratione, ergo iustitia & misericordia minimam distinguuntur ratione. Minorem autem ostendimus ex fundamento illorum, quia de Deo & deitate enuntiant haec duo praedicata contradictoria, Deus generat, deitas non generat: si quidem, vt deinceps demonstrabimus, opposita istarum sunt haeretica. ¶ Est alia doctoris subtilis opinio, in primo distinct. 8. quaestione. 4. & distinctione secunda quaestione. 7. qui persuasus aliquibus argumentis, ex his quae partem affirmantem fulciunt, tuerit Dei attributa inter se, & a diuina essentia, non solum ratione, sed ex natura rei secerni distinctione formali, aut non identitate formali (vt terminis eius vtat) & affirmat, ca

Tertium argumentum.

Quartum argumentum.

Scoti opinio.

ea esse non solum formalitates, atque realitates distinctas: sed entitates ex natura rei diuersas, quauis hoc aliqui iuxta eius sententiam negent. ¶ Caeterum aduersus sententiam istam insurgimus, & primum argumenta praefata, quibus negatiua pars fulcra est, impugnant istam Scoti opinionem. ¶ Et argumentamur insuper: omne ens est reale, vel rationis, ergo omnis distinctio est realis, vel rationis: Dei attributa non distinguuntur distinctione reali, ergo rationis. ¶ Item Dei attributa, ex consensu omnium, & speciatim ipsius Scoti, non plus distinguuntur, quam essentia & relationes: at essentia & relationes distinguuntur sola ratione, vt saepe asseritur in concilio Florentino: ergo Dei attributa non distinguuntur ex natura rei, sed sola ratione. ¶ Ad haec, demum Dei sapientiam appellari. A. & percontemur ab Scoto, vel diuina essentia, vt formaliter & ex natura rei distinguitur ab A. est sapiens, vel insapiens, aut non sapiens: secundum & tertium non concedes, erit siquidem blasphemum id concedere, dabis igitur primum. Nunc iterum rogamus, an essentia sit sapiens sapientia. A. vel alia distincta sapientia: si secundum respondas, aperte colligitur, in Deo esse, duas distinctas sapientias: quo etiam argumento manifeste conuincemus in eo infinitas esse, cum vtrunque sit consimilis ratio. Quod si primum concedas, videlicet diuinam essentiam esse sapientem sapientia. A. ergo diuina essentia non distinguitur, ex natura rei ab A. sapientia: imo neque cogitatione potest concipi ab ea distingui: nam, vt fateris, quantumcumque diuina essentia cogitatione praescindatur ab A. est sapiens sapientia. A. ac subinde includitur intrinsece in diuina essentia. ¶ Item, in Deo sunt infinitae perfectiones, & attributa ex natura rei distincta: ergo in Deo sunt infinitae entitates distinctae ex natura rei atque adeo palam colligitur, ipsum esse magis compositum quam creatura.

Constat.

Primum argumentum.

Secundum.

Tertium.

Quartum argumentum.

Vltimum.

Respondet.

chettus vir doctus Scoti expositor, & eius acerrimus propugnator loco allegato conatur soluere omnia argumenta, quae contra ipsum fiunt: sed ni fallor, non illis perfecte satisfacit. Et cum responderet ad argumenta Gregorij, fatetur quod diuina essentia in se considerata, non est sapientia neque bonitas: sicut homo secundum se, inquit, consideratus non est risibilis: & quod sapientia est attributum circumstantes essentiam, & quasi eius secunda perfectio. Et ad testimonium Augustini. 15. de trinita. capite. 6. vbi asserit quod Deus est sua sapientia, responderet id verum esse per identitatem. Profecto haec omnia quae concedit, pugnant cum Dei simplicitate: & male sonant. ¶ Est alia nominalium opinio, vt Ocham & Gabrielis in primo distinctioe secunda quaestio. 2. qui quauis concedant Dei attributa nullo modo differre, sumendo nomen attributi pro re: caeterum affirmant, Dei attributa realiter distingui, accipiendo attributi vocabulum: pro nomine quod de Deo verificatur: vt pro hoc nomine iustus, sapiens, & reliquis. Dicunt itaque hoc nomen Dei attributum, & istud Dei perfectio attributalis (sic enim loquuntur) idem significare, & pro eodem assumi, & eorum vtrunque posse bifariam accipi, & pro re, & pro nomine: ita vt quaecumque rei perfectio, vt iustitia, bonitas appelleretur, attributum, & Dei perfectio attributalis: & etiam haec nomina, iustus iustitia, bonitas bonus, misericordia misericors, & reliqua. ¶ Supernuacaneum nimirum esset, argumentari contra istorum doctorum opinionem: quoniam abutuntur terminis contra communem modum loquendi doctorum antiquorum, & sanctorum. Quis obsecro, vnumquodque vltus est hoc nomine Dei perfectio, pro termino & vocabulo? Nam si isto modo liceret eo vti, nempe necessum esset fateri, Dei perfectiones esse creaturas: atque adeo esse finitas & limitatas, & imperfectionem continere: quae nullus rationis compos concederet. Et tandem istorum opinio innititur praefatae nominationi diuisioni, quam ipsi confingunt suo tantum libito, sine autoritate aliqua, aut ratione.

Leuchettus sed non satisfact.

Alia opinio nominalium.

Constat.

Secunda disputationis pars.

Iam



Am verò explicare oportet sancti Thomae sententiam, quam planè censemus veram esse: ad cuius explanationem aliqua praelibanda erunt: & quaestioni propositae aliquibus

assertionibus respondendum: & in primis à definitione nominis inchoandum nobis erit, quid inquam significet Dei attributum;

et quae nam res sit. ¶ Attributi quidem nomen non est latinum in ea significatione qua scholastici eo vtuntur, verum usurpatum est ab iis, ad significandas diuinas perfectiones: Cuius siquidem ratio est, quoniam per creaturarum perfectiones, Dei perfectiones cognoscimus; iuxta illud Pauli Roman. 1. Inuisibilia Dei & car. Sic vt per earum bonitatem & pulchritudinem, dicamur in cognitionem pulchritudinis & bonitatis Dei: Et ipsas creaturarum perfectiones tribuimus Deo: quia quicquid est perfectionis, Deo tribuendum est, vt docet Anselmus in prologo cap. 4. qui ait. Tu es itaque iustus, verax, beatus, & quicquid melius est esse, quam non esse: melius nanque est esse iustum, quam non iustum: beatum, quam non beatum. ¶ Observare tamen oportet; quod non omnes Dei perfectiones tribuimus Deo ex creaturis: immutabilitas nanque est Dei perfectio & attributum, sed non reperitur in creaturis, vt constat ex illo Malachiae. 3. ego Deus, & non muror: & Aeternitas secundum essentiam; est etiam huiusmodi. Hæc de nomine attributi: consequens est, vt de vt attributi dicamus. ¶ Attributum ergo est, diuinæ essentiae perfectio, quæ non est relatio, nec importat relationem: vt intellectus, voluntas, bonitas, iustitia, misericordia, & alia id genus. Et consultò hîc adiecit, quæ non est relatio, nec importat relationem, nam theologî nomine attributi non intelligunt diuinam, quæ sunt relationes, vel intrinsecus eas important, siue rei siue rationis. ¶ Quo fit, vt pater, filius, & spiritus sanctus, paternitas, filiatio, spiratio, generare, spirare, principium & potentia generandi, principium & potentia spirandi, & alia huiusmodi non sint Dei attributa. ¶ Neque etiam sunt Dei attributa, actiones quæ non necessariò Deo con-

ueniunt: vt prædestinatio, reprobatio, vocatio, glorificatio, creatio, cõseruatio & similes: istæ enim important relationes rationis ad creaturas. ¶ Colligitur insuper, diuinæ essentiae ideas non esse attributa, vt docet diuus Thom. de veritate quaestione. 3. articulus. 2. ad secundum: idea nanque intrinsecus significat relationem rationis ad creaturas. Verba diui Thom. sunt: non est simile de ideis, & de essentialibus attributis: attributa enim essentialia nihil habent de principali intellectu, præter essentiam creatoris. Et paucis interiectis, sed idea de suo principali intellectu habet aliquid aliud, præter essentiam: hoc est, respectum rationis ad creaturas: in quo etiam completur formalis ratio ideæ. Hæc sanctus Thom. ¶ Et profectò si definiremus attributum, non addendo particulam illam, scilicet, quæ non est relatio, nec importat relationem: existimo optimè nos assignaturos attributi definitionem. Nam theologî, nomine diuinæ perfectionis, duntaxat intelligunt diuinam, quæ non importat relationem: cuius quidem causa esse potest, quoniam vt diximus in articulo præcedenti, propria relationis ratio non est aliquid, ac petinde nullam perfectionem importat: quanuis reales relationes, secundum communem rationem, sint entia: & alicuius perfectionis. In præfatam tamen attributi definitionem obijciat quis: intelligere Dei importat relationem (vt dictum est articulo. 27. quaest. disput. 6. quaest. 3. conclus. 4.) & tamen est attributum, ergo mala est definitio assignata. Et idè argumentum fieri potest de velle dei: nã sicut intelligere dicit relationem ad rem cognitam, ita velle ad rem volitam. Respondemus, quod quemadmodum scientia nec est relatio, nec formaliter eam importat, sed eam consequitur relatio (vt dictum est in quaest. 18. opuscul.) ita scire, intelligere, & velle non sunt relationes: neque in sua ratione formaliter eas importat: sed illa consequuntur, relationes intellectus intelligētis ad res intellectas, & voluntatis volētis ad res volitas: & sicut relatiua secundum dici, vt scientia. At cum dictum fuit, intelligere importare relationem, iuxta hunc sensum nepe accipiendum est, id est, ad ipsum intelligere consequitur relatio ad res intellectas. Insuper sciendum est quod importare relationem bifariam sumitur: primo modo & propriissime, est eam in sua ratione & definitione formaliter includere, vt pa-

Tertium.

Observa.

Anselmus.

Notandum.

Quid sit attributum.

Primum corollarium.

Secundum corollarium.

vt pater, & quodcunque relatiuum secundum esse. Secundò modo aliquid importare relationem, est habere eam sibi annexam, & eam ad illud consequi, quomodo scientia & quodlibet relatiuum secundum dici importat relationem. Nunc asserimus, quod in definitione attributi importare relationem assumitur primo modo: ita quod attributum est Dei perfectio, quæ non est relatio, nec relationem importat formaliter, neque in sua ratione formali, quo pacto ista definitio conuenit scientiae intelligere & velle: & per hæc satisfactum est argumento seu obiectioni. Placuit tamen aliquibus alio modo definire attributum, videlicet Dei perfectio, quæ non est relatio, neque importat relationem, neque est actio. Quod si hanc admitteremus definitionem, manifestum esset intelligere Dei & velle, attributa non esse. Eligat lector quam maluerit definitionem: parum enim refert, cum de nomine disputatio sit. ¶ Aduertendum insuper est, Deum esse substantiam simplicissimam, quod sanè iuxta fidem catholicam affirmandum erit: est siquidem ab ecclesia definitum in capitulo. firmiter, de summa Trinit. & fide, & est etiam in lumine naturali notum: quoniam Aristot. id docet. 12. metaph. text. 37. ¶ Et maxime obseruandum fuerit huic rei declarandæ, secundum sanctorum doctrinam, quod ob id Deus natura & substantia simplex est, quia in eo est idem habens, & quod habetur: Deus nanque habet intellectum, & est ipse intellectus: & habet actum intelligendi, & est ipse actus, atque ipsum intelligere: habet etiam vitam sempiternam, & est ipsa vita sempiterna: & sic de reliquis attributis. ¶ Hoc nempe asserit August. lib. 11. de ciuitate dei cap. 10, vbi loquens de Deo ait. Ideo simplex dicitur, quia est hoc, quod habet: excepto quod relatiue neque persona ad alteram dicitur, neque est ipsa: nam utique pater habet filium, ad quem relatiue dicitur, nec tamen ipse est filius. Et infra, propter hoc utique natura hęc dicitur simplex, quod non sit aliud habens, & aliud id quod habet. Hæc August. & idem affirmat. 17. de Trinit. cap. 17. ¶ Hoc item docet Isidorus lib. 1. de summo bono cap. 1. Deus, inquit, simplex dicitur, quia aliud non est ipse, & aliud quod in ipso est. ¶ Et Hilarius. 8. lib. de Trinit. dicit. Non humano modo ex compositis Deus est, vt in eo aliud sit, quod ab eo habetur, & aliud sit ipse qui ha-

2. Notandum.

3. Notandum.

Augustinus.

Isidorus.

Hilarius.

beat. ¶ Rursus idem docet Boetius. 1. lib. de Trinit. cap. 3. Cuius verba sunt. Quo circa hoc verè vnum est, in quo nullus numerus: nullum in eo aliud, præter id quod in eo est: neque enim subiectum fieri potest. ¶ Et Bernardus libro. 5. de cõsideratione prope medium. Nõ est ergo in Deo, nisi Deus. Quid inquit, negas Deum habere diuinitatem? non: sed quod habet, hoc est. Negas diuinitatem Deum esse? non: sed non aliam, quam quæ ipse est: aut si tu aliam inuenisti, adiuuet me Trinitas Deus: aduersus illam, tota me contumacia erigo. Et infra, multa dicitur esse in Deo, & quidè sanè catholiceque, sed multa vnũ: alioqui si diuersa putemus, non quaternitatem habueris, sed centenitatem. Verbi causa, dicimus magnum, bonũ, iustum, & innumera talia: sed nisi omnia vnum in Deo, & cum Deo consideres: habebis multiplicem Deum. Et plura alia docet eo loco de diuina simplicitate. ¶ Et non solum hoc fide tenendũ est, sed etiã Aristoteles id docet, si verba eius sedulo contemplerimur. Nam loco allegato. 12. metaph. text. 37. vbi docet Deũ esse simplicem substantiam, inquit: simplex aut qualiter habens ipsum: nã id est, illud simplex est, in quo habens, & quod habet sunt idem: omitimus plures alias horum verborum interpretationes. Et eodem 12. metaph. text. 39. dicit, Deũ habere vitam æternam, & esse ipsam vitam æternam. Locus sic habet: quare vita, & duratio continua & æterna existit Deo, hoc enim Deus. Et text. 51. asseuerat, Deum habere intellectum & actum intelligendi, qui est ipsum intelligere: atque Deum ipsum, esse ipsum actum intelligendi: & ipsum intelligere. Et assignat rationem: nam si Deus non esset ipsum intelligere, sed compararetur ad illud, tanquam potentia ad actum: iam eius intelligendi operatio esset ei laboriosa. Eius verba sunt. Primum quidem, igitur si non est intelligentia, (hoc est intelligere,) sed potentia: rationabile est, laboriosum esse ei continuationem intelligentiæ. Nunc respondeamus oportet quaestioni propositae aliquibus assertionibus, vt polliciti sumus. ¶ Sit itaque prima assertio. In Deo seclusa quauis operatione intellectus, ex natura rei sunt attributa, & ei necessario conueniunt, vt intellectus, voluntas, iustitia, & misericordia, & reliqua. Hæc est de fide tenenda, quoniam Dei attributa sunt Dei

Præfatò etiam non solum est philosophica, sed luminosa vbi docet Deũ esse simplicem substantiam, et ali cõsè inquit: simplex aut qualiter habens ipsum: nã id est, illud simplex est, in quo habens, & quod habet sunt idem: omitimus plures alias horum verborum interpretationes. Et eodem 12. metaph. text. 39. dicit, Deũ habere vitam æternam, & esse ipsam vitam æternam. Locus sic habet: quare vita, & duratio continua & æterna existit Deo, hoc enim Deus. Et text. 51. asseuerat, Deum habere intellectum & actum intelligendi, qui est ipsum intelligere: atque Deum ipsum, esse ipsum actum intelligendi: & ipsum intelligere. Et assignat rationem: nam si Deus non esset ipsum intelligere, sed compararetur ad illud, tanquam potentia ad actum: iam eius intelligendi operatio esset ei laboriosa. Eius verba sunt. Primum quidem, igitur si non est intelligentia, (hoc est intelligere,) sed potentia: rationabile est, laboriosum esse ei continuationem intelligentiæ. Nunc respondeamus oportet quaestioni propositae aliquibus assertionibus, vt polliciti sumus. ¶ Sit itaque prima assertio. In Deo seclusa quauis operatione intellectus, ex natura rei sunt attributa, & ei necessario conueniunt, vt intellectus, voluntas, iustitia, & misericordia, & reliqua. Hæc est de fide tenenda, quoniam Dei attributa sunt Dei

Assertio.

Dei perfectiones, & omnes Dei perfectiones, necessariò ei conuenire, fide tenendum est: quemadmodum ostendimus superius quaestione. 4. articulo. 2. & etiam hoc est lumine naturali notum: Aristot. siquidem. 12. metaph. tex. 37. probat, Deum esse purum actum: & si Deus non necessariò haberet omnes perfectiones, sed posset carere aliqua: iam esset in potentia ad illam, ac subinde non esset purus actus. ¶ **Secunda assertio:** quauis Dei attributa sunt in Deo ex natura rei, non tamen distinguuntur ex natura rei. Hæc satis profectò probata est aduersus Scotum: quoniam si Dei attributa ex natura rei distinguerentur, essent in Deo infinitæ entitates natura diuersæ: atque adeo Deus esset magis compositus quàm creatura: quod quidem manifestè fidei & rationi aduersatur, vt docet secundum notabile. ¶ **Tertia assertio:** Dei attributa aliqua distinctione distinguuntur. Hæc aperte liquet, ex argumentis quæ fecimus aduersus Aureolum & nominales, præsertim argumento primo: hoc loco illud tu repete. ¶ **Et probatur insuper,** Christus Redemptor noster ea quæ accepit à patre per generationem æternam, vocat plura: quoniam vtens numero plurali ait Matthæi. 11. omnia mihi tradita sunt à patre meo. & Ioannis. 17. nunc, inquit, cognouerunt, quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt: & mea omnia tua sunt. At ea quæ à patre accepit, sunt essentia & attributa: igitur ea plura sunt: non autem plura esse possunt, nisi sit aliqua distinctio, saltem rationis; inter ea: ergo aliqua distinctione distinguuntur. ¶ **Insuper, quauis diuina essentia sit intellectus & voluntas, tamen aliquid conuenit diuinæ essentiæ, quatenus est intellectus (scilicet intelligere, & esse principium verbi) quæ non conueniunt ei, quatenus est voluntas: ergo intellectus & voluntas aliqua ratione distinguuntur. ¶ Tandem, esto essentia diuina sit intellectus & voluntas: alia tamen ratione est intellectus, quia scilicet intelligit: & alia voluntas, quia videlicet vult: ergo intellectus & voluntas distinguuntur aliqua distinctione: & ex consequenti reliqua attributa. ¶ **Quarta assertio,** quæ palàm colligitur ex superioribus. Dei attributa distinguuntur sola ratione, aliqua nanque distinctione distinguuntur, vt dicit tertia as-**

2. assertio.

3. assertio.

1. Probatur.

2. Probatur.

3. Probatur.

4. assertio.

sertio, & non ex natura rei, vt habetur ex secunda, ergo ratione. Hæc est expressa sententia sancti Thom. in 1. distinctione. 2. articulo. 3. & in pluribus alijs suis doctrinæ locis, vbi de hac re loquitur, quæ longum esset recensere. ¶ **Et potest quidem hæc sancti Thom. sententia fulciri testimonio concilij Florentini, vbi sæpe asseritur, essentiam & relationes sola ratione distinguui: & ex mente omnium, non plus distinguuntur attributa inter sese, quàm essentia & relationes. Verba concilij referemus in disputatiõne tertia. ¶ **Vltima assertio:** Sicut Dei attributa non differunt inter se ex natura rei, sed tantum ratione: ita neque ab essentia: quia vtrinque est consimilis ratio. ¶ **Et probatur iuxta sanctorum doctrinam, in Deo idem est habens, & quod habetur, vt docet. 3. notabile:** at diuina essentia habet intellectum, & voluntatem, & misericordiam, & reliqua omnia attributa: ergo ipsa attributa sunt ipsamet diuina essentia: ac perinde ex natura rei nulla est distinctio inter ea. Et hoc planè est, quod Aristotel. insinuat locis allegatis, cù ait: quod ipsa Dei natura est sua vita, & suus intellectus, & suum intelligere. & existimo etiam hanc esse mentem eiusdem Aristotelis; dum asserit, Deum esse substantiam simplicissimam. Hæc insuper attributa, vocat commentator Dei dispositiones. 11. metaph. commentar. 39. & Auicena proprietates. 8. libro suæ metaph. capitulo vltimo, & Algazel designationes. 3. libro suæ metaph. capite primo. Qui omnes vnanimi consensu in locis allegatis, dicunt Dei attributa ex natura rei non differre inter se, & ab ipsa Dei essentia: sed duntaxat ratione. ¶ **Cæterum, ad maiorem omnium quæ diximus explicationem, memoriæ commendare necessum est, quod eum alicuius rei natura virtute & eminenter est plura, ea plura, quæ in illa includuntur, non distinguuntur ex natura rei: sed sunt ipsamet rei natura. Quod pluribus exemplis satis constare potest: natura nanque animæ rationalis, virtute & eminenter est plures formæ: nempe anima sensitua, & vegetatiua, atque forma corporis: quoniam omnium istarum munera & officia exercet: opus scilicet sentiendi, & vegetandi, & esse corporeum confert homini, vt ipsa corporis forma: & istæ omnes formæ in ipsa****

Probatur ex concilio Florentino.

Vltima assertio.

Probatur.

Maxime nota.

in ipsa animæ rationalis natura eminenter incluse, non distinguuntur ex natura rei: sed sunt ipsa animæ rationalis natura. Et lucis, quæ est in sole, natura virtute est, caliditas & siccitas, sol siquidem sua luce calefacit & siccat: verum caliditas & siccitas quæ in luce solis eminenter existunt, non differunt ex natura rei: sed sunt ipsa natura lucis. Et si eadem simplicissima qualitas produceret caliditatem, frigiditatem, siccitatem, & humiditatem: illa esset eminenter omnes quatuor qualitates primæ: & istæ in illa non distinguerentur ex natura rei: sed essent ipsa natura illius simplicissimæ qualitatis. ¶ **Nunc igitur ad rem de qua agimus reuerſi, dicimus quod simili modo, Dei essentia & natura eminenter est omnes creaturarum perfectiones: & formaliter est omnes perfectiones, quæ simpliciter sunt perfectiones: vt scientia, bonitas, æternitas, & reliqua: quemadmodum ostensum est superius quaest. 4. articulo. 2. & istæ omnes in deo non distinguuntur ex natura rei, sed sunt ipsamet Dei natura: Itaque intellectus diuinus, & voluntas diuina, & scientia Dei, & reliqua attributa sunt ipsa Dei essentia, & natura. Ex quibus etiam aperte constat, quod Dei attributa à diuina essentia sola ratione distinguuntur, & nullo modo ex natura rei. ¶ **Et vt istæ omnia lucidiora reddantur, annotare oportet, quod ob id quia diuina essentia alia ratione est intellectus diuinus, & alia diuina voluntas, (vt diximus, 3. assertione, etenim est intellectus quatenus intelligit, & voluntas quatenus vult) ob id, inquam, seclusa operatione intellectus nostri, & seclusa quocunque ordine ad intellectum nostrum, aliquid conuenit diuinæ essentiæ, in quantum est intellectus, quod non conuenit ei, in quantum est voluntas: & vice versa. Nam in quantum est intellectus, est principium quo, gignendi filium, & non spiritum sanctum: & in quantum est voluntas, est principium quo, producendi spiritum sanctum: & non filium. Nec inde colligas, esse aliquam distinctionem ex natura rei inter intellectum & voluntatem diuinam, aut inter diuinam essentiam, quæ est intellectus: & eandem, quæ est voluntas: sed duntaxat est signum, eam non esse limitatam ad aliquem gradum perfectionis: sed omnes qui imaginatione comprehendendi possunt, suapte natura simpliciter continere. Fatemur tamen, inter diui-****

Secundo datur præfati proposito annotatio.

2. Annotatio.

nam essentiam, vt est principium quo producendi filium; & eandem, vt est principium quo, producendi spiritum sanctum; esse distinctionem rationis in ordine ad intellectum nostrum: nam propter has rationes, potest producere diuersas notitias in intellectu creato. Nec propterea colligat lector, quod ex hac distinctione rationis, quæ habet esse in ordine ad intellectum nostrum, sit diuina essentia multiplex principium quo, producendi diuersas personas: nam tunc penderet productio diuinarum personarum ab intellectu creato, quod absurdum: sed e contrario, ob id quia diuina essentia est principium quo, producendi diuersas personas, filium, vt est intellectus: spiritum sanctum, vt est voluntas: ob id, inquam, & ab eo oritur, quod possit producere diuersas notitias in intellectu nostro: atque adeo ab hoc ipso dimanat præfata rationis distinctio in ordine ad intellectum nostrum. ¶ **Sed aduersus ea, quæ definita sunt, argumentamur.** Creatura non fuit ab æterno, ergo Dei attributa non fuerunt distincta ratione ab æterno. Collectio nem autem probamus, quia distinctio rationis efficitur per operationem intellectus, actu formantis de eadem re diuersas notitias: & sola creatura potest formare diuersas notitias de eadem re, Deus vero minime: hoc enim dicit imperfectio, quod Deo ascribi non potest. ¶ **Quod si cui videretur concedere illatum hoc, scilicet Dei attributa ab æterno non fuisse distincta, obijcimus, quoniam ab æterno fuerunt plura: & vbiunque est pluralitas, ibi est distinctio saltem rationis. De distinctione rationis egimus superius quaest. 3. articulo. 3. & vltima quaestione primi libri operculi. & ob id, de illa perfunctoriè modò agemus, vt difficultati, quam argumentum innuit, satisfaciamus. ¶ **Duplex itaque est rationis distinctio, quædam actu: alia aptitudine. Distinctio rationis actu, est distinctio rei, vt cognoscitur per vnâ notitiâ, ab eadem, vt cognoscitur per alteram. Vt docetur, ad de Sorte formamus duas notitias, hominis & animalis: & Sortes, vt cognoscitur per notitiâ animalis, distinguitur actu ratione à se ipso, vt cognoscitur per notitiâ hominis. Distinctio verò rationis aptitudinalis, quam quidam vocant aptitudinalis, alij virtutalem, alij verò fundamentalem, est re posse, producere diuersos conceptus in intellectu creaturæ****

Argumentum.

Obiectio.

Aduersio maxima qua de distinctione rationis e. ad intelligenda plura, in potestatem ipsam tendenda.

creaturā: ita vt ea res, quatenus potest producere vnā notitiā distinguitur distinctione rationis aptitudinali ab eadē, vt potest producere aliam. Vt Sortes seclusa actū operatione intellectus; quatenus homo est distinguitur distinctione rationis aptitudinali à se ipso, quatenus animal est. Quia in quantum homo, potest producere vnā notitiā hominis: & in quantum animal, aliam notitiā animalis: quā etiam distinctione rationis aptitudinali (vt ita loquamur) distinguuntur ante omnem actum intellectus creaturā, materiā, & priuatio, albedo, & similitudo, & innumera alia id genus. Et haec rationis distinctio, habet ordinem ad intellectum creaturā, vt aperte constat ex assignata definitione: Sed est ante omnem operationem intellectus creaturā, & fuit ab aeterno inter Dei attributa: nam ipse Deus ab aeterno potuit producere infinitas notitias in intellectu creaturā specie diuersas, quatenus eminenter est omnia: Et haec rationis distinctio sufficit, vt verificentur, seu potius verā reddantur (ne barbarē loquamur) duo praedicata contradictoria de his, quae sunt idem secundum rem: Etenim seclusa operatione omni intellectus, istae propositiones scriptae sunt verae. Animal est commune omnibus animalibus, & homo non est commune omnibus animalibus: & tamen homo & animal in Sorte sunt idem secundum rem. Et de materia & priuatione, quae duntaxat ratione distinguuntur, vt docet Aristot. 1. phys. tex. 60. sine operatione intellectus, verificantur ista duo contradictoria: materia est subiectum, priuatio non est subiectum; & de albedine & similitudine, quae sunt idē re, verificantur haec duo contradictoria: albedo est qualitas, similitudo non est qualitas, sed relatio. Et in Deo etiam, seclusa omni operatione intellectus (dato impossibili) ab aeterno ista duo contradictoria fuerunt vera: essentia est communicabilis pluribus, patetinitas non item. Et per haec patet responsio ad argumentum, quoniam ferē ad omnia argumenta, quae adduximus in principio, in confirmationem partis affirmantis.

Solutio ad argumentum. Respondemus igitur, quod ab aeterno attributa Dei fuerunt distincta, distinctione rationis aptitudinali: & haec distinctio fuit ab aeterno inter illa, in quantum potuerunt producere diuersas notitias sui in intellectu creato. Respondendum ergo est ad argumentum, negando consequentiam. Et ad

probationem cum dicitur, distinctio rationis efficitur per operationem intellectus, actu formantis de eadem re diuersas notitias; respondemus: id quidem verum esse de distinctione rationis actu, non aptitudinali: quae fuit ab aeterno inter Dei attributa. Si qua sunt in hac quaestione subobscura, aut intellectu difficilia; in sequenti clara reddentur.

Tertia disputationis pars.



Argumenta, quae initio disputationis, vt pars asserens robur fumeret, proposuimus, respondemus. Ad primum, negamus minorem: & ad primam minoris probationem, negamus maiorem, quoniam in pluribus deficit: angelorum enim omnium productiones fuerunt distinctae ex natura rei, & ab eodē omnino principio, scilicet Deo: & productiones caloris, & siccitatis, & luminis, à luce solis sunt distinctae ex natura rei, nihilominus dimanant ab eodē principio, ipsa in qua solis luce. Ad secundam minoris probationem, negamus antecedens, haec scilicet causale: filius & spiritus sanctus distinguuntur realiter, quia filius procedit per intellectum, spiritus sanctus per voluntatem: sed quia opponuntur relatiue, per oppositas relationes originis. Et si, dato impossibili, spiritus sanctus produceretur solus à patre, filius & spiritus sanctus non distinguerentur realiter, vt docet sanctus Th. quaest. 36. art. 2. quāuis filius produceretur per intellectum, & spiritus sanctus per voluntatem. Ad tertiam eiusdem assumptionis probationem, negamus consequentiam: nam sola rationis distinctio inter intellectum & voluntatem, sufficit (vt dictum est) ad hoc, quod praedicatur de eis contradictoria praedicata, scilicet, intellectus est principium producendi filium, voluntas non est principium producendi filium, sed spiritus sanctus. Ad quartam confirmationem, negamus consequentiam: sed ex illo antecedenti solum colligitur, quod intellectus & voluntas distinguuntur ratione. Quod quinto loco asseritur, hoc pacto diluitur, negando quidē maiorem probationem: quoniam sicut Deus non potest definiti ita neque; aliquid eius attributum. Et etiā negamus minorem: nam definitio animalis & hominis

Argumenti solutio. Ad primam minoris probationem.

Ad secundam.

Ad tertiam.

Ad quartam.

Ad quintam.

hominis non dicitur diuersas naturas in homine: diuersae tamen definitiones semper dicunt diuersas rationes. Sexta quoque argumenti confirmatio soluitur negato assumptione: si quidem verum & bonum sunt obiecta intellectus & voluntatis, & sola ratione distinguuntur. Ad septimam respondemus, negando collectionem: etenim sola rationis distinctio inter voluntatem & intellectum satis est, vt illae propositiones verè enuntientur. Ad secundum argumentum negamus assumptionem: & ad illius probationem negamus consequentiam: scilicet, sunt distinctae actiones intelligere & velle, ergo distinguuntur ex natura rei. Quoniam ad distinctionem illarum actionum, sufficiens proculdubio est rationis distinctio: praecipue quoniam diuersitas actionum attenditur penes terminos, & intelligere ac velle Dei habent distinctos terminos: per intelligere namque, vt est dicere, producitur filius: & per velle, vt est spirare, Spiritus Sanctus. In confirmatione autem minoris probatur consequentia: sed sola rationis distinctio inter intelligendi & volendi actum, asserimus sufficit, vt verae reddantur haec propositiones: scilicet, Deus intelligit mala culpae, & non vult mala culpae. Tertij argumenti collectio nullius momenti est, vt constat ex his, quae diximus de distinctione rationis: eam nempe solum satis esse, vt duo praedicata contradictoria verificentur de aliquibus. Quartij etiam argumenti consequentia nulla est: quoniam verum & bonum sola rationis distinctio differunt. Vltimij etiam argumenti collectio eadem ratione profligatur.

Ad sextam.

Ad septimam.

Ad secundum argum.

Ad confirmationem.

Ad tertium.

Ad quartam.

Ad vltimum.

Disputatio secunda.

De attributis.



AC sanè disputatio continet in se plura dubia cognitione digna, ad perfectè indagandam ipsam attributorum naturā, & exactius intelligendā quae dicta sunt disputatione praecedenti. Primum igitur dubium est quod subsequitur.

Primum Dubium.

An distinctio rationis, actu ab aeterno fuerit inter Dei attributa, atque ea fuerint ab aeterno distincta distinctione rationis actu.



T quidem argumentum vltimum, quod fecimus in quaestione proxima, videtur conuincere partem negantem: verum reor, partem affirmantem veram esse: ab aeterno scilicet fuisse distincta: non solum distinctione rationis aptitudinali, sed etiam actu: nam censemus quod distinctio rationis actu, non solum in re cognita pullulat per operationem intellectus creati, formantis de illa duos conceptus: sed etiam per operationem intellectus diuini, qui vnica notitia simplicissima cognoscit eam vnde plura. Exempli causa cognoscit Deus punctum medium, quatenus est vnus linea finis, & alterius principium: pullulat etiam distinctio rationis actu, in re cognita per operationem intellectus diuini, quatenus cognoscit rem, vt potest producere diuersas notitias in intellectu creatura. Et quia ab aeterno Deus cognouit omnia sua attributa, vt possunt producere diuersas notitias in intellectu creatura: ob id, inter illa ab aeterno fuit actualis rationis distinctio: & quoniam ab aeterno cognouit suam essentiam, vt principium quo, producendi plures personas (vt principium quo producendi filium & Spiritum Sanctum: filium, vt ipsa essentia est intellectus: Spiritum Sanctum, vt est voluntas) ob hanc etiam rationem, inter diuinam essentiam, vt est intellectus, & eandem, vt est voluntas, ab aeterno fuit distinctio rationis actu. Ex quibus colligitur, sententiam Capreoli in. 1. distinctione. 8. quaestio. 4. iam ad finem minus veram esse, quo loco asserit, quod si nulla posset esse distinctio realis in creaturis, nulla posset esse distinctio secundum rationem inter attributa diuina: quoniam, dato impossibili, quod non possent esse

Collariis aduersus praesolam.

G

creatu

creaturæ, adhuc esset rationis distinctio in
 ter intellectum & voluntatem diuinâ: quia
 Deus ab æterno cognouit intellectum, vt
 principium quo producendi filium: & vo-
 luntatem, vt principium quo producendi
 spiritum sanctum. ¶ Secundum dubiū est,
 vnde orum habeat pluralitas attributorū
 in Deo, quando ipsa attributa sunt idem ex
 natura rei. Huic quaestioni respondet San-
 Thom. in. 1. distinct. 2. quaest. 1. arti. 3. quod
 oritur ex infinitate Dei, & limitatione in-
 tellectus creaturæ: nam Deus est infinitus,
 & comprehendit nequit nisi à seipso: at in-
 tellectus creatus, siue angelicus, siue huma-
 nus, quia finitus est, nō potest formare vnū
 Dei conceptum, qui ipsum comprehendat
 sed plures: quorum quilibet imperfectè re-
 præsentat essentiam totam, sed non totali-
 ter (vt dicunt scholastici) id est repræsentat
 totam essentiam, vt includit aliquam perfe-
 ctionem: sed non, vt includit omnem. Hac
 ratione D. Tho. in. 1. distinct. 2. quaest. 1. articu-
 3. iuxta sententiam Chrysostomi docet, qd
 angeli laudant Deum: quidam vt bonitatem,
 alij vt maiestatem, & sic de reliquis: in si-
 gnum quod non vident ipsum visione cō-
 prehendenti. At illico occurrit difficultas
 quædam, ad quam explicandam excitamus
 2. Dubiū subleuens dubium. ¶ Tertium dubium, an
 esto creaturæ esse non possent, adhuc repe-
 3. Aliquorū dicitur in Deo pluralitas attributorum. ¶ A-
 liqui affirmant partem negantem, & vide-
 tur palam colligi ex definitione dubij pro-
 ximi: quoniam dicimus attributorum plu-
 ralitatem dimanare ab infinitate Dei, & li-
 4. Soluitur. Ex sententia autoris. ¶ Sed putamus, quod
 quauis non possent esse creaturæ, in Deo
 reperiretur pluralitas attributorum: quoniā
 distinguerentur ratione per operationem
 intellectus diuini, vt ostensum est dubio
 primo: at vbicunq; est distinctio, ibi est plu-
 ralitas. Sed modo re ipsa etiam sunt plura,
 quatenus distinguuntur distinctione ratio-
 nis apertudinali per intellectum creatum,
 qui potest de eis formare diuersos conce-
 ptus. ¶ Quo fit vt pluralitas attributorum,
 non solum dimanet à Dei infinitate, & limi-
 tatione creaturæ, sed etiam ab ipso Deo in-
 telligente illa, vt sunt plures rationes contē-
 tæ in diuina essentia: in illa siquidem est ra-
 tio intellectus, & voluntatis, & aliorum at-
 tributorum: atq; istæ rationes sunt diuersæ,
 & Deus esse diuersas intelligit: nequit enim
 esse aliqua veritas, quā Deus non intelligat.

¶ Dubitatur quartò ad maiorem huius ter. 4. dubium.
 tij dubij declarationem, quid intelligatur
 nomine rationis, cum dicimus in Deo esse
 plures attributorum rationes: & vnam aliā
 non esse. ¶ Ad hanc difficultatem explican-
 dam obseruare oportet, nomē rationis mul-
 tifariam assumi: primo modo, pro anima ra-
 tionali, quatenus per discursum intelligit:
 & quia ad cognitionem rerum pluribus vti-
 tur instrumentis, videlicet definitione, de-
 monstratione, syllogismo, atq; argumento:
 ob id secundo modo accipitur pro defini-
 tione, iuxta illud Aristot. 4. metaph. tex. 28
 Ratio, quā significat nomen, est definitio: &
 tertio pro demonstratione, syllogismo, &
 argumento: in qua quidem significatione
 frequentissimè vtitur nomine rationis: quar-
 tò significat essentiam, quam explicat defi-
 nitio: quinto accipitur pro rei notitia, quæ
 in ratione subijcitur: & vltimò pro signifi-
 cato formali, quod per se & formaliter signifi-
 cat nomen: vel pro conceptu obiectiuo, seu
 re cognita per notitiam: & forsan pluribus
 alijs modis sumitur. Et isto vltimo modo
 vsurpat Aristoteles rationis nomen, cum de
 finit in ante prædicamentis vniouca & æ-
 quiuoca: vniouca inquit, ea dicuntur, quo-
 rum & nomē commune est, & ratio substā-
 tiæ nomini accommodata eadem est: ac si di-
 ceret vniouca sunt res quæ habent vnū no-
 men, cui vnicum significatū formale, & vni-
 cus conceptus obiectiuus respondet. Et. 4.
 metaph. tex. 28. docet, qd propria ratio no-
 minis, est quam significat nomen. ¶ Nunc
 igitur dubium est, in qua significatione su-
 mitur ratio, cum afferimus in Deo esse plu-
 res rationes attributorum, quarum vna nō
 sit alia. ¶ Respondemus, qd potissimum isto
 vltimo modo. Quod quidem cōstat ex plu-
 ribus locis S. Thom. vbi de hac re loquitur:
 ait enim in. 1. sent. dist. 2. quaest. 1. arti. 3. Ratio,
 prout hic sumitur, nihil aliud est, q̄ illud qd
 intellectus apprehendit de significatione a-
 licuius nominis. Et inferius, ratio sapientiæ,
 quæ de Deo dicitur, est illud quod cōcipi-
 tur, de significatione huius nominis sapien-
 tiæ. Et de potentia quaest. 9. arti. 4. loquens
 de significatione materiali & formali, illud
 (inquit) dicitur formaliter significari per no-
 men, ad quod significandum nomen est
 principaliter impositum: quod est ratio no-
 minis. Et paucis interiectis, materialiter
 verbō significatur per nomen, illud, in quo
 talis ratio saluatur. Huic accedit, quod pri-
 mo

Significa-
tiones ratio-
nis.

Dubitatio

Responsio

mo contra gentes capit. 35. inquit: quauis
 nomina dicta de Deo, eandem rem signifi-
 cent, non tamen sunt synonyma: quia non
 significant rationem eandem. At quia non
 facile intellectu est, quoniam pacto in diui-
 na essentia sint diuersæ rationes attributo-
 rum: quando asseruimus omnia Dei attri-
 buta, esse idem ex natura rei cum diuina es-
 sentia. Ob id ad maiorem explanationem
 notandum est, quod quauis duo sint idē
 secundum naturam, potest tamen nomen
 imponi ad significandum vnum, & non al-
 terum: quia ratione distinguuntur. Quod
 pluribus exemplis illustrare oportet, quo-
 niam rei difficultas ita exposcit: Albedo
 nanq; & similitudo sunt idem re, sed nomē
 similitudinis non fuit impositum ad signifi-
 candum albedinem, quæ est qualitas: sed re-
 lationem similitudinis. Et actio & passio
 sunt idem re, ex Aristot. 3. Phys. tex. 18. scilicet
 motus qui subijcitur in mobili: verūm
 nomen actionis non fuit impositum ad si-
 gnificandum passionem: neq; nomē passio-
 nis actionem. Et album & corpus sunt idē
 re, tamen nomen albi non fuit impositum
 ad significandum corpus, sed album. Nam
 vt dicit Aristot. in prædicamentis substan-
 tiæ, album, solum quale, aut qualitatem si-
 gnificat: & si fuisset impositum ad signifi-
 candum corpus, significaret substantiam & nō
 qualitatem. ¶ Quo fit, vt nominis sit duplex
 significatum: alterum formale, & est illud
 ad quod significandum impositum est no-
 men: vt album, re ipsa est significatū forma-
 le huius nominis album: alterum est mate-
 riale significatum, & est illud, quod est idē
 re cum significato formali: vt corpus, huius
 nominis album est materiale significatū: quod
 propriè non est significatum: eius, sed im-
 propriè. ¶ Ad rem igitur, dicimus quod no-
 mina attributorum non fuerunt imposita
 ad significandum essentiam, vt essentia est,
 sed eius perfectiones: quæ esto sint eadem
 cum essentia, distinguuntur tamen ab ea ra-
 tione. Vt hoc nomen Dei sapientia, nō fuit
 impositum formaliter ad significandū Dei
 essentiam, ac subinde neque eius signifi-
 catum formale est diuina essentia: sed in sti-
 turum est ad significandum Dei sapien-
 tiam, atque adeo illa est significatum forma-
 le huius nominis. Et nomen æternita-
 tis consimili ratione, non fuit impositum
 ad significandum Dei essentiam, sed eius
 æternitatem: & de alijs nominibus attribu-

Nota.

Corollarium

Nota.

torum idem est iudicium. ¶ Ex quo colligi-
 gunt Scholastici, diuinam essentiam non
 esse significatum formale nominum attribu-
 torum, sed potius ratione: quia est idem
 re cum significatis formalibus eorum. Pro-
 cul tamen abesse volo à pijs mentibus, vt
 suspicentur rationem aliquam materie po-
 nendam esse in diuina essentia: cum hoc in-
 iurium sit, & blasphemum contra eius na-
 turam, quæ purus actus est. ¶ Ex his aperte
 deducitur, attributorum rationes esse di-
 uersas: quod probamus. Ratio nominis at-
 tributi est eius significatum formale, at si
 significata formalia attributorum sunt di-
 uersa ratione: igitur attributorum ratio-
 nes sunt diuersæ. ¶ Secundò, id est ratio
 alicuius, quod per definitionem eius, quid
 rei, vel quid nominis explicatur: vt ratio al-
 bi, est habere albedinem: & hoc docet A-
 ristotel. vbi supra. 4. metaph. tex. 28. Sed
 quauis attributa Dei non possint defini-
 ri definitione quid rei, habent tamen diuer-
 sas quid nominis definitiones: ergo eo-
 rum rationes sunt diuersæ. Quod autem
 habeant diuersas definitiones quid nomi-
 nis, seu potius explanationes, constat: nam
 Dei sapientia isto modo explicatur: est per-
 fectio qua Deus scit: & æternitas, est per-
 fectio, qua Deus in æternum viuunt absque
 initio & sine voluntas, qua vult: intelle-
 ctus, quo intelligit: & sic de reliquis.
 ¶ Tertio, si Dei attributa non haberent
 diuersas rationes, propterea esset, quia
 sunt eadem re cum diuina essentia: sed hoc
 non obstat, animal nanque & homo, in
 Sorte sunt idem, & tamen habent diuer-
 sas rationes: igitur Dei attributa habent
 diuersas rationes. ¶ Item si Dei attributa
 re distinguerentur, haberent diuersas
 rationes: sed quod sint idem re non im-
 pedit, vt constat: ergo habent diuersas
 rationes. ¶ Ex dictis inferunt etiam, quod
 si aliquis roget, quæ sit sapientiæ ratio,
 respondendum non est, est diuina essentia,
 sed ipsa Dei sapientia: ad quam significan-
 dum fuit formaliter impositum hoc nomē
 sapientia: vel quod est id, quod explicatur
 per definitionem: quid nominis huius vo-
 cabuli sapientia: scilicet perfectio, qua
 Deus scit. Simili modo respondendum
 est, cum quaeritur de ratione aliorum attri-
 butorum. ¶ Elicitur tertio, nomina attribu-
 torum non esse synonyma: quoniam habent
 diuersa significata formalia, & diuersas

Probatio 1.

Probatio 2.

Probatio 3.

Probatio 3.

Probatio 4.

Corollarium 2.

Corollarium 3.

nomine fin. sententiam ad cuius declarationem, recolere oportet ea quae docuimus quaestio. 1. opuscul. de natura entis. videlicet quod seipso immediatè & intrinsecus includitur in omnibus rebus. Neque enim esse potest aliqua res, quae intrinsecus non sit ens: neque etiam cogitatione comprehendi potest, quicquid afferat. Secus: Qui affirmat vicimas differentias non esse de se entia: cuius opinionem confutauimus in opusculis. loco allegato. Nunc itaque dicimus, quod quemadmodum ens se habet ad omnes res: ita diuina essentia se habet ad omnia diuina: nam absoluta, tam relatiua. A deo quod situr ens intrinsecus & essentialiter in cluditur in omnibus rebus, & quilibet res est intrinsecus & essentialiter ens, ita diuina essentia intrinsecus & essentialiter includitur in quolibet re diuina: siue absoluta, siue respectiua: & quilibet huiusmodi intrinsecus & essentialiter est diuina essentia: vt paternitas, filiatio, spiratio actiua & passiua, & eternitas, & quodlibet aliud attributum. Et placet probatur, quia nequit aliquid esse in deo, quod non sit de se & intrinsecus: Deus atque diuina essentia: arbitramur enim blasphemum, asserere quod aliquid sit in deo, & quod de se atque intrinsecus non sit Deus. Nam si de se non est Deus, de se erit creatura: quae ab aeterno fuit in deo: vel datur aliquid medium inter Deum & creaturam, quod neque est Deus, neque creatura: quod falsè pugnat. Et hinc nimium videretur sententia sancti Thomae, quae sit. 7. art. 2. ad 3. eius verba sic habent: Ipsi facti in perfectione diuini esse, continentur & verbum intelligibiliter procedens, & principium verbi: sicut & quaecumque ad eius perfectionem pertinent. Quibus verbis innuit, quod esse Dei, & perfectio diuini esse, quae est ipsa essentia diuina, continentur in se omnia diuina: tam absoluta quam relatiua: sicut ens continet omnes res. Et quidem loquitur de continentia communicationis (vt terminis scholasticorum vtar) qua diuina essentia est communis omnibus rebus diuinis, & in eis includitur intrinsecus: & non de continentia interita, quae vnum intrinsecus & essentialiter continet aliud: vt eodem loco existimare videtur Caiet. Nam diuina essentia, esse eius, & perfectio non continentur in se intrinsecus relatiua: si enim relatio filiationis intrinsecus contineretur in diuina essentia, & in esse, atque perfectione eius: cum ista sint dom-

inia paternitati, filiatio, esset de essentia paternitatis: & eadem ratione quodlibet relatiuum diuinum esset de essentia alterius: & ex consequenti non distinguerentur inter se realiter. Et quod relatiua & relationes non intrinsecus continentur in diuina essentia, sed illa in ipsis, docet Sanctus Thomas, quaestio. 3. art. 3. ad 1. vbi dicit, quod absoluta vt essentia, & attributa, sunt de intellectu propriorum (id est relatiuorum) sed non e conuerso. Et ni fallor, verba illa sancti Thomae, proxime allegata non possunt alio pacto intelligi, nisi praedicto modo: videlicet quod sicut omnes res continentur in ente, quia ens illis est commune: ita verbum, & principium verbi, & omnia relatiua & absoluta continentur in esse Dei; & perfectione diuini esse: quae nihil aliud sunt quam diuina essentia. Quoniam omnia haec sunt communia omnibus rebus diuinis & absolutis, & relatiuis, & in eis essentialiter includuntur. Hac ergo annotatione praemissa, probamus sententiam nostram: omnia attributum intrinsecus continet diuinam essentiam; vt constat ex annotatione praemissa: at diuina essentia intrinsecus continet omnia attributa, vt ostensum est dubio praecedenti: ergo de primo ad vltimum omne attributum intrinsecus continet quaecumque alia attributa: & ex consequenti quodlibet attributum includitur essentialiter in quolibet: & de essentia cuiuslibet alterius. Et haec profecto sententia est Augustini, qui de trinitate, ca. 7. in fine, loquens de attributis Dei, eadem (inquit) magnitudo eius est, quae sapientia: & eadem bonitas, quae sapientia, & eadem magnitudo: & eadem veritas, quae illa omnia. Haec Augustinus, & eodem modo de trinitate, in fine dicit. Eadem quippe virtus, quae sapientia: & eadem sapientia, quae virtus est: ita ne igitur etiam de ceteris, vt eadem sit magnitudo quae virtus, & si qua alia quae vel supra commemorata sunt, vel commemorata: adhuc possunt? Haec etiam Augustinus. Quibus verbis satis ostendit, quodlibet attributum includere essentialiter reliqua omnia: nam ait aperte, quod bonitas est ipsa sapientia: & sic de similibus. Quod non est intelligendum solum secundum se: nam sic, etiam diuinae personae sunt vna res, scilicet ipsa diuina essentia: sed intelligit quod ratio cuiuslibet includitur essentialiter in ratione omnium. Et tandem, ca. 10. de trinitate, prope finem concludit. Singula sunt in singulis, & omnia in singulis: & singula in omnibus,

bus, & omnia in omnibus: & vnum omnia. Sic habent verba Augustini. Quam regulam etiam magister sententiae intelligat de personis in 1. dist. 19. circa finem, verum iudicio meo Augustinus non solum intelligit eam de personis, sed de attributis etiam. Nam paulo superius ante haec verba, in eodem capite sic ait: primus ac summus intellectus, cui non est aliud viuere, & aliud intelligere: sed id quod est intelligere, hoc viuere: hoc est, esse vnum omnia. Vbi notum est, quod loquitur de attributis: istae enim omnia quae commemorata, attributa sunt: intellectus scilicet, viuere, intelligere, & esse: de quibus ait, quod vnum est omnia. Et probamus regulam praefatam debere potius intelligi de attributis, quam de personis: nam quauis quod ad aliqua quae in illa continentur, possit intelligi de personis: quia filius est in patre, & pater in filio, & spiritus sanctus in vtroque, & singulus in singulis, Ioan. 14. ego in patre, & pater in me est: sed de personis non potest intelligi extrema pars regulae, hoc est, vnum omnia: videlicet, vna persona tres personae: nisi quis dicat, eam vltimam particulam intelligendam de diuina essentia: ita vt diuina essentia sit omnia, tam absoluta quam relatiua. Quod si hac via respondeatur, manifestum est regulam illam non intelligi de personis, quod ad omnia quae continentur: quod nos contendimus probare, & haec est expressa sententia Anselmi in monologio cap. 16. vbi inter plura alia, loquens de attributis inquit. Idem igitur est quodlibet vnum illorum, quod omnia sunt simul, siue singula: vt cum dicitur iustitia vel essentia, idem significat quod alia, vel omnia simul, vel singula. Hoc clarissimè innuit sanctus Thomas superius quaestio. 13. art. 5. vt à nobis eo loco animaduersum est. **Nota.** Observandum tamen est, quod si praefata regula de attributis intelligitur, longe alium sensum habet, quam si de personis accipiatur habitura: esset: quoniam vna persona dicitur esse in alia, quia habet eandem essentiam: vt docet Augustinus. de fide ad Petrum cap. 1. at vnum attributum dicitur esse in alio, quia est in eo intrinsecus & essentialiter: quo pacto vna persona non est in alia, neque vna relatio in reliqua. Ac fateor libenter ignorantiam meam, me verba Augustini in pluribus suis doctrinae locis saepius repetita, percipere aliter non posse, nisi iuxta hanc, quam in praefata statuimus sententiam. Huc facit quod dicit Bernardus de

consideratione lib. 5. cum sermonem faceret de Deo & attributis eius inquit. Vides tantam esse latitudinem, quam & longitudinem. Vtinam sic videtas non tantam esse, sed ipsam: id esse vnam, quod alteram: non minus vnam, quam duas: nec plus duas, quam vnam. Deus aeternitas, Deus caritas est, Longitudo sine profensione, latitudo sine distensione, &c. Aduersus tamen sententiam nostram argumentor primò. Pugnatur quod aliqua duo se inuicem includat, vt quod A. & B. se inuicem includat, nam tunc idem esset includens & inclusum respectu eiusdem, quod inuoluit contradictionem: sicut quod aliquid sit totum & pars respectu eiusdem: falsum igitur est quod asserimus, videlicet quod attributa se inuicem intrinsecus includant, & essentia attributa, & vice versa ipsa attributa essentiam. Fator quidem hoc argumentum operam requirere ad sui solutionem: etenim diuina essentia & eius attributa sunt manifestissima natura: & autore philosopho. 2. metaph. text. 1. Sicut se habet oculus nocte ad lumen solis, ita se habet intellectus noster ad manifestissima natura. Sed respondemus primò, quod si hoc argumentum conuinceret, simile huic probaret aliquid contrarium fidei, quod esse nequit: hoc scilicet, pugnatur quod aliqua sic se habeant, quod primum sit in secundo, & secundum in primo: quemadmodum inuoluit contradictionem quod A. sit in B. tanquam in loco, & vice versa: igitur diuinae personae non sunt in se inuicem: atque adeo pater non est in filio, nec filius in patre, quod est haereticum. Sicut ergo hoc argumentum non conuincit, neque conuincere potest: ita neque primum simile huic. **Secundò** respondemus cum Augustino, **Secundò** qui. 6. de Trinitate. cap. 10. in fine, postquam statuerat regulam illam generalem, singula sunt in singulis, & omnia in omnibus, & car. Perpendens difficilem eius intelligentiam, videlicet, quoniam pacto singula sunt in singulis, & omnia in omnibus, subiicit. Qui videt hoc vel ex parte, vel per speculum & in enigmate, gaudeat cognoscens Deum: & sicut Deum honoret: & gratias agat. Qui autem non videt, tendat per pietatem ad videndum: non per caecitatem ad calumniandum. Verum ne videamur subterfugere argumenti difficultatem, in forma respondeamus oportet. Atque respondemus. 3. negando maiorem: videlicet,

cet, pugnat quòd aliqua se inuicem includant: imò illud non repugnat, quando illa natura sua sunt vna res simpliciter infinita. Profectò si animal esset infinita perfectio- nis, simpliciter se inuicem includerent per- fectio hominis & equi, nã homo includit animal: & si animal esset infinita perfectio- nis, simpliciter includeret intrinsecus per- fectioem equi: & ex consequenti homo intrinsecus includeret equi perfectioem, & eodem pacto perfectio equi hominis per- fectioem intrinsecus comprehenderet in se: atque hac ratione idea in Deo quæ sunt eminenter creaturarum perfectiones, se in- uicem includunt: quia qualiter includit diuinam essentiam: ita quòd in Deo emi- nenter equus in se intrinsecus continet em- inenter hominem mediata, ratione diui- na essentia quam in se essentialiter habet. ¶ Et insuper quòd non inuoluar contradi- ctionem, aliqua se inuicem includere, pro- batur: quia simile contingit in passionibus entis verum, bonũ, vnum, quæ se inuicem formaliter includunt: vt fusè ostendimus in opuscul. quæst. 15. Et sanè sunt qui dicat hoc ipsum contingere in actione & passio- ne, ita vt actio & passio se inuicem essentia- liter includant: quauis hæc sit falsa, actio est passio: quoniam actio & passio sunt ab- stracta diuersorum prædicamentorum, quæ appellant (vt dicunt dialectici) proprias ra- tiones in ea propositione: quamobrem facit hunc sensum, ratio actionis est ratio pas- sionis, quod nimirum falsum est. Actio verò & passioem se inuicem essentialiter includere, ostendere nituntur supposita do- ctрина Arist. 3. phys. tex. 28. & sequentibus, quam nos sæpe repetimus: vt pote quòd a- ctio & passio sunt motus qui subijcitur in mobili, qui est actio in quantum est actus mouentis, & à mouente dimanat: & passio in quantum recipitur in passio. Assueant præterea, quòd sicut motus essentialiter est ens & accidens, ita essentialiter est actio & passio respectu diuersorum: actio quate- nus est actus mouentis, passio quæ est actus mobilis. Quòd si ista omnia vera sunt, satis aperte ex eis colligitur actionem & pas- sionem se inuicem essentialiter includere: quia actio essentialiter est motus, cum motus sit commune ad actionem & passionem, vt animal ad hominem & equum ex Ari- sto. loco allegato: vbi dicit, quòd tam actio quam passio est motus, & motus essentiali-

ter est passio (ex hypothesi) ergo de primo ad vltimum actio essentialiter est passio. Et eadem methodo probari potest quòd pas- sio essentialiter est actio, nam essentialiter est motus, & motus essentialiter est actio: ex eadem suppositione. Quòd si hoc phi- losophorum placitum non tibi prorsus sa- tisfaciat, sicut nec nobis planè arridet, nihil nostra refert: quoniam absq; horum doctri- na abunde satisfactum esse argumento ar- bitramur. ¶ Secundo argumentamur. Intel- lectus & voluntas habent diuersas ratio- nes, vt in dubio. 3. & 4. diximus: ergo vnu non est de essentia alterius. Huius argumẽ- ti collectio non valet, quoniam animal & homo habent diuersas rationes: verum ani- mal est de essentia hominis. ¶ Tertio, volun- tas & intellectus sunt abstracta, ergo vnu de altero non prædicatur in prædicatione formali: esto vnum sit de essentia alterius. Assumptum autem probamus, nam abstra- cta in communi modo loquendi importat proprias rationes: quocirca à pluribus negatur doctoribus ista, humanitas est anima- litas: sensus nanq; eius est, ratio hominis, est ratio animalis. Hac ratione aliqui persuasi negant istam propositionem, intellectus di- uinus est voluntas diuina formaliter veram esse, tamen si fateantur esse veram identicè: & idem dicunt de omnibus alijs abstractis attributorum, vt æternitas & iustitia. Et qui- dem sententia hæc probabilis est, & forsitan pluribus satisfaciat. ¶ Ceterum secundò ref- pondemus hanc esse veram formaliter. Intel- lectus diuinus est diuina voluntas. Neq; est simile de ista, humanitas est animalitas: quæ sunt abstracta vltimata abstractione (vt di- cunt dialectici) intellectus autem & volun- tas minimè: sed abstracta vltima abstractio- ne esse possunt ista complexa: ratio intel- lectus & ratio voluntatis. ¶ At obijciat aliquis, hæc est essentialis: intellectus diuinus est diuina voluntas, & vice versa: igitur hæc est vera, intellectus diuinus in quantum diui- nus intellectus, est voluntas diuina: & è conuerso. Quoniam omne prædicatum quod est de essentia subiecti, de eo dicitur cum particula quam vocant reduplicatiua: vt quoniam animal est de essentia ho- minis, hæc est vera: homo in quantum ho- mo, est animal. ¶ Respondemus hanc propositionem, intellectus diuinus quæ in- tellectus diuinus, est voluntas diuina, & cõ- similes, distinguendas: si illa siquidem parti- cula

Quæstio 28. plucium.

2. argumẽtum.

Solutio.

3. argumẽtum.

Solutio.

Obiectio.

Responsio.

cula reduplicatiua importat rationem cõ- munem vtriq; videlicet essentiam: ea pro- positio est vera. Quòd sic ostenditur: intel- lectus diuinus quæ intellectus diuinus, est essentia diuina, vt probatum est: sed essen- tia diuina quæ essentia diuina, est voluntas diuina: ergo de primo ad vltimũ intellectus diuinus, quæ intellectus diuinus, est voluntas diuina. Si aut particula illa dicitur propria ra- tionẽ, præfata propositio est falsa: sensus siquid- è est, ratio intellectus est ratio voluntatis, & isto modo distinximus in articulo præcedẽti istam propositionem, relatio realis in quã- tum relatio, est ens. ¶ At opponimus. Intel- lectus diuinus quæ intellectus diuinus, est voluntas diuina, & vice versa: ergo intel- lectus in quantum intellectus, vult: & volun- tas in quantum voluntas, intelligit: atq; adeo actus intellectus est actus voluntatis: ac per- inde sequitur spiritum produci per actum vo- luntatis, & spiritum sanctum per actum in- tellectus: quod sanè esse errorẽ ostendimus quæst. 27. Sequitur insuper, quòd Deus in- tellectu vult, & voluntate intelligit: quæ om- nia absurda sunt: & contra communem do- ctorum Phrasin. ¶ Hæc obiectioem dilui- mus negata prima collectione: quoniam se- cundum vulgari sermonis virtutem, verba adiectiua in illis propositionibus appellant proprias rationes. Itaq; sensus est, qd Deus intelligit secundum rationem voluntatis, & vult secundum rationem intellectus, & quòd ratio intellectus est ratio voluntatis, quod manifestè falsum est. Et hac ratione ista est falsa, homo in quantum homo, senti- tit: nam significat quòd propria ratio homi- nis (quæ est rationale) est principium pecu- liare sentiendi, quod verum nõ est: etenim solum est principium intelligendi per discursum. ¶ Quarto, intellectus diuinus quæ in- tellectus diuinus, est voluntas diuina, & è contra sed intellectus diuinus est principiu quo producendi filium, ergo & voluntas: & voluntas est principium producendi spi- ritum sanctum, ergo & intellectus. Præfa- ta consequentia nullæ sunt, quoniam in- tellectus & voluntas ratione distinguuntur: quapropter vnum est principium quo filii, alterum spiritus sancti, perinde ac ho- mo & animal quæ ratione distinguuntur, & homo est principiu intelligendi per discursum, & animal sentiendi: esto propositio hæc vera sit, homo in quantum homo, est animal. ¶ Vltimò, intelligere Dei & velle

Obiectio.

Responsio.

Quarta argumẽtum.

Solutio.

Vltimum.

Dei sunt attributa, & vtrunq; est de essen- tia alterius: ergo istæ propositiones sunt for- males & essentielles: intelligere dei est velle Dei, & vice versa: ac proinde sequitur qd velle Dei, in quantum velle, est intelligere Dei, & e conuerso. At hoc falsum est, etenim velle & intelligere Dei sunt distinctæ actio- nes, vt docet sanctus Tho. quæst. 27. arti. 5. Insuper, quia intelligere Dei est productio filij: & velle, spūs sancti. Itẽ si intelligere for- maliter est velle, sequitur qd intelligere pec- cata, est velle peccata: atq; adeo quæadmo- dum Deus intelligit peccata, vult peccata: Quod nẽpe quàm blasphemũ sit id cõcedere, omnibus constat. ¶ Quidam thomistæ doctores non ignobiles hoc vltimo argu- mento persuasi, cõcedunt omnes illas pro- positiones in argumento assumptas, scilicet intelligere Dei formaliter est velle Dei, & vice versa: & intelligere Dei in quantum in- telligere ipsius, est velle ipsius, & è contra- rio. ¶ Alii verò etiam classicis doctoribus placuit, præfatas propositiones negare pro- pter obiectioem adductam: & assignant causam quare hæc propositio falsa sit in sensu formali, intelligere Dei est velle dei: quia intelligere Dei & velle Dei (inquunt) im- portant & appellant proprias rationes, eò quòd sunt verba adiectiua, vti diximus: vel quoniam sunt abstracta vltimata abstractio- ne: quãdo idem pollent intelligere & velle, quòd ratio intelligendi & ratio volendi: ac subinde illarum propositionum sensus est, quòd ratio intelligendi & ratio volendi sunt vna ratio: quod nimirum falsum est vt ostendimus dubio. 4. ¶ Nos verò in primis asserimus hanc propositionem, intelligere Dei est velle Dei, veram esse in sensu iden- tico: in hoc videlicet, intelligere Dei & velle Dei sunt idem, putã diuina essentia: & oppositũ affirmare esset apertus error. ¶ Secundo asserimus, qd quauis præfata pro- positiones essent veræ, nihilominus intel- ligere & velle Dei ratione distinguuntur: Quamobrem intelligere potest esse produ- ctio filij, & velle spiritus sancti: & sunt di- stinctæ actiones, quoniam habet distinctos terminos: hoc est, filium & spiritũ sanctũ: si quidem illæ sunt distinctæ actiones, quæ habent distinctos terminos. Neque etiam sequitur quòd Deus velit peccata, nam ista consequentia nulla est: intelligere Dei est velle formaliter, ergo intelligere peccata est velle peccata. Esto enim intelligere Dei for- maliter

Obiectio.

Sententia quorundã.

Aliorum sententia.

Autoris sententia.

Secunda responsio.

maliter sit velle eius, distinguuntur tamen ratione, & habent distinctas rationes: vt calescere formaliter est agere, sed tamen habent distinctas rationes & definitiones: calescere enim est producere calorem, at vero agere non ita definitur potest, producere calorem: alioqui enim nullum esset agens præter calidum: sed agere sic definitur, est efficere aliquid. Fatemur verò istam consequentiam bonam esse, intelligere & velle Dei sunt idem formaliter, & vtrunq; de essentia alterius, & non distinguuntur re, nec ratione: ergo intelligere peccata est velle peccata: sed antecedens est falsum, quâdoquidem intelligere & velle ratione distinguuntur, cum sint naturâ suâ apta producere diuersas notitias in creatura, & ab ipso Deo

Responsio vt diuersæ actiones intelligantur. ¶ Tertio respondemus, quòd prædictæ propositiones ob id quòd ingenerant contrarios sensus in mentibus diuersorum sapientium, sunt distinguendæ iuxta hunc modum: nam si sensus earum est, quòd vtrunq; est de essentia alterius, intelligere scilicet & velle, vt probatum est: vere sunt. Si autem sensus earum est, quòd intelligere & velle Dei habet eandem rationem: falsæ quidem sunt, vt liquet ex dubio. 4. Et hoc pacto possunt distinguari reliquæ omnes propositiones, in quibus vnum attributum prædicatur de alio: quando dubium est an sint veræ in sensu

Vltimum formalis. ¶ Vltimo argumentatur: hoc nomen Dei sapientia, duntaxat fuit impositum ad significandum sapientiam diuinam, & eius rationem atq; perfectionem, & non reliquas rationes atq; perfectiones aliorum attributorum: ergo sapientia Dei vt sapientia, & vt attributum sapientia, & vt hoc nomine sapientia significatur, non includit essentialiter omnia alia attributa, & eorum perfectiones: vt diximus. Respondemus quidem, argumentum conuincere, quòd Dei attributa non se inuicem immediatè includunt propter suas rationes formales, quoniam ea sunt diuersa, vt diximus dubio quarto: verum se inuicem includunt mediatè & ratione diuinæ essentia, quæ in omnibus intrinsecus & essentialiter includitur, vt præmissum est. Ita quòd Dei sapientia includit essentialiter æternitatem, quia includit essentialiter diuinam essentiam: & diuina essentia includit essentialiter æternitatem: & sic de reliquis attributis dicendum

Amotus est. ¶ Ad quam rem exactius intelligendam obseruandum fuerit, quòd res quæ est Dei sapientia est simpliciter infinitè perfectionis, & continet in se omnes perfectiones: sed Dei sapientia quatenus attributum sapientia, & quatenus significatur hoc nomine sapientia, solum continet perfectionem sapientia, quia hoc nomen duntaxat fuit institutum ad significandum rationem & perfectionem sapientia, at ipsa ratio sapientia, vt est diuina essentia (quia vt diximus quicquid est in Deo essentialiter est diuina essentia) & vt essentialiter includit diuinam essentiam, includit etiam mediatè & completitur omnes alias perfectiones, quæ in ipsa diuina essentia intrinsecus continentur, quæ tamen non significantur nomine sapientia. Vt nomen homo fuit formaliter impositum ad significandum hominem, sed non ea quæ in homine includuntur: scilicet animal, substantia animata, corpus &c.

obseruandum fuerit, quòd res quæ est Dei sapientia est simpliciter infinitè perfectionis, & continet in se omnes perfectiones: sed Dei sapientia quatenus attributum sapientia, & quatenus significatur hoc nomine sapientia, solum continet perfectionem sapientia, quia hoc nomen duntaxat fuit institutum ad significandum rationem & perfectionem sapientia, at ipsa ratio sapientia, vt est diuina essentia (quia vt diximus quicquid est in Deo essentialiter est diuina essentia) & vt essentialiter includit diuinam essentiam, includit etiam mediatè & completitur omnes alias perfectiones, quæ in ipsa diuina essentia intrinsecus continentur, quæ tamen non significantur nomine sapientia. Vt nomen homo fuit formaliter impositum ad significandum hominem, sed non ea quæ in homine includuntur: scilicet animal, substantia animata, corpus &c.

Disputatio tertia.

An Dei relationes distinguantur à diuina essentia, ex natura rei.



AD EM quæstio est de personis, an distinguantur ex natura rei ab essentia: siquidem persona nihil aliud est, quàm relatio per se subsistens, vt dicit Sanctus Thom. quæst.

40. arti. 1. ad. 2. ¶ Hanc disputationem agunt doctores scholastici super magistrum in. 1. di. 33. de qua re fuit error Gilberti Porretani qui assererat, Dei relationes distinguuntur à diuina essentia. Quem errorem in concilio Remensi reuocauit, vt dicit in præfati articulo sanctus Thom. quanuis eius reuocatio in scriptis huius concilij non habeatur: constans tamen veritas est in eo concilio recantasse. Ac proinde disputatione præfata, inter scholasticos, qui circa hanc rem nulla erroris labe infecti sunt, est solummodo futura. Scotus in. 1. dist. 2. quæstione. 7. probat partem affirmantem pluribus rationibus, quarum prima sit. Essentia diuina conclusa quacumq; intellectu operatione (dato impossibili) communicatur tribus personis, paternitas non item: ergo diuina essentia

Error Gilberti

Concilium Remense

Sententia Scoti

Argumentum Scoti

Secundum. ¶ Secundò, pater æternus intelligens se, intelligit essentiam suam, & paternitatem: nunc percontatur, an intelligat essentiam suam & paternitatem, vt duo obiecta formalia, aut vnum & idem obiectum sub alio & alio modo concipiendi: si dicitur secundum, ergo essentia & paternitas non plus differunt, quàm abstractum & concretum: vt deitas & Deus, homo & humanitas: quæ prorsus re ipsa nulla distinctione distinguuntur, sed tantummodo secundum diuersos modos concipiendi: at diuersus modus concipiendi aliqua duo, non sufficit ad faciendum, quòd vnum sit commune, & alterum non: ergo falsum erit asserere, quòd essentia est pluribus communis, paternitas verò non: sed consequens est hæreticum, ergo. & id ex quo habetur. Si verò concedas primum, hoc est, patrem intelligere essentiam & paternitatem, vt duo obiecta formalia, argumentatur in hunc modum. Deus ea intelligit notitia intuitiua, at notitia intuitiua est de re præfata, actu existente in rerum natura secundum se, vel in alio eminenter, (dicit Scotus) vt Deus intueatur antichristum in sua essentia, quæ eminenter continet ipsum, & ipsa est in rerum natura, ergo diuina essentia & paternitas sunt duo obiecta formalia actu, in re, priora notitia, siquidem obiectum præsupponitur ad notitiam: ac perinde distinguuntur ex natura rei, ante omnem actum intellectus. ¶ Tertio, pater communicat filio essentia, & non paternitatem: ergo essentia & paternitas sunt entitates distinctæ ex natura rei. Nam si essentia vnum secundum rem, sicut communicat essentia, communicaret paternitatem filio, quòd est hæreticum: & oppositum haberetur in definitione concilij Florentini, quod sic habet: omnia quæ patris sunt, ipse pater vnigenito filio suo gignendo dedit, præter esse patris.

Tertium. ¶ Quarto, essentia ante omnem actum intellectus est communis, vt dictum est, persona non: ergo persona, etiâ ex natura rei, distinguitur ab essentia. His argumentis, & aliis Scotus vbi supra, commotus, opinatur diuinam essentiam & Dei relationes, ex natura rei esse distinctas realitates, & entitates: (vt Scoti verbis) ait enim, potest concedi, quod ante omnem actum intellectus est realitas essentia, quæ est communicabilis: & realitas suppositi, qua suppositum est incommunicabile: & ante actum intellectus hæc rea-

litas formaliter non est illa. Et paucis interiectis, dico, inquit, quòd in essentia diuina ante actum intellectus, est entitas. A. & est entitas. B. & hæc, non est formaliter illa. Hæc ille. ¶ Contra sententiam Scoti argumentatur primò: pater constituitur ex relatione & essentia (vt ipsemet fatetur Scotus) sed relatio & essentia, sunt diuersæ ex natura rei, entitates, ergo pater est compositus, ac perinde Deus: quòd esse contra catholicam fidem liquet, & etiam contra naturale lumen rationis, quemadmodum ostendimus disputatione prima. Consequentia autem liquid constat, siquidem compositio nihil aliud est, quam adunatio plurium in eodè. ¶ Secundò, iuxta sanctorum doctrinam (vt 2. Argo. in eadem disputatione huius articuli diximus) idem est habens, & quòd habetur: at pater habet essentiam, ergo essentia & pater sunt idem omnino ex natura rei, ac perinde paternitas & essentia. Et ne molestè eadem sæpius repetamus, plandè omnia, aut plura argumenta, ex his quæ fecimus aduersus Scotum disputatione. 1. & in confirmationem partis negantis, ad probandum videlicet, Dei essentiam & attributa non differre ex natura rei, militat contra hæc Scoti sententiam: mutandis quæ mutari debet. Et tandem concilium Florentinum aduersatur Scoto, vt probabimus in secunda parte. ¶ Fuit in super Durandi placitum in. 1. di. Durandi o. stin. 33. quæstio. 1. art. 3. quo in loco tria asseruntur, primum: quòd seclusa quacumq; operatione intellectus, essentia & paternitas distinguuntur ex natura rei: quòd probat, quia essentia est in aliquo supposito, in quo non est paternitas. Dicit secundo, quòd paternitas & essentia non distinguuntur realiter simpliciter, quoniam sunt vnica res, putà diuina essentia. Tertio affirmat, quòd in rerum essentiam & paternitatem, est distinctio realis secundum quid: quando quidem, inquit, est distinctio ex natura rei inter ea, & quævis huiusmodi est realis: saltem secundum quid. & quòd de paternitate asserit, de quacumq; etiam diuina relatione asserendum putat. Verum hæc Durandi sententia periculosa est, nedum falsa: atq; vt aperte loquamur, parum abest vt sapiat errorem. Ex ea enim, iudicio meo, palam colligitur, in Deo compositionem esse, quâdo in ipso plura distingui realiter, præter personas, assereret: neq; incommoda fugit addita hæc voce, secundum quid, qua emollit sententiam:

Argo. 1.

Contra Scotum

Argo. 2.

Durandi o. stin.

Constatur.

Sententia Capreoli.

ria: & omnia argumeta, que adduximus contra Scotum, illius sententiam potius, quam Scoti eneruant. ¶ Est alia sententia, quam dicunt aliqui esse Capreoli in. 1. dist. 33. quaest. 1. asserens, quod relationes & essentia, tantum ratione distinguuntur: & assignat causam, quia relatio, in quantum relatio, & secundum propriam eius rationem, quae est vnus ad alterum referre, non est ens: neque res: neque aliud existens in rerum natura: vt articulo primo huius questionis explicauimus igitur relationes diuinae, quatenus relationes, & referunt vniam personam ad alteram, nihil sunt: neque esse, neque entitatem a se habent, sed duntaxat ratione sui fundamenti, quod est diuina essentia: non ergo addunt entitatem aliquam, neque realitatem diuinae essentiae, sed sunt omnino idem ens quod diuina essentia: ac perinde sequitur, quod ab ea nullo modo ex natura rei distinguuntur, sed sola ratione. ¶ At ne quis existimet, falso haec omnino impingi Capreolo, verba eius referam: ait enim in responsione ad primum argumentum Aureoli: dico enim, quod illud quod distinguit personas, non ex illo habet quod sit res, vnde habet quod distinguatur, scilicet ex ratione respectus. Haec ille. Quibus verbis fatetur, quod paternitas diuina, vt distinguit patrem a filio, & in quantum relatio, non est res. Et in responsione ad tertium eiusdem Aureoli. Relatio (ait) aliter est ens, quam alia predicamenta, vt sepe dictum fuit: non enim relatio habet quod sit ens, aut aliud, aut res, ex parte suae rationis: sed ex parte fundamenti. Plura alia in hanc sententiam dicit eo loco: vbi aperte asserit, quod diuinae relationes, in quantum relationes, & vt referunt, & personae vt referuntur, non sunt entia. ¶ Et reor Capreolum suae sententiae sumptisse occasionem, ex verbis D. Thom. Si haec sua sententia est: nam de potentia quaestio. 2. articulo. 3. ipsa, inquit, relatio secundum rationem sui generis, id est, in quantum est relatio, non habet quod sit aliud: sed solum quod sit ad aliud. Quod vero secundum rem sit aliud, habet ex illa parte qua inest vel eadem secundum rem, vt in diuinis: vel vt habens causam in subiecto, sicut in creaturis. Et primo sententia distinct. 20. quaest. 1. ar. 1. ad tertium argumentum in alio: quod relatio, secundum quod ad aliud refertur, non debet esse. Et in eodem. 1. distinct. 26. quaest. 2. ar. 2. ad tertium dicit: quod quantum relatio

ni, ex hoc quod ad alterum dicitur, non debetur quod sit res quaedam, est tamen res aliqua, secundum quod habet fundamentum in eo quod refertur: & ex hoc vterius habet, in quantum est diuina: quod sit hypothesis vel substantia. Haec ille. Sententia haec nimirum vera est, videlicet, relationes tantum differre ab essentia, ratione: at fundamentum cui innititur longe alienum a veritate esse: scilicet relationes diuinas, quatenus relationes, & vt referunt, atque relatio diuina, quatenus referuntur, nihil esse. ¶ Aduersus quam argumentatur primum, in Deo duntaxat sunt diuina essentia & relationes: at relationes diuinae, vt relationes, nihil sunt: ergo secundum veritatem in Deo tantum est diuina essentia, & non personae: quod est aperta haeresis. ¶ Insuper, pater aeternus, in quantum pater, & vt referatur ad filium, non est aliud in rerum natura existens: & filius aeternus, secundum quod filius, & secundum quod refertur ad patrem aeternum, non est etiam aliud cohaerens in rerum natura: neque Spiritus Sanctus vt refertur ad utrosque: ergo re ipsa in Deo non est pater, neque filius, neque Spiritus Sanctus: sed duntaxat diuina essentia, & vna persona: vt imaginabantur iudaici quae sane est expressa Sabellij sententia. ¶ Tertio, quod se re idem est cum secundo argumento, est forma diuersa sit: esse personae patris, quae pater est, est habere se ad filium aeternum: ad eumque referri: at tu asseris, quod ad aliud se habere in patre aeterno, non est aliud in rerum natura: ergo esse patris, quae pater est, nihil est: ac perinde pater aeternus, quae pater est, nihil est: & eodem pacto conuincemus, filium quae filium, & Spiritum Sanctum quae Spiritum Sanctum, non esse aliud: quod catholicorum aures exhorret. ¶ Item, quicquid est in Deo, est ipsemet Deus, vt patet: quoniam aliud aliquid esset in Deo ab aeterno: quod esset creatura: & Bernardus sermone. 80. super cantica, ait: qui pie catholiceque sentiret de vera & mera diuina simplicitate substantiae, in qua nihil esse possit, quod ipsa non sit: & ipsa Deus. At patrem aeternum referri ad filium, & filium referri ad patrem, & paternitatem & filiationem referre eos ad inuicem, sunt in Deo, ergo sunt ipsemet Deus: atque adeo intrinsecus entia. ¶ Forsan respondebit Capreolus (si haec illius est opinio) quod quem ad modum ista propositio est falsa, pater aeternus

Sententia Capreoli reijctur.

nus in quantum ens, est Deus: quoniam quaedam eius exponens est falsa, haec scilicet, omne ens est Deus: ita haec est falsa, pater aeternus, in quantum refertur est ens: quoniam etiam eius exponens est falsa: omne quod refertur est ens: vt constat de reatiuis secundum rationem, vt genus & species: & ad hunc modum contendet respondere ad omnia argumenta praefata. ¶ Verum quia hanc opinionem defendens, cogitur (meo iudicio) concedere plures propositiones, quae priorum aures offendunt: ob id ea reijci mos est: & ad argumenta quae fauor huius opinionis in firmitudinem suae sententiae construere posuit, respondendum in secunda parte huius disputationis. Et quando huius opinionis D. Thom. de potentia, & in sententijs opulari videretur, perfectio in summa, alio atque admodum diuerso modo procedit, potissimum autem in articulo praesentis: quidum probat, relationes esse idem ex natura rei cum essentia, non innititur fundamento praefato: videlicet, quia relationes, quae relationes, non sunt entia, ac perinde non addunt aliquam entitatem vel realitatem diuinae essentiae: sed longe aliam ratione assignat praesentia: videlicet, quicquid in rebus creatis habet esse accidentis, translatum in Deum habet esse substantiae: at relationes in creaturis habent esse accidentis, & relationes sunt in Deo, ergo in Deo habent esse substantiae, & sunt substantiae: sed nulla alia substantia est in Deo nisi diuina essentia, ergo sunt diuina essentia: ac subinde non distinguuntur ex natura rei ab ea, sed tantum ratione. An non vides, quae sit diuersa ratio haec D. Thom. ab ea quam assignat huius placiti propugnator? Omissa igitur opinio multitudine veniamus ad S. Tho. sententiam: & quid secundum veritatem tenendum sit, dicamus.

Secunda disputationis pars.

1. Conclusio.

Probatur.



Ententiam igitur D. Thom. explicamus aliquibus conclusionibus. ¶ Prima, diuinae relationes & essentia, tantum ratione distinguuntur. In primis haec ostenditur isto modo, relationes & essentia, aliqua distin-

ctione distinguuntur, (quoniam de eis, extra operatione intellectus verificantur duo praedicata contradictoria: haec videlicet, essentia est communis tribus personis: & nulla relatio est communis tribus personis) at non distinguuntur realiter, neque ex natura rei, vt probauimus aduersus Durandum & Scotum, ergo sola ratione distinguuntur. Probatum in super, quia ista conclusio saepe asseritur in concilio Florentino: siquidem sessione. 18. habentur haec verba: diuina substantia & persona, re quidem sunt idem: secundum autem modum intellectus nostrae differre videntur. Nam persona, & substantia proprietaribusque consistit: quae tam est ratione, ac secundum nostram intelligentiam (vt supra dictum est) differant, ipsa tamen substantia cum personis communicat, proprietates vero nequaquam communicabiles sunt: quod quidem ex relationis vt creditur euenire. Haec in concilio. Et sequenti sessione. 19. in patre quidem paternitas est, ac substantia tribus diuinis personis communis: patris vero persona non nisi ratione, ab ipsa paternitate substantiaque differt, cum ab alijs duabus personis re quoque differat. ¶ Verum obijciat quis, Scoti sententiam errorem esse, cum oppositum sit definitum in praefato concilio: negamus consequentiam: nam verba allegata esse, habeantur in concilio, non tamen in eius definitione: nam ante definitionem, disputatio haec, An Spiritus Sanctus procedat a filio, sicut a patre: duobus magna doctrina in iris commissa est: cuidam Ioanni, qui latinorum patres agebat: & Marco Ephesio, qui graecis partem alteram tutebatur: & hi quidem in praesentia omnium patrum concilij, quaestione hanc disceptabant: ac verba, quae nos huc retulimus, Ioannis sunt latinorum protectoris: & quoniam verbis illius sacrum concilium annuere, & veluti assentiri videbatur, deo Diui Thom. sententia non solum vera, sed fidei nimis consona est: & acti sanctorum esset patrum, magnificanda esse videtur. ¶ Verum obijciamus aduersus primam conclusionem: pater communicat filio essentiam, & non paternitatem: ergo essentia & paternitas ex natura rei distinguuntur. Negamus consequentiam: siquidem sufficit sola distinctio rationis, vt sint vere praemissa. At extat dubitatio: an pater communice filio omnem entitatem quam habet: quod quaest. 39. art. 3. decidemus ad tertium argu.

2. Conclusio. argumentum: & quaest. 40. art. 1. ¶ Secunda conclusio, diuina persona & essentia tantum ratione distinguuntur. Ista conclusio probat sanctus Th. infra quaest. 39. artic. 1. & probamus nos primo, Augustini testimonio. 7. de Trinitate cap. 6. vbi ait. Neque in hac Trinitate, cum dicimus personam patris, aliud dicimus quam substantiam patris. **2. Probatio.** Secundo, quia vt ostensum est quaest. 3. artic. 3. suppositum & natura in rebus spiritibus, non differunt secundum rem, sed ratione tantum. diuina autem persona & essentia habent se, vt suppositum & natura, &c. **3. Probatio.** Tercio, eiusdem omnino rationibus demonstrari potest, quibus prima conclusio. Et palam asseritur haec sicut prima, quinimo aperiens asseritur in concilio allegato, vt satis constat. Et tandem, personae nihil aliud sunt quam relationes per se subsistentes, vt dicit sanctus Th. quaest. 40. art. 1. ad primum: sed relationes ab essentia tantum ratione differunt, ex prima asseritione, ergo diuina persona tantum ratione differunt ab essentia. **3. Conclusio.** ¶ Tertia conclusio: relatio, a persona non re, sed tantum ratione differt: vt paternitas, a persona patris. Quae etiam expressè continetur, in ipsi concilij verbis modo allegatis: & eam probat sanctus Th. infra quaest. 40. art. 1. in corpore, & ad primum & tertium, quia persona nihil aliud est, quam ipsa relatio per se subsistens: & de ipsis duo praedicata contradicentia enuntiantur. Pater enim generat; paternitas vero non generat: quandoquidem actiones sunt suppositorum, & paternitas non significatur vt suppositum, sed vt forma suppositi. ¶ Circa praefatas conclusiones offert sese dubium, satis cognitio ne dignum: an videlicet plus differant relatio & persona ab essentia, quam relatio a persona: cum verum sit, inter ea omnia duntaxat esse distinctionem rationis: & an vna distinctio rationis sit maior altera: quod sane plures philosophorum & theologorum male torserunt. Quod autem quaestionem hanc ad vnguem examinemus, aliqua praelibanda sunt. **1. Notabile.** ¶ Initio, quod noster intellectus idem prorsus & secundum rem, & secundum rationem, aut definitionem potest considerare diuersis modis: vt ipsa mater naturam humanam varie consideret intellectus, per has duas notitias abstracti & concreti, homo & humanitas: per hanc siquidem notitiam homo, considerat illam vt coniunctam & communem suis indiuiduis: & per istam notitiam

humanitas, vt ab eis separatam & abstractam: & per notitiam subiecti & praedicati huius propositionis, homo est homo, ipsemet homo consideratur alio & alio modo: per notitiam quidem subiecti consideratur, vt res cui aliquid tribuitur: hoc enim est subiecti, cui aliquid tribuitur: & per notitiam praedicati, consideratur vt res attributa alicui: quandoquidem praedicatum est res, quae alicui tribuitur: & simili modo per hanc propositionem, homo est idem sibi ipsi, idem homo per intellectum comparatur sibi ipsi: ac perinde per hanc mentis propositionem, intellectus hominem ipsum diuersis modis considerat: scilicet, vt rem comparatam: & cui aliquid comparatur: vel vt rem, quae cum ipsa se conferatur. ¶ Secundo, maxime obferuandum est, quod duplex est rationis distinctio: quaedam quae habet fundamentum in re, alia quae non habet fundamentum in re, sed in sola virtute intellectus, qui habet facultatem considerandi eandem omnino rem diuersis modis, & per diuersas notitias. Quae in re fundamentum habet, ea est, quae pullulat per diuersas notitias in ipsa re, quae ita se habet in essendo, sicut illa notitia in significando: vt distinctio rationis inter diuinam essentiam, quatenus est iustitia, & eandem qua est aeternitas, habet fundamentum in ipsa diuina essentia: quia ipsa diuina essentia est talis in essendo, sicut notitia iustitiae & aeternitatis in significando: nam diuina essentia, re ipsa est iustitia & aeternitas, eo modo quo illa notitiae significant. Illa autem rationis distinctio, duntaxat habet fundamentum in virtute intellectus, quae pullulat per diuersas notitias in re, quae non ita se habet in essendo, sicut notitiae in significando: vt distinctio rationis, quae est inter concretum & abstractum: exempli causa inter naturam humanam, quatenus est concretum, & significatur per istam notitiam homo, & eadem vt est abstractum, & significatur per hanc notitiam humanitas, est distinctio huiusmodi: quia natura humana non ita se habet in essendo, vt illa notitia humanitas in significando. Si quidem illa notitia significat humanitatem, vt abstractam a suis indiuiduis: & humanitas non ita se habet, neque sequitur in intellectu falsitas aliqua, quandoquidem abstractentium non est modacium. 2. phyl. tex. 18. ¶ Ex quibus colligitur distinctionem rationis, quae fundatur in re, maiorem esse ea distinctione, quae in sola virtute intellectus

2. Notabile. Duplex ratio distinctio.

Dubium an notitiae diuisum.

1. Notabile.

Corollarib.

Solutio du. bus fundamentum habet. Nunc igitur ad propositum redeunt, dicimus quod inter essentiam & attributa, atque personas necnon relationes est rationis distinctio, quae fundatur in ipsa rei natura: verum inter personas & relationes duntaxat est distinctio rationis, quae fundatur in virtute intellectus considerantis ea per diuersas notitias: persona siquidem patris, re ipsa non est aliud quam paternitas existens per se: & solum differunt inter sese, quia intellectus illa considerat per diuersas notitias: quarum vna significat paternitatem in concreto, & vt suppositum, ista scilicet notitia, pater: & alia significat eandem paternitatem in abstracto, & vt formam suppositi, ista videlicet notitia, paternitas. ¶ Sit itaque quarta conclusio. Quauis relationes & relatiua, in genere quatenus talia, non sint entia: verum relationes diuinae, quatenus diuinae, & vt referuntur personae diuinae, & relatiua diuina atque personae, quatenus referuntur, sunt in finitum ens: nempe diuina essentia. Hae profecto probata est aduersus Capreolum: & probatur ex illo fundamento, quod statuumus disputatione praecedenti, dubio vltimo: videlicet, quod sicut ens comparatur ad omnia entia, & includitur intrinsecus & essentialiter in omnibus: ita diuina essentia, ad omnia diuina: tum absoluta, tum relatiua: igitur relationes, & relatiua diuina, sunt intrinsecus & essentialiter ipsa diuina essentia: ac perinde in finitum ens. **Primum argumentum.** ¶ Aduersus hanc conclusionem insurgimus, primo, pater aeternus, qua pater est, & relatiuum, & vt ad filium refertur, est diuina essentia: ergo diuina essentia refertur, quod est error. Idem argumentum fieri potest de quacumque alia diuina persona, & relatione. **Responsio.** Hoc argumento plures decepti, assererant ipsum conuincere, dato antecedenti, vt nosdamus: sed plane est sophisticum argumentum, & nullus momenti, in pluribus enim deficit praefata collectio: in humanis quidem consimilis non valet: pater, vt pater, & relatiuum reale, & vt ad filium refertur, est ens: ergo ens est relatiuum, & refertur: minimè gentium, sed est commune ad relatiua & absoluta: & si ea collectio teneret, sequeretur hominem in communi speciem nimirum hominis, esse indiuiduum. Quod probatur consimili argumento: Sortes, quatenus Sortes, & indiuiduum naturae humanae, est homo: ergo homo est indiui-

duum. Sanè consequitio est mala. ¶ Secunda conclusio, argumetur ex definitione relatiuum assignata ab Aristotele. in practico ad aliquid esse relatiuum, est ad aliud se habere: at pater aeternus est relatiuum, ergo esse eius, est ad aliud se habere: sed esse diuinae essentiae, non est ad aliud se habere, ergo habent diuersa esse, & ex consequenti sunt entia diuersa: atque adeo pater aeternus non est ens, quod est diuina essentia. Huic argumento Sanctus Thom. respondet in 1. distinctio. 33. quaestio. 1. artic. 1. ad primum, & explicat illam definitionem Aristot. isto pacto. Quorum esse, est ad aliud se habere: id est, quorum propria ratio, est ad aliud se habere: modo alia est ratio essentiae (inquit) & alia relationis: quia ratio cuiuslibet, est quae per definitionem explicatur. Et ibidem ad tertium ait, quod quauis in Deo non possit esse definitio: neque genus, neque differentia, neque compositio: tamen si intelligatur ibi aliquid definiti, alia erit definitio paternitatis, & alia essentiae. Respondet igitur summam, quod esse diuinae fatiam capitur: vno modo pro esse essentiae, & isto modo sumendo esse, idem esse habet paternitas & essentia: secundo modo sumitur esse, pro ratione, quae per definitionem explicatur: quomodo sumitur in definitione relatiuum. ¶ Et fatemur, quod paternitas & essentia habent diuersa esse, si in hoc significato, esse, accipiamus: siquidem si possent definiti, haberent diuersas definitiones. Ex quibus satis patet solutio ad argumentum. ¶ Tercio, paternitas diuina, essentiae addit respectum, at ille respectus est ens reale: ergo paternitas praeter ens, quod est diuina essentia, includit aliud ens: non ergo est prorsus idem ens, quod est diuina essentia: atque adeo secundum re ab ea distinguitur: vel saltem ex natura rei. In primis negamus maiorem, non enim est casta loquutio, asserere quod paternitas addat essentiae respectum: quia in Deo nequit esse additio, neque additamentum. Nam vt entia in comuni non possit fieri additio, vt ostensum est in opus. quae. 15. ita neque essentiae diuinae potest addi aliqua res diuina, etenim, vt sepe diximus, sicut ens se habet ad omnes res: sic diuina essentia, ad omnia diuina. Ceterum tamen, quod diuina paternitas, ultra essentiam, quae intrinsecus includit, importat respectum, qui non est de ratione essentiae. Secundo dicimus, hoc argumentum satis infirmum esse: pro cuius intelligentia sumimus ex Aristotele. quod homo tantum est

Responsio.

Tertium ar.

Prima solutio.

Secunda.

est vnū ens, & omnia quæ sunt in homine: vt rationale, & animal sunt omnino idē ens, quod est homo: vt satis liquet ex his, quæ differimus loco allegato in opuscul. quæst. 17. Nunc illam eneam collectionem in simili: rationale in homine addit perfectionem animalī, & illa perfectio est ens: ergo rationale præter ens, quod est animal, importat aliud ens. Consequens est vsquequaq; falsum, quoniam in homine, ex supposito, idem ens, quod est animal, est rationale. Ad rem igitur dictus, quod sicut rationale in homine, vltra animal, importat hominis perfectionem, & illa est ens, sed est idem prorsus ens, quod est animal in homine: sic paternitas diuina, præter essentiam importat respectum, qui est in finitum ens, sed nō est aliud ens, quam ipsa diuina essentia: Quod si obicitur. Paternitas est ens respectuum, diuina essentia absolutum: ergo nō sunt idem ens. Negamus consequentiam, quia albedo est ens absolutum, similitudo ens respectuum, & tamen sunt idem ens: quoniam semper fundamentum relationis, quod est ens absolutum, & eius relatio, que est ens respectuum: sunt idem ens. Et hoc constat ex verbis sancti Tho. quæ allegauimus. Quarto argumentum: relatio diuina, quæ diuina est, non est alicuius perfectio nis, ergo de se nō est ens: quoniam omne ens est alicuius perfectio nis: siquidem omne ens est bonum: vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Genes. 1. ob id autē aliquid bonum est; quia perfectionem aliquam continet. Assumptū verò probamus; quia vel paternitas diuina habet perfectionem aliquam, vel nullam: si das secundum das quod volumus si primum, argumentamur. Paternitas est in patre, & non est in filio: & paternitas, vt paternitas, dicit aliquam perfectionem, & est perfectio: ergo aliqua perfectio est in patre, quæ non est in filio: quod pugnat cum fide catholica. Simile argumentum fieri potest, de quavis alia diuina relatione. Capreolus in. 1. dist. 7. quæst. 1.

Obiectio.

Responsio.

Ad argum. nunciatum.

Reprobatur Scotus & Cateranus, & Capreolus.

diuina relatio continet infinitam perfectionem. Et ad eorum collectionem, cum aiunt, ergo aliqua perfectio est in patre, quæ non est in filio: negamus consequentiam: quia eadem omnino perfectio, quæ est in paternitate, est in filiatione, sicut eadem essentia: & eadem omnino perfectio, quæ est generare, est generari: & spirare, & spirari: essentia scilicet ipsa. Nam perfectio relationum diuinarum, & relatorum, duntaxat est essentia. Quocirca obseruandum maxime est, quod absoluta in diuinis sunt communia omnibus relationibus, & personis: at perfectio diuina absolutum est, ac perinde eadem perfectio diuina est communis paternitati, & filiationi: & ex consequenti ipsæ eandem perfectionem important. Et si argumentum præfatum alicuius ponderis esset, probaretur quod essentia diuina non esset in filio, simili modo colligendo. Paternitas est in patre, & non est in filio: & paternitas est essentia diuina, ergo diuina essentia non est in filio. Verum obicitur quis, præmissis quod asserimus, eandem omnino esse perfectionem paternitatis, & filiationis. Hæc perfectio est paternitas, & hæc perfectio est filiatio; ostendendo: eandem prorsus perfectionem, ergo paternitas est filiatio. Negamus consequentiam, quia simile argumentum nullum est. Hæc essentia est paternitas, & hæc essentia est filiatio. Ergo paternitas est filiatio. Procedit enim hic syllogismus, medio nō distributo (quod dicitur) è puris particularibus, vt deinceps ostendimus. Et simili defectu peccat prior syllogismus: quia perfectio paternitatis & filiationis, vt sæpe diximus, est ipsamet diuina essentia: quæ sicut non potest singularitate comprehendere, quantumuis addamus hæc essentia: ita neq; perfectio diuina, etiã si addamus hæc perfectio. Nam quemadmodum hæc essentia diuina, est communis tribus personis: sic sanè hæc perfectio diuina. Et simili defectu deprehenditur hic paralogismus. Hæc iustitia est pater, & hæc iustitia est filius, ergo pater est & filius: ostendendo iustitiæ attributum, tum in maiori, tum in minori. Et quod dicimus de perfectione, dicendum est de dignitate: videlicet, quod est absolutum. Quamobrem hæc consequentia est nulla. Generare est dignitas, & generare est in patre, & non in filio: ergo aliqua dignitas est in patre, quæ nō est in filio. Et hæc est expressa sententia sancti Tho.

Soluitur argumentum illorum.

Notandum.

Obiectio.

Soluitur & notanda solutio.

Articulus tertius.

Verum relationes quæ sunt in Deo, realiter ab inuicem distinguuntur.



D tertium sic proceditur. Videtur quod relationes quæ sunt in Deo realiter ab inuicem non distinguuntur. Quæcunque enim vni & eidem sunt eadē, sibi inuicē sunt eadē. Sed omnis relatio in deo existens est idem secundū rē cum diuina essentia, ergo relationes secundū rem ab inuicem nō distinguuntur. Præterea sicut paternitas & filiatio secundum nominis rationem distinguuntur ab essentia diuina: ita & bonitas & potētia. Sed propter huiusmodi rationis distinctionem nō est aliqua realis distinctio bonitatis & potētia diuine: ergo neq; paternitatis & filiationis. Præterea, in diuinis non est distinctio realis nisi secundum originem: Sed vnā relatio non videtur oriri ex alia: ergo relationes non distinguuntur realiter ab inuicem. Sed contra est quod dicit Boetius in libro de trinitate, quod substantia in diuinis continet vnitatem: relatio multiplicat trinitatem. Si ergo relationes non distinguuntur ab inuicem realiter, non erit in diuinis trinitas realis, sed rationis tantum: quod est Sabelliani erroris. Respon-

Tertia disputationis pars.



omnia argumenta, quæ in oppositum fecimus, breui respondendum existimamus: quod ea nimirum conuincunt essentiam & relationes esse in Deo ex natura rei: at non probat quod distinguatur ex natura rei: sed solum relationes ab essentia distinguuntur, distinctione rationis actu, vel appetidine: quæ sufficit, vt de illis verificentur duo prædicata contradicentia: videlicet, essentia communicatur tribus personis: paternitas non communicatur. Et etiã propter eandem distinctionem rationis, inter paternitatem & essentiam istæ redduntur veræ. Pater communicat filio essentiam, sed non paternitatem. Ad primum igitur respondemus, negando consequentiam: sed ex illo antecedente duntaxat colligitur, quod essentia & paternitas sunt in Deo ex natura rei. Ad secundum, damus argumentatori, quod: pater æternus intelligens se, intelligit essentiam, & paternitatem, vt duo obiecta non ex natura rei distincta, sed sola ratione. Et ad argumentum Scoti, quo nititur probare oppositum fatemur ei, quod essentia & paternitas, sunt duo obiecta formalia actu in re: sed negamus consequentiam, quæ infertur, quod distinguuntur ex natura rei. Ad tertium insuper, negamus consequentiam, propter rationem proximè assignatam. Ad quartum respondemus eodem modo, sicut ad primum.

Responsio ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

pondeo dicendum: quod ex eo, quod aliquid alicui attribuitur, oportet quod attribuantur ei omnia quae sunt de ratione illius. Sicut cuiuscumque attribuitur homo, oportet quod attribuat ei esse rationale. De ratione autem relationis est respectus unius ad alterum, secundum quem aliquid alteri opponitur relatiue. Cum igitur in Deo realiter sit ratio (ut dictum est) oportet quod realiter sit ibi oppositio. Relatiua autem oppositio in sui ratione includit distinctionem: unde oportet quod in Deo sit realis distinctio: non quidem secundum rem absolutam quae est essentia, in qua est summa unitas, & simplicitas, sed secundum rem relatiuam. ¶ Ad primum ergo dicendum: quod secundum philosophum in 3. phy. argumentum illud tenet quod quaecumque unius & eidem sunt eadem, sibi inuicem sunt eadem in his quae sunt idem re & ratione: sicut tunica & indumentum: non autem in his quae differunt ratione. Unde ibidem dicitur: quod licet actio sit idem motui, similiter & passio: non tamen sequitur quod actio & passio sint idem: quia in actione importatur respectus ut a quo est motus in mobili, in passione vero ut qui est ab alio. Et similiter licet paternitas sit idem secundum rem cum essentia diuina & similiter filiatio: tamen haec duo in suis proprijs rationibus important oppositos respec-

tus. Unde distinguuntur ab inuicem. Ad secundum dicendum: quod potentia & bonitas non importat in suis rationibus aliquam oppositionem. Unde non est similis ratio. Ad tertium dicendum: quod quauis relationes proprie loquendo non orientur vel procedant ab inuicem: tamen accipiuntur per oppositum secundum propositionem alicuius ab alio.

Commentarium.



DIVVS Thomas summatim respondet, constituens hanc conclusionem. *Conclusio.* Oppositae Dei relationes realiter distinguuntur. Quae iuxta fidem catholicam asserenda est: quoniam de fide est, personas realiter distinguere ut ostensum est quaest. 27. arti. 1. disputat. 1. 4. parte disputationis, & personae sunt ipsae relationes perse subsistentes, atque per ipsas distinguuntur personae: quemadmodum in his quae sequuntur disserit S. Th. quaest. 40 arti. 1. & 2. Et ecclesiastica determinat, capite firmiter, de summa trinitate & fide catholica. ubi dicitur. Haec sancta trinitas secundum commune essentiam indiuidua, & secundum personales proprietates discreta. Sed probat D. Th. conclusionem, hac ratione: dum aliqua res est in aliquo, omnia quae sunt de ratione & essentia illius rei, sunt in illo: ut quia in Sorte est humana natura, de cuius ratione & essentia sunt animal & rationale, in Sorte nepe est animal & rationale: sed in Deo est realis ratio, ut ex precedentibus liquet, & de ratione & essentia eius est, quod sit respectus ad alteram relationem, cui opponitur: ergo in Deo est relationum oppositio: at oppositio esse nequit, si ne reali distinctione, non enim aliqua res ipsa possunt esse opposita, nisi realiter distinguantur, ergo in Deo oppositae relationes realiter distinguuntur. ¶ Aduersus D. Th. rationem obijciat aliquis. Si haec ratio conuinceret, profecto in albedine essent relationes similitudinis

dinis oppositae realiter distinctae, quod satis nouum est esse falsum: & loquimur de similitudine, quae est in tota albedine, nam in partibus eiusdem albedinis sunt quidem relationes similitudinis oppositae: quoniam illae partes sunt similes inter se. Et probatur ad eundem modum: in albedine est relatio similitudinis, sed de ratione eius est, quod sit respectus ad alteram relationem cui opponitur: ergo in

Responsio. albedine est relationum oppositio & c. Respondemus, quod D. Th. praemittit ex his quae dixerat in ar. 1. in Deo esse relationes oppositas: paternitatem scilicet, & filiationem. Summa autem rationis D. Th. haec est: in Deo sunt relationes reales oppositae, sed oppositio nequit esse, nisi inter ea quae realiter distinguuntur, ergo Dei relationes oppositae, realiter distinguuntur. ¶ Modo aduersus conclusionem opponitur aliquis, colligendo hoc pacto. Paternitas est diuina essentia, & filiatio est diuina essentia, ergo paternitas est filiatio: ac subinde non realiter distinguuntur. Nimirum consequentia est nulla, quia medio non distributo procedit, etiam si addas haec essentia. Verum alio modo responderet huic argumentum S. Th. de potentia quaest. 2. ar. 5. cuius uerba sic habet. Unde potest dici, quod paternitas est diuina essentia, prout est in patre: non prout est in filio. Non enim eodem modo est in patre & filio: sed in filio, ut ab altero accepta: in patre autem non. Haec S. Th. Ex quibus uerbis potest elici notanda solutio ad argumentum, uidelicet, negando consequentiam: quia paternitas est diuina essentia alio modo quam filiatio: nam paternitas est diuina essentia, ut ipsa diuina essentia est in patre: & filiatio est diuina essentia, ut ipsa diuina essentia est in filio. Ita uero diuina essentia alio modo est in patre, quam in filio: nam est in filio ut ab altero accepta, accipit nepe filius essentiam a patre, per generationem eternam: uero essentia est in patre, non ut ab altero accepta: pater siquidem non accipit essentiam ab alio quoniam est principium non de principio aliquo procedens. ¶ Primum D. Th. argumentum est: quaecumque sunt eadem unius tertio, sunt eadem inter se: paternitas & filiatio sunt eadem diuinae essentiae, ergo sunt eadem inter se: & ex consequenti, non distinguuntur realiter. Et de spiratione & processione, habet similiter locum hoc argumentum: sed soluit illud S. Th. uirtute negando consequentiam, & maioris: nam maior (inquit) sic uniuersae assumpta, falsa est: sed solum habet uerum in his quae sunt idem re & ratione: ut tunica & indumentum. Itaque

Argumentum contra conclusionem. Modus aduersus conclusionem opponitur aliquis, colligendo hoc pacto. Paternitas est diuina essentia, & filiatio est diuina essentia, ergo paternitas est filiatio: ac subinde non realiter distinguuntur.

Responsio. Nimirum consequentia est nulla, quia medio non distributo procedit, etiam si addas haec essentia. Verum alio modo responderet huic argumentum S. Th. de potentia quaest. 2. ar. 5. cuius uerba sic habet. Unde potest dici, quod paternitas est diuina essentia, prout est in patre: non prout est in filio. Non enim eodem modo est in patre & filio: sed in filio, ut ab altero accepta: in patre autem non. Haec S. Th. Ex quibus uerbis potest elici notanda solutio ad argumentum, uidelicet, negando consequentiam: quia paternitas est diuina essentia alio modo quam filiatio: nam paternitas est diuina essentia, ut ipsa diuina essentia est in patre: & filiatio est diuina essentia, ut ipsa diuina essentia est in filio. Ita uero diuina essentia alio modo est in patre, quam in filio: nam est in filio ut ab altero accepta, accipit nepe filius essentiam a patre, per generationem eternam: uero essentia est in patre, non ut ab altero accepta: pater siquidem non accipit essentiam ab alio quoniam est principium non de principio aliquo procedens. ¶ Primum D. Th. argumentum est: quaecumque sunt eadem unius tertio, sunt eadem inter se: paternitas & filiatio sunt eadem diuinae essentiae, ergo sunt eadem inter se: & ex consequenti, non distinguuntur realiter. Et de spiratione & processione, habet similiter locum hoc argumentum: sed soluit illud S. Th. uirtute negando consequentiam, & maioris: nam maior (inquit) sic uniuersae assumpta, falsa est: sed solum habet uerum in his quae sunt idem re & ratione: ut tunica & indumentum. Itaque

Argumentum. Modus aduersus conclusionem opponitur aliquis, colligendo hoc pacto. Paternitas est diuina essentia, & filiatio est diuina essentia, ergo paternitas est filiatio: ac subinde non realiter distinguuntur.

Responsio. Nimirum consequentia est nulla, quia medio non distributo procedit, etiam si addas haec essentia. Verum alio modo responderet huic argumentum S. Th. de potentia quaest. 2. ar. 5. cuius uerba sic habet. Unde potest dici, quod paternitas est diuina essentia, prout est in patre: non prout est in filio. Non enim eodem modo est in patre & filio: sed in filio, ut ab altero accepta: in patre autem non. Haec S. Th. Ex quibus uerbis potest elici notanda solutio ad argumentum, uidelicet, negando consequentiam: quia paternitas est diuina essentia alio modo quam filiatio: nam paternitas est diuina essentia, ut ipsa diuina essentia est in patre: & filiatio est diuina essentia, ut ipsa diuina essentia est in filio. Ita uero diuina essentia alio modo est in patre, quam in filio: nam est in filio ut ab altero accepta, accipit nepe filius essentiam a patre, per generationem eternam: uero essentia est in patre, non ut ab altero accepta: pater siquidem non accipit essentiam ab alio quoniam est principium non de principio aliquo procedens. ¶ Primum D. Th. argumentum est: quaecumque sunt eadem unius tertio, sunt eadem inter se: paternitas & filiatio sunt eadem diuinae essentiae, ergo sunt eadem inter se: & ex consequenti, non distinguuntur realiter. Et de spiratione & processione, habet similiter locum hoc argumentum: sed soluit illud S. Th. uirtute negando consequentiam, & maioris: nam maior (inquit) sic uniuersae assumpta, falsa est: sed solum habet uerum in his quae sunt idem re & ratione: ut tunica & indumentum. Itaque

ut collectio valeat, in hanc formam est construendus syllogismus. Quaecumque sunt eadem unius tertio re & ratione, sunt eadem inter se: paternitas & filiatio sunt eadem re & ratione cum diuina essentia, ergo, & c. Sed minor est falsa. Et docet sanctus Th. hanc solutionem esse de mente Arist. 3. phys. tex. 21. qui praefatam consequentiam, & maiorem extenuat in simili: quoniam actio & passio sunt eadem motui, uerum non sunt eadem inter se. ¶ Ex qua sane solutione, secundum philosophiae principia elicere possumus responsionem ad argumentum in fidelium, quo nituntur probare, patrem esse filium in diuinis, & simili argumentatione. Quaecumque sunt eadem unius tertio, & c. Pater & filius sunt idem diuinae essentiae, ergo inter se. Quod ex lumine naturali, & Aristotelica doctrina infringimus pari ratione. Quaecumque, & c. Actio & passio sunt idem motui, ergo sunt idem inter se: ac subinde actio est passio. Sicut ergo hoc argumentum prorsus futile est, ita etiam & illud infidelium. ¶ Verum aduersus S. Th. & Arist. assertionem, qua affirmat, propositionem illam solum esse ueram, respectu eorum quae sunt idem re & ratione, opponimus: nam ex ea sequitur, quod illa propositio est solum uera in terminis synonymis: nam ut aliqua sint idem re & ratione, necessum est quod significantur per terminos synonymos, ut uestis & indumentum: atque adeo colligitur, istam collectionem nullam: quaecumque sunt eadem unius tertio, sunt eadem inter se, animal & risibile sunt idem Sorti, ergo sunt idem inter se: ac subinde risibile est animal. Insuper infertur, quod iste syllogismus expositorius non tenet: Sortes est animal, & Sortes est homo, ergo homo est animal: quoniam innititur praedictae propositioni, quaecumque sunt eadem, & c. Rursum idem sanctus Th. 3. contra gentes cap. 9. probat, Dei potentiam & actionem esse eadem, uirtute illius propositionis, in hunc modum. Quaecumque sunt, & c. Dei potentia & actio sunt idem Dei substantiae, ergo sunt idem inter se: at potentia & actio differunt ratione, ergo illa propositio tenet, non solum in his quae sunt eadem re & ratione, sed in alijs quae, ratione differunt. ¶ Aduertendum in initio, quod circa huius propositionis sensum, non parua disceptatio est inter scholasticos. ¶ Quidam dicunt (de quibus est Caietanus in praesenti articulo) sensum illius propositionis esse hunc. Quaecumque sunt eadem unius tertio, sunt eadem inter se, eo modo quo sunt idem illi

Capituli
sententia

tertio: atq; adeo concedunt, quòd sicut paternitas & filiatio, sunt idem diuinæ essentia, ita quoq; sunt idem essentialiter inter se quauis realiter distinguantur. ¶ Alij autē, vt Capreolus in. 1. distinctio. 2. quaest. 3. diuersam explicationem assignant præfatæ propositioni: affirmant enim, eam propositionem iuxta hunc sensum accipiendam: quæcunq; sunt eadem vni tertio, & cuiuscunq; quod est idem cum illo tertio, sunt idē inter se: at negant, quod paternitas & filiatio sint idem essentia diuinæ, & cuiuscunq; quod est idem cum essentia diuina: non enim sunt eadem processionem, quæ est idem cum essentia diuina. ¶ Alij verò in isto sensu intelligendam contendunt propositionem: quæcunq; sunt eadem vni tertio adæquatè, sunt eadem inter se: sed dicunt, quòd paternitas & filiatio non sunt idem diuinæ essentia adæquatè, siquidem essentia est cōmunis tribus personis, sed non paternitas & filiatio. ¶ Demum Sanctus Tho. longè aliter intelligi voluit in præsentia: quem quidem sensum amplectentes, oportet argumentis, quæ fecimus contra illum, satisfacere. Plures Thomistarum plura de distinctione rationis confingunt, vt satisfaciant argumentis, quæ opinor esse falsa. ¶ Iam verò illis nos respondemus, primò quòd diuus Thom. per ea quæ sunt idem re & ratio ne, solummodo intelligit illa, quæ terminis synonymis significantur, vt vestis & indumentum: & consequenter fatemur, quòd, vt illa maxima in vniuersum sit vera, oportet eam assumere in terminis Synonymis, esto in pluribus alijs sit vera. Et quod me in hanc sententiam descēdere compulsi, est quòd diuus Thom. & Aristote. explicando ea, quæ sunt idem re & ratione, subiiciunt exemplum de tunica & indumento, quæ si significantur terminis synonymis: nisi dicas nomen tunica inferius esse ad indumentū.

i. Responsio
ad argumē
ta.

Secunda.

¶ Vel si hæc responsio non placet, secundò respondemus: quòd per eadem re & ratione, intelligit D. Tho. illa quæ re sunt idem, & nō habet diuersas & oppositas rationes formales, quarū vna excludat aliā: & per diuersa ratioe, intelligit ea quæ habet oppositas rationes formales, quarū vna excludit aliā: vt actio & passio, paternitas & filiatio sūt diuersa ratione, quoniam eorum rationes sunt oppositæ, atq; se inuicem excludunt: sed Dei potentia & actio, sunt eadem ratio ne isto modo, atq; animal & risibile: ex qui

bus satis elucet solutio ad argumēta. In responsione ad secundum dicit, quòd potentia & bonitas distinguuntur ratione ab essentia, ceu paternitas & filiatio: sed illæ non distinguuntur realiter, hæc autem realiter distinguuntur: quandoquidem inter illas nō est oppositio, inter has autem est. Ad tertium docet, quòd propriè loquendo, vna Dei relatio non procedit ab alia: quia procedere est suppositorum: & relatio, quæ relatio est, & quatenus in abstracto significatur, non significatur vt suppositū: sed potius vt suppositi forma. Ceterum omnis Dei relatio, est in ipso secundum processionem vnius persone ab altera: quod de reali relatione intelligendum est.

Ad secundum.

Ad tertium.

Articulus quartus.

Utrum in Deo sint tantum quatuor relationes reales, scilicet paternitas, filiatio, spiratio, & processio.



D quartum sic proceditur. Videtur quod in Deo non sint tantum quatuor relationes reales. scilicet paternitas, filiatio, spiratio, & processio. Est enim considerare in Deo relationes intelligentis ad intellectū, & volentis ad volitum. Quæ videtur esse relationes reales: neque sub prædictis continentur. Non ergo sunt solum quatuor relationes reales in Deo. ¶ Præterea relationes reales accipiuntur in Deo secundum processionem intelligibilem verbi, Sed relationes intelligibiles multiplicantur in infinitum, vt Aui. dicit: ergo in Deo sunt infinitæ relationes reales. ¶ Præterea, idē sunt in Deo ab æterno, vt supra dictum est: non autem distinguuntur ab inuicem,

uicem, nisi secundum respectū ad res, vt supra dictum est. Ergo in Deo sunt multò plures relationes eterne. ¶ Præterea, æqualitas & similitudo & identitas sunt relationes quædam, & sunt in Deo ab æterno: ergo plures relationes sunt ab æterno in Deo, quæ dictæ sunt. Sed contra videtur quod sint pauciores, quia secundum philosophū in. 3. phy. eadē via est de athenis ad thebas, & de thebis ad athenas. Ergo videtur quod pari ratione eadem sit relatio de patre ad filium, quæ dicitur paternitas: & de filio ad patrem quæ dicitur filiatio. Et sic non sunt quatuor relationes in Deo. ¶ Respondeo dicendum, quod secundū philosophum in. 5. meta. relatio omnis fundatur vel supra quantitatem, vt duplum & dimidium: vel supra actionem & passionem, vt faciens & factum, pater & filius, dominus & seruus, & huiusmodi. Cum autem quantitas non sit in Deo, est enim sine quantitate magnus, vt dicit Augu. Relinquitur ergo quod realis relatio in Deo esse non possit, nisi super actionem fundata: nō autem super actiones secundū quas procedit aliquid extrinsecū à Deo, quia relationes Dei ad creaturas nō sunt realiter in ipso, vt supra dictum est. Vnde relinquitur quòd relationes reales in Deo non possunt accipi nisi secundum actiones, secundum quas est processio


in Deo intra, sed non extra. Huiusmodi autē processionem sunt duæ tantum, vt supra dictum est: quarum vna accipitur secundum actionem intellectus, quæ est processio verbi, alia secundum actionem voluntatis, quæ est processio amoris. Secundum quamlibet autem processionem oportet duas accipere relationes oppositas: quarū vna sit procedentis à principio, & alia ipsius principij. Processio autem verbi dicitur generatio secundum propriam rationem qua cōpetit rebus viuentibus. Relatio autem principij generationis in viuentibus perfectis, dicitur paternitas. Relatio verò procedentis à principio dicitur filiatio. Processio verò amoris non habet nomen proprium, vt supra dictum est. Vnde neque relationes quæ secundum ipsam accipiuntur. Sed vocatur relatio principij huius processionis spiratio: relatio autem procedentis processio: quāuis hæc duo nomina ad ipsas processionem vel origines pertineant, & non ad relationes.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod in his in quibus differt intellectus & intellectum, volens & volitum, potest esse realis relatio, vt sciētia ad rem scitam: & volentis ad rem volitam. Sed in Deo est idem omnino intellectus & intellectum: quia intelligendo se intelligit omnia a-

alia. Et eadem ratione voluntas & volutum. Vnde in Deo huiusmodi relationes nō sunt reales, sicut neq; relatio eiusdem ad idem. Sed tamē relatio ad verbum est realis, quia verbum intelligitur vt procedens per actionem intelligibilem, non autem vt res intellecta. Cū enim intelligimus lapidē, id quod ex re intellecta concipit intellectus, vocatur verbum. ¶ Ad secundum dicendum, quod in nobis relationes intelligibiles in infinitum multiplicantur: quia alio actu intelligit homo lapidem: & alio actu intelligit se intelligere lapidem: & alio etiam intelligit hoc intelligere: & sic in infinitum multiplicantur actus intelligendi, & per consequens relationes intellectae. Sed hoc in Deo non habet locum: quia vno actu tantum omnia intelligit. ¶ Ad tertium dicendum: quod respectus ideales sunt intellecti à deo. Vnde ex eorum pluralitate non sequitur quod sint plures relationes in Deo, sed q; Deus cognoscat plures relationes: ¶ Ad quartum dicendum, quod aequalitas & similitudo in Deo non sunt relationes reales: sed rationis tantum, vt infra patebit. ¶ Ad quintum dicendum, quod via est eadem ab vno termino ad alterum: & econuerso, sed tamen respectus sunt diuersi. Vnde ex hoc non potest concludi q; eadem sit relatio patris ad filium,

& econuerso. Sed posset hoc concludi de aliquo absoluto si esset medium inter ea.

Commentarium.



N hoc articulo nonnulla inculcat sanctus Th. de verbo, & illius generatione per actum intellectus, & de processione spiritus sancti per actum amoris, quae modò explicare nobis animus non est: cū super hac re longissimū habuerimus sermonem in quaestio. 27. Quò verò hanc diu. Tho. litteram intelligamus, nonnulla de relationibus nobis differenda sunt iuxta Aristot. doctrinam. s. metaph. comment. 20. videlicet, tria esse realium relationum genera: quaedam quae pro fundamento habent quantitatem, aliae actionem aut passionem, aliae verò mensurabile, quae ab Aristot. dicuntur, relationes mensurabilis ad mensuram. Exemplum primi generis, vt proportio tripla, dupla: Secundi, vti relationes agentis ad passum, & vice versa: Tertij, vt relatio scientiae ad scibile, & sensus ad sensibile, ac imaginis ad suum exemplar. ¶ Porro quia tertij generis relationes sunt minus notae, pro earū intelligentia notandum est, duplicem esse mensuram: alteram quantitatis molis, suae magnitudinis: alteram quantitatis virtutis, seu perfectionis. Mensura quantitatis molis, est quantitas notior, per quam alta ignotior cognoscitur: vt quantitas panni, per quantitatem vlnae. Et haec quidem mensura, & per eam mensurabile spectant ad praedicamentum quantitatis, & primum relationis genus: neq; de illis fit mentio, cū loquimur de tertio relationis genere. Mensura autē quantitatis perfectionis, est res penes cuius perfectionē, mensuratur & actū dicitur alteri rei perfectio: vt scibile, est isto modo scientiae mensura: quia quò scibile & obiectū scientiae est perfectius, eò planè scientia est perfectior ceteris parib; vt docet Arist. in prooemio de anima. Et scibile, seu obiectū scilicet eo modo est mensura ipsius scilicet, & exemplar imaginis: siquidē tādō ima-

Notandum.

go perfectior est, quāto maiore pollet perfectione exemplar eius: vel quāto perfectius ad viuū id representat. Et mensura veritatis propositionis ad hanc mensuram reducitur: mensura autem veritatis propositionis est ita esse rei: nam cognoscimus veritatem propositionis, per hoc quòd res ita se habet, sicut propositio significat: ab eo enim quòd res est, vel non est, propositio dicitur vera vel falsa. Et insuper, perfectio vel imperfectio veritatis propositionis, cognoscitur per ita esse rei: nam quòd esse rei est perfectius, eò veritas perfectior est: siquidē si esse rei est necessarium, veritas est necessaria: & si est contingens, veritas contingens est: & planè veritas necessaria perfectior est contingenti: & si duae propositiones enuntiant de duabus rebus contingentibus, vt de Sorte, & de aliquo bruto, perfectior est veritas propositionis, quae enuntiat de re perfectiori: eò quòd obiectum perfectius habet. ¶ Quo fit, vt mensurabile, res ea sit, cuius perfectionem meremur per alterius rei perfectionem: vt scientia respectu scibilis, sensus respectu sensibilibus, imago respectu sui prototypi. Actū verò dicitur: insuper est, quòd relatio mensurabilis ad mensuram est quidē realis: quoniam mensurabile, be ipsa & natura sua, ordinatur ad mensuram: vt scientia ad scibile, & sensus ad sensibile, & imago ad suum exemplar: ad repraesentandum enim illud, penes illud effigiat est. Vnde mensura ad mensurabile (solum) est relatio rationis, quia haec non ordinatur ad aliud: vt scibile, non ordinatur ad scientiam neq; sensibile, ad sensum: neq; exemplari ad suam imaginem: sed solum mensuram religitur, vt terminus relationis realis, quae est mensurabilis ad ipsam. ¶ Quocirca relatio realis in mensurabilis ad mensuram, non est relatio mutua: quia illi in altero extrinsecus non correspondet alia relatio realis: eò enim mutua relatio realis dicitur, quae est in vno extrinsecus, & illi in altero correspondet alia relatio realis. Omnes tamen relationes primi & secundi generis sunt mutuae: de quibus mutuis relationibus intelligitur assertio diu. Thomae, quae affirmat, quòd omnis relatio realis habet pro fundamento quantitatem, aut actionem, aut passionem. Quae quidem assertio vniuersè sumpta, fallā esset: quoniam relatio mensurabilis ad mensuram est realis, vt diximus, & non habet pro fundamento quantitatem, neq; actionem,

Corollarium.

Corollarium.

neq; passionem. Omnia haec quae diximus, desumpta sunt ex doctrina Arist. & sancti Th. loco allegato. s. met. & nos ea latè pertractamus. 18. quaest. opusculi. ¶ Praemittit rursus diuus Th. quòd ex qualibet processione, duntaxat insurgunt duae relationes reales: vna principij ad rem ab eo procedentem: alia rei procedentis ad ipsum principium. Vt per generationem in humanis insurgit paternitas patris ad filium, & filiatio filij ad patrem. His ergo praelibatis, constituit diuus Th. affirmantem conclusionem: videlicet. ¶ In Deo sunt tantum quatuor reales relationes: pura paternitas, filiatio, spiratio, & processio. Haec quidem est exclusiua propositio, cuius prima exponens est de fide, vt in posterum ostendemus: videlicet, in Deo sunt quatuor relationes reales: secundā verò exponens nō est de fide: scilicet, nō sunt plures relationes reales quā quatuor, in Deo. Quod disputabitur infra quaest. 42. art. 1. ¶ Conclusioem itaque probat diuus Th. haec ratio. In deo est relatio realis, vt constat ex praecedentibus, omnis autem relatio realis, habet pro fundamento quantitatem, vel actionem, vel passionem, ex praemissis: sed relatio quae est in Deo, non habet pro fundamento quantitatem neq; passionem, quoniam quantitas & passio in Deo nō sunt: ergo habet pro fundamento actionem, & nō habet quomodo passio ad aliquam figuram ad Deo: quāto quidem (vt dictum est quaest. 3. art. 7. & in praesenti) relatio Dei ad creaturam, quae per huiusmodi actionem insurgit, in ipso Deo non est realis, sed rationis, est o creatura ad Deum realis: igitur habet pro fundamento actionem, quae est in ipso Deo: & in ipso Deo nō sunt: sed tantum sunt in creatura: & in Deo nō sunt: vt ostensum est in praecedentibus, vbi per generationem verbi per actum intelligendi, & spiratio spiritus sancti per actum amoris, & quāto qualibet actione solū insurgunt duae relationes reales, ex suppositione, ergo tantum sunt in Deo quatuor relationes reales: hoc est, paternitas, filiatio, spiratio, & processio: quāto hae duo extrema nomina possunt ad ipsas processiones & originēs pertinere, quāto ad relationes. Vt etiam vniuersè ad significandas illas duas relationes, quòd non suppleant nobis propriae voces, quibus exprimitur. In responsione ad primum docet, quòd in rebus creatis est relatio realis scientiae ad rem scitam: & volitionis aut actus volendi

Conclusio.

Probatum.

Ad primum.

ad rem volitam: relatio, inquam, realis mensurabilis ad mensuram, vt diximus: sed scientia Dei ad rem scitam, & actus volendi ad rem volitam, tantum est relatio rationis, sicut relatio eiusdem ad seipsum: quoniam in Deo scientia & scire sunt idem, & volitio atque volitum, pura diuina essentia Deus enim intelligendo & volendo essentiam suam, intelligit & vult omnia: vt docet Sanctus Thom. quaestio. 19. articulo. 2. ad secundum. ¶ At occurrit dubium circa haec verba Diui Thom. vt rursus, quemadmodum intellectus ad rem intellectam, scilicet notitia aut scientia ad suum obiectum (quod idem est, in nobis est relatio realis, ita quae sit relatio realis rei intellectae ad intellectum ipsum: & simili modo, rei volitae ad voluntatem. Respondemus primo, quod si res intellecta producit notitiam, & volita amorem, tunc sane est relatio realis: verum in saepenumero res intellecta non producit notitiam, vt chimera cognita, vel imperator cognitus mediante sua imagine, neque res volita amorem. Respondemus secundo, quod intellectum, quia intellectum est, & volitum, quia volitum est, non fundant relationes reales ad rem intelligentem, & volentem: quoniam ex eo operatur, neque in se recipit aliquid reale: & hoc est quod dicit Aristotelem in vi. supra, quod scibilibus ad scientiam solum est relatio rationis.

Observatio. Observate in praesentia maxime oportet, plures in hac re grauioribus deceptos, existimantes quod intelligere, scire, & vel se, in nobis solum importat relationes rationis intellectus ad rem intellectam, & voluntatis ad rem volitam deceptos quidem verbis Sancti Thomae quae sepe dicit, quod scire, intelligere, & velle, in Deo solum importat relationes rationis. Et quod scire importat relationem realem, probatur: Scientia importat relationem realem, ergo scire quia scientia & scire idem sunt. Assumptum autem constat ex Aristotele, vbi supra, merito. De reliquis scilicet intelligere & velle, est eadem profusa ratio. Et etiam alia ratione id ostendere possumus, quia ista verba importat tantum effectus & actus reales, scilicet notitiam & volitionem, qui natura sua ordinantur in sua obiecta: ergo importat relationes reales illorum effectuum & actuum ad sua obiecta. ¶ Obijciat tamen aliquis ad hunc modum: scientia & notitia

est signum rei, quia significat suum obiectum: & signi ad signatum duntaxat est relatio rationis (vt nos docuimus quaest. 27. articulo. 1. disputa. 2.) ergo scientia & notitia ad suum obiectum, tantum est relatio rationis. Negamus plane consequentiam, quoniam notitia, vt signum, tantum dicit relationem rationis: sed vt effectus realis scibilis, vel vt ad scibile naturam suam ordinatur, dicit relationem realem. Et est aduertendum, quod cum dicimus scire, intelligere, velle, in nobis importat relationes reales, non sic est accipiendum, quod formaliter & in sua ratione illas importent: nam essentia relatiua secundum esse, vt pater & filius: sed sic nimirum est intelligendum, quod habent relationes reales sibi annexas, quae ipsa consequuntur: vt explicuimus articulo. 2. disputatione. 2. Denique vt litera haec ad primum exacte intelligatur, annotare oportet, quod eadem profusa relatio realis est intellectus ad rem intellectam, & notitia aut scientia ad rem eandem intellectam aut scitam: sed illa est in notitia, aut scientia vt fundamento proximo, & in intellectu vt remoto: & consimili ratione eadem relatio est voluntatis ad rem volitam, & volitionis ad eandem rem volitam. Quo fit, vt tantum sit dicere scire importat relationem intellectus ad rem scitam, aut scientiam ad rem scitam: sic de alijs verbis intelligere, & velle iudicandum est. In responsione ad secundum dicit, quod per intellectum creaturae multiplicatus in infinitum relationes, ita vt modo pullularet vna, & deinceps aliae: quoniam ratio est, quia intellectus creatus potest habere infinitos actus intelligendi: vt notitiam lapidis rectam, & illius notitiam reflectam, & tertiam illius reflectam, & sic in infinitum: & per quoniam habet actum intelligendi creaturae pullularet vna relatio. Sed id eundem modo per intellectum diuinum non multiplicentur relationes rationis, quandoquidem Deus solum potest habere vnum actum simplicem actum intelligendi, quod scilicet propria cognoscere: si quidem habere plures, in perfectione esset. In solutione tertij ad primum aut, quod respectus rationis, qui sunt inter ideas, non sunt in Deo tanquam in subiecto, quod subiectiue appellantur, sed obiectiue: quoniam ab aeterno cognouit illos Deus. Ad quartum, docet aequalitatem & similitudinem, in Deo non esse relationes reales, sed rationis. Quod disputandum est

Responso

Nota

Ad secundum

In vno

Ad tertium

Ad quartum

est

est quaest. 42. arti. 1. ¶ Aduersus Sanctum Thom. quatenus asserit in Deo non esse passionem, argumentamur primo: filius generatur, & Spiritus Sanctus spiratur, at spirari & generari, sunt passionis: ergo in Deo est passio. Respondetur, negando minorem nam passio proprie, motus est, per quem subiectum aliquid recipit, quod Deo in se nequit generari autem & spirari, enuntiantur per verbum passiuum, non tamen sunt passionis. ¶ Secundum argumentamur aduersus id, quod iuxta Sanctum Thom. sententiam dictum est, videlicet, quod omnis relatio realis (saltem mutua) fundatur supra quantitatem, actionem, aut passionem. Similitudo Sortis albi, est relatio realis mutua: & tamen non habet pro fundamento quantitatem, neque actionem, neque passionem, sed duntaxat qualitatem. Respondetur, quod relatio realis habet pro fundamento actionem, vel passionem, vel quantitatem, aut rem, quatenus induit, vel habet conditionem quantitatis. Nunc itaque dicimus, quod illa similitudo, habet pro fundamento unitatem specificam albedinis: nam ideo duo

1. argum.

Responso

2. argum.

Responso

sunt similia, quia habent qualitatem vnius, & eiusdem speciei: modò vnum in specie pertinet ad quantitatem, siquidem vnum est principium quantitatis. Insuper, vt sit similitudo inter aliqua, necessum est, quod ea sint plura: idem enim non est simile sibi ipsi: & quod illa habeant qualitates vnius speciei: at vnum & plura ad quantitatem pertinent. Et haec responsio, perita est ex Diuo Thom. De potentia quae. 7. ar. 9. Offert demum se alia difficultas circa suppositionem S. Thom. in corpore articuli, vbi dictum est, quod quilibet processione insurgunt duntaxat duae relationes reales: quod videtur falsum: quia cum filius in humanis generatur & a patre procedit, plures aliae relationes reales insurgunt, quam paternitas & filiaris: videlicet, aequalitas aut inaequalitas, similitudo aut dissimilitudo: quae sunt reales. Respondemus paucis, quod illa suppositio sit intelligenda venite: ex qualibet processione duntaxat insurgunt duae relationes reales per se & immediate, & quae pro fundamento habent illam processione.

Quaestio

¶ Hic sequitur quaestio 29. articulo 1. in qua dicitur, quod in Deo non est relatio realis. Respondetur, quod in Deo non est relatio realis, quia in Deo non est actus realis, sed actus intellectus, qui est relatio rationis. Et hoc est quod dicitur in articulo 2. quod in Deo non est relatio realis, sed relatio rationis. Respondetur, quod in Deo non est relatio realis, quia in Deo non est actus realis, sed actus intellectus, qui est relatio rationis. Et hoc est quod dicitur in articulo 2. quod in Deo non est relatio realis, sed relatio rationis.

QVAESTIO. XXIX.

De personis diuinis.



Ræmissis autē his quæ de p̄cessionibus & relationibus p̄ cognoscēda v̄ debātur, necessarium est aggredi de personis.

¶ Et primo secundū considerationem absolutam, & deinde secundū comparatiuam considerationem. Oportet autē absolute de personis primò quidē in communi considerare, deinde de singulis personis. ¶ Ad cōmunem autem considerationem personarū quatuor pertinere videntur. Primo quidē significatio huius nominis persona. Secundò verò numerus personarū. Tertio, ea quæ consequuntur numerum personarum, vel ei opponuntur, vt diuersitas & similitudo, & huiusmodi. Quarto verò, ea quæ pertinent ad notitiā personarum.

¶ Circa primum quæruntur quatuor. Primo de definitione personæ. Secundo de comparatione personæ ad essentiam, subsistentiam, & hypostasim. Tertio vtrum nomen personæ cōpetat in diuinis. Quarto, quid ibi significet.

Articulus primus.

De diffinitione persona.



D primum sic proceditur. Videtur quod in competens sit diffinitio personæ, quā Boetius assignat in libro de duabus naturis: quæ talis est: Persona est rationalis naturæ indiuidua substantia.

Nullum enim singulare diffinitur sed persona significat quoddam singulare. Ergo persona incōueniēter diffinitur. ¶ Præterea substantia (pro ut ponitur in diffinitione personæ) aut sumitur pro substantia prima, aut pro substantia secūda: si pro substantia prima, superflue additur indiuidua, quia substantia prima est substantia indiuidua: si verò stat pro substantia secūda falso additur, & est oppositio in adiecto. Nā secundæ substantiæ dicitur generavel species ergo diffinitio est malè assignata.

¶ Præterea nomē intentionis nō debet poni in diffinitione rei. Non enim esset bona assignatio si quis diceret: hō est species animalis. Homo enim est nomē rei, & species est nomen

nomē intētionis. Cū igitur persona sit nomē rei, significat enim substantiam quandā rationalis nature. Ergo incōueniēter indiuiduū (quod est nomē intētionis) in eius diffinitione ponitur. ¶ Præterea, natura est principiū motus & quietis in eo in quo est perse, & non per accidens, vt dicitur in 2. phy. sed persona est in rebus immobilibus: sicut in Deo & in angelis: non ergo in diffinitione personæ debuit poni natura: sed magis essentia. ¶ Præterea, anima separata est rationalis natura: indiuidua substantia, nō autē est persona. Incōueniēter ergo persona sic diffinitur. Respondeo dicendū, quod licet vniuersale & particulare inueniatur in omnibus generibus, tñ speciali quodā modo indiuiduū inuenitur in genere substantiæ. Substantia enim indiuiduatur per se ipsa sed accidētia indiuiduatur per subiectum quod est substantia. Dicitur enim hæc albedo in quantum est in hoc subiecto. Vñ etiā cōueniēter indiuidua substantiæ habēt aliqd speciale nomē p̄ alijs. Dicitur enim hypostases vel primæ substantiæ, sed adhuc quodā specialiori modo inuenitur particulare & indiuiduū in substantijs rōnalib⁹, quæ habēt dominiū sui actus, & nō solū aguntur sicut alia, sed perse agunt: actiones aut in singularib⁹ sunt. Et ideo et in ter ceteras substantias quoddā speciale nomē habēt singularia rationalis

natura: & hoc nomen est persona. Et ideo in prædicta diffinitione personæ ponitur substantia indiuidua, in quantum significat singulare in genere substantiæ, additur autē rationalis nature, in quantum significat singulare in rationalibus substantijs.

Ad primū ergo dicendū: quod licet hoc singulare vel illud diffiniri nō possit, tamen id quod pertinet ad cōmunē rationē singularitatis diffiniri potest. Et sic philo. diffinit substantiam primā. Et hoc modo diffinit Boetius personam.

Ad secundum dicendū, quod secundum quosdam substantia in diffinitione personæ ponitur pro substantia prima quæ est hypostasis, neque tñ superflue additur indiuidua, quia nomine hypostasis vel substantiæ primæ excluditur ratio vniuersalis & particularis. Non enim dicimus quod homo communis, sit hypostasis, neque etiā manus, cū sit pars. Sed per hoc quod additur indiuiduū, excluditur à persona ratio assumptibilis. Humana enim natura in Christo nō est persona, quia est assumpta à digniori. scilicet à verbo Dei. Sed melius dicendum est, quod substantia accipitur communiter prout diuiditur per primam & secundam. Et per hoc quod additur indiuidua, trahitur ad standum pro substantia prima.

Ad tertiū dicendū, quod quia substantiales differētiæ nō sunt nobis notæ, vel etiam

etiam nominatè non sunt, oportet interdum vti differentijs accidentalibus loco substantialium: puta si quis diceret, ignis est corpus simplex calidum & siccum. Accidentia enim propria sunt effectus formarum substantialium, & manifestant eas. Et similiter nomina intentionum possunt accipi ad diffiniendum res, secùdum quòd accipiuntur pro aliquibus nominibus rerum, quæ non sunt posita. Et sic hoc nomè indiuiduum ponitur in diffinitione personæ, ad designandum modum subsistendi: qui cõpetit substantijs particularibus. ¶ Ad quartum dicendum, quod secùdum philosophum in .5. meta. nomen naturæ primo impositum est ad significandum generationem uentium: quæ dicitur natiuitas. Et quia huiusmodi generatio est à principio intrinseco, extensum est hoc nomen ad significandum principium intrinsecum cuiuscùq; motus. Et sic diffinitur natura in .2. phy. Et quia huiusmodi principium est formale vel materiale, cõmuniter tam materia quàm forma dicitur natura. Et quia per formã cõpletur essentia vniuscuiusq; rei, cõmuniter essentia vniuscuiusque rei (quæ significat ei diffinitio) vocatur natura: & sic accipit hęc natura. Vñ Boe. in eodem libro dicit: quòd natura est vnumquodque informãs specífica differetia. Specífica enim

differetia est quæ complet diffinitione, & sumitur a propria forma rei. Et ideo cõuenientius fuit quod in diffinitione personæ, quæ est singularis alicuius generis determinati, vteretur nomine naturæ quàm essentia quæ sumitur ab esse, quod est cõmunissimũ. ¶ Ad quintũ dicendum, quod anima est pars humanæ speciei. Et ideo licet sit separata, quia tamen retinet naturam vniuersalitatatis, non potest dici substantia indiuidua, quæ est hypostasis vel substantia prima: sicut nec manus, nec quæcũque alia partiũ hominis. Et sic nõ cõpetit ei neque diffinitio personæ, neque nomen.

Commentarium.




FVSE lateq; (vt apparet) disputata nobis sunt duæ proximæ quæstiones, vigesima septima, in qua, & vigesima octaua, quoniam quæ in illis aguntur, basis & fundamentum totius mysterij de Trinitate (quod diuina clementia hominibus patefactum est) esse existimantur. Quod si lector illa probè intellexit, pro comperto habemus quicquid reliquum est in hac materia, illum perfacile consequenturum. Disputabimus autem quæ supersunt, diuerso admodum cõsilio quàm hactenus fecimus: nam breuius perstringemus rem, ac circa articulos rarè excitatis disputationibus, solo commentario contenti erimus. Porro lectorem admonitũ huius volumus, quòd deinceps in singulis articulis id duntaxat agemus, & disputabimus præcipuè, quòd explicandæ cõclusioni d. Th. necessarium fore, duxerimus. Alia autem, si qua erunt, quæ sanctus doctor obiter & in transitu (modò spectent ad philosophiã, modò ad

ad metaphysicam) inculcet, nos consultò vt in sua propria sede explicentur, prætermittemus. Nam quæstiones, quæ in vnoquoque articulo casu emergunt, & quas ille integrè alibi examinat, velle ad vnumquem examinare, præterquam quòd præposterus ordo est doctrinæ huius edocendæ, altissimum pelagus ingrederemur, vnde non sine molestia lector prodiret: ac post laborem nihilo doctior euaderet. Cuius erroris causa, Caietanus & alij sancti Th. interpretes nota digni existimandi sunt, dum quædam physici negotij ac metaphysici, quorũ cognitionem lector medicoriter instructus consequi possit, scrupulosè perquirunt: Cùm tamen illa à doctore, mutuata solum & supposita afferantur aliunde, & non tanquam propria & germana, vt ibi examinentur. Ipsi verò in hac re nihilominus grandes efficiunt commentarios: quod æquo animo ferrem, nisi ob eam rē intentio præcipua perobscura maneret. Huius quòd dicimus præfens exemplum nobis exhibet Caietanus: qui, dum de personæ diuinæ definitione quærit Diuus Thom. ipse de indiuiduatione substantiæ & accidentium longam suscipit disputationem: quæ suo loco excitata & exercita vberes pateret fructus, perfacileq; intelligeretur: isto verò loco ad propositum non conducit. ¶ In præsentii igitur articulo, prius agendum nobis est de significatione huius vocis persona: deinde quid rei sit. Hoc itaq; nomen persona, multifariam acceptũ repetimus: in primis Laurent. Valla libr. 6. elegantiarum capi. 34. inquit, quòd nomen persona, accipitur pro qualitate in concreto, vt album: & hoc pacto sumitur in communi sermone, cum dicimus, qualis persona est Sortes? Hoc est, quo studio se exercet, medicinæ, iuris civilis, an militiæ: iracundus, an moderatus &c. Secundo modo, faciem cõstitutam significat, quam hispani dicunt, mascara: & etiam significat hominem illa facie cõstitutum operum, & tunc dicitur persona, à personado: quia vehementius sonat, propter vocis reciprocactionem, siquidem cõuitate ipsa maior necesse est vt reddatur sonus. Sed quoniam in comœdijs & tragœdijs, plurimũ (vt .3. arti. ad .2. ait Diuus Thom.) agebatur homines celebres & præclari, ob id instituitur nomen personæ ad significandos homines dignitate pollentes. Quam ob causam quidam sic definiunt personam. Perso-

na est hypostasis proprietate distincta, ad dignitatem pertinente. Et quoniam magnæ dignitatis est in intellectu naturali natura, subsistere: propterea omne illius indiuiduũ perse subsistens, persona dicitur. Vnde cùm dignitas diuinæ naturæ, infinitum præcellat omnem dignitatem, maximè propriè Deo congruit. ¶ Nunc autem quid persona sit, dicendum est: Sanctus Tho. huiusmodi personæ definitionem assignat. Persona est, rationalis naturæ indiuidua substantia. Quam assumpsit ex Boetio in libro de duabus naturis propriè medium: & nomine naturæ rationalis intelligit intellectualem naturam omnem, vt docet ar. 3. ad .4. & per indiuiduam substantiam intelligit suppositũ, vt docet etiam quæstione sequenti art. 1. ad primũ: ita vt definitio absoluta personæ hæc sit. Persona est naturæ intellectualis suppositum. Ad cuius maiorem definitionis explicationem, notandum est, quid indiuiduum, suppositumq; sit. Indiuiduũ est res singularis, quæ non est apta nata esse in pluribus: vt hic homo. Suppositum autem est indiuiduum substantiæ perse subsistens. ¶ Ex quibus colligitur, primò, quod persona, suppositum, & indiuiduum comparantur inuicè, vt superius & inferius: Quicquid nanq; est persona, est suppositum, & non vice versa: equus siquidem est suppositum, & nõ persona: & quicquid suppositum est, in indiuiduum est, non cõtra: humanitas enim Christi est indiuiduum, & non suppositum: quoniam non perse existit. ¶ Inferitur præterea, quòd manus separata à toto, non est suppositum: quia esto actu existat perse, ordinatur tamè à natura, vt existat in toto, vt pars eius. Neq; etiam anima rationalis separata à corpore, est suppositum: creata enim fuit, vt existeret in homine, & non perse: atque habet inclinationem, vt actu et totum, & illi vnietur. Quod quidem illatum, asserit D. Tho. ad quintum cuius oppositũ affirmat Scotus in .1. distinctio. 23. sententia tamen eius nobis non probatur. ¶ Elicitur tertio, quod quauis diuina essentia sit eadem re cum personis, non tamen est formaliter persona cùm non sit indiuidua substantia: quin potius communis tribus personis. Et eadè ratione, spiratio actiua communis patri & filio, non est persona. Reliqua quæ in litera habentur, manifesta sunt, neq; explicatione indigent.

Articulus secundus.

Utrum persona sit idem quod hypostasis, substantia, & essentia.



D secundum sic proceditur. Videtur quod persona sit idem quod hypostasis, substantia, & essentia. Dicit enim Boetius in libro de duobus naturis: quod graeci naturam rationalem indiuiduam substantiam hypostaseos nomine vocauerunt. Sed hoc etiam apud nos significat nomen persona. Ergo persona omnino idem est quod hypostasis. ¶ Praeterea, sicut in diuinis dicimus tres personas: ita in diuinis dicimus tres substantias: quod non esset nisi persona & substantia idem significarent: ergo idem significant persona & substantia. ¶ Praeterea, Boetius dicit in commento praedicatorum: quod uisus (quod est idem quod essentia) significat compositum ex materia & materia. Id autem quod est compositum ex materia & forma, est indiuiduum substantiae, quod & hypostasis & persona dicitur: ergo omnia praedicta nomina idem significare videntur.

Sed contra est quod Boetius dicit in libro de duobus natura. quod genera & spe-

cies subsistunt tantum: indiuidua uero non subsistunt tantum, uerum etiam substant: sed a subsistendo dicuntur substantiae, sicut a substantiando substantiae vel hypostases: cum igitur esse hypostases uel personas non conueniat generibus uel speciebus: hypostases uel personae non sunt idem quod substantiae.

¶ Praeterea, Boetius dicit in commento praedicatorum: quod hypostasis dicitur materia: uisus autem (id est substantia) dicitur forma: sed neque forma neque materia potest dici persona: ergo persona differt a praedictis.

Respondeo dicendum, quod secundum philosophum in 5. metaph. substantia dicitur dupliciter. Vno modo dicitur substantia quidditas rei quam significat definitio: secundum quod dicimus quod definitio significat substantiam rei. Quam quidem substantiam graeci uisum uocant: quod nos essentiam dicere possumus. Alio modo dicitur substantia, subiectum, uel suppositum, quod subsistit in genere substantiae. Et hoc quidem communiter accipiendi nominari potest & nomine significante intentionem, & sic dicitur suppositum. Nominatur etiam tribus nominibus significantibus rem. Quae quidem sunt, res naturae, substantia, & hypostasis, secundum triplicem considerationem substantiae sic dicitur. Secundum

cundum enim quod perse existit: & non in alio uocatur substantia. Illa enim subsistere dicimus, quae non in alio sed in se existunt. Secundum uero quod supponitur alicui naturae communi, sic dicitur res naturae: sicut hic homo est res naturae humanae: secundum uero quod supponitur accidentibus dicitur hypostasis uel substantia. Quod autem haec tria nomina significant communiter in toto genere substantiarum: hoc nomen persona significat in genere rationalium substantiarum. ¶ Ad primum ergo dicendum, quod hypostasis apud graecos propria significatio nominis, habet quod significet quodcumque indiuiduum substantiae, sed ex usu loquendi habet quod sumatur pro indiuiduo rationalis naturae ratione suae excellentiae. ¶ Ad secundum dicendum, quod sicut nos dicimus in diuinis pluraliter tres personas, & tres substantias: ita graeci dicunt tres hypostases. Sed quia nomen substantiae quod secundum proprietatem significationis, respondet hypostasi, equiuocatur apud nos: cum quandoque significet essentiam: quandoque hypostasim: ne possit esse erroris occasio, maluerunt pro hypostasi transferre substantiam quam substantiam. ¶ Ad tertium dicendum, quod essentia proprie est id quod significatur per definitionem, definitio autem complectitur principia speciei, non autem princi-

pia indiuidua. Vnde in rebus compositis ex materia & forma, essentia significat non solum formam, nec solum materiam, sed compositum ex materia & forma communi: prout sunt principia speciei. Sed compositum ex hac materia & ex hac forma habet rationem hypostasis & personae. Anima enim & caro & os sunt de ratione hominis, sed haec anima, & haec caro, & hoc os sunt de ratione huius hominis. Et ideo hypostasis & persona addunt supra rationem essentiae principia indiuidua, neque sunt idem cum essentia in compositis ex materia & forma (ut supra dictum est) cum de simplicitate diuina ageretur. ¶ Ad quartum dicendum, quod Boetius dicit genera & species subsistere, in quantum indiuiduis aliquibus competit subsistere, ex eo quod sunt sub generibus & speciebus in praedicatione substantiae comprehensis, non quod ipsae species uel genera subsistant: nisi secundum opinionem Platonis, qui posuit species rerum separatim subsistere a singularibus. Subsistere uero competit eisdem indiuiduis in ordine ad accidentia, quae sunt praeter rationem generum & specierum. Ad quintum dicendum, quod in diuiduum compositum ex materia & forma habet quod subsistet accideri ex proprietate materiae. Vnde & Boetius dicit in libro de tri-

de tri. Forma simplex subiectum esse non potest, sed q̄ per se subsistat habet ex proprietate sue forme, quæ non aduenit rei subsistēti, sed dat esse actuale materiæ: vt sic indiuiduum subsistere possit. Propter hoc ergo hypostasim attribuit materiæ: & vñsolum, siue subsistentiã formæ: quia materia est principium subsistendi, & forma est principium subsistendi.

Commentarium.



1. Conclusio.

Secunda.

3. Conclusio.

In Deo.

sentia.

Dubium.

N litora tres affert conclusiones, prima: nomen substantiæ bifariam accipitur: primo modo pro essentia, & quidditate rei quam explicat definitio, vt docet Arist. 5. metaphys. text. 15. Secundo modo pro naturæ suppositio. ¶ Secunda conclusio: naturæ suppositum tribus aliis nominibus nuncupatur: hoc est, res naturæ, substantia, & hypostasis. Appellatur autem res naturæ; quatenus supponitur alicui naturæ communis, sicut hic homo est res naturæ humanæ: vocatur verò substantia, vt per se existit, & nō in alio: dicitur ratiō de hypostasis, vt subest accidentibus: Tertia conclusio quæ respondet ad titulum quæstionis est videlicet significare idē hæc nomina suppositæ hypostasis & substantiæ & persona respectu substantiarū intellectualiū, sed nomen essentia non idem significat quod præfata nomina: quoniam dicitur natura suppositi & quidditatem. In presentia res subsistens obseruandū est, apud Latinos nusquam esse formidatū concedere tres substantias in Deo: de qua re libebit loqui ecclesiasticam historiã lib. 10. c. 29. Et aperte in 5. Synodo generali cōceditur, in diuinis tres esse substantias. Verba concilii, quæ habentur cap. 1. sic habēt. Trinitatē consubstantialē, vnam deitatem in tribus subsistētis, siue personis adorandam. ¶ At dubiū est, an sit cōcedendū in diuinis esse tres hypostasēs. Hierony

mus in epistola de fide catholica ad Damasum papā, non ausus est id fateri: taceatur (in qu) tres hypostasēs si placet, & vna teneatur: nomen hoc nō bonæ suspensionis est. Et paucis interiectis, mihi credite, venenū sub melle laet: trāsfiguratur enim se angel⁹ fatanē in angelū lucis. Verū iā nō est locus dubietati, quin intrepidē enūtiemus in Deo tres hypostasēs. Nā in symbolo Athanasij, vbi habetur, alia est persona patris, alia filij, alia spirit⁹ sancti: græcè est, alia est hypostasis patris, alia filij, alia spirit⁹ sancti. Sed meritō interrogamus, cur reformidat Hieronymus, in Deo cōcedere tres hypostasēs: Huic responder. d. Th. art. sequenti ad tertium, hoc quidē in causa fuisse, quia id tēporis hæretici decipiebant simplices, ac inducebant fateri in Deo tres essentias, hoc sophismate. In Deo sunt tres hypostasēs, ergo tres substantiæ: quoniam eadē significatio est substantiæ & hypostasis: sed substantia est essentia, ergo sunt tres essentia. Quamobrē Hieronymus sapienter aiebat, venenum latere sub nomiāe hypostasis: at postquam detecta est & vulgata huius nominis hypostasis significatio, constanti animo libereq; affirmandū est, in Deo esse tres hypostasēs. Et argumentū hæreticorum facile profligam⁹, negādo nomē substantiæ & hypostasis idem prorsus significare: quoniam hypostasis dicitur suppositū est, verū nomē substantiæ modò sumitur pro natura, modò pro supposito natura, vt docet diuus Th. in præsentia articulo, & præcipuē ad secundū. ¶ Aduersus tamen assertionem nostram obiicitur. Vt dictum est, naturæ suppositum dicitur hypostasis, quatenus subiicitur accidentibus, at accidentia in Deo esse nequeunt, ergo in Deo non est hypostasis. Respondet diuus Thomas ad tertium articulo sequenti, q̄ nomen hypostasis non tribuitur Deo, respectu eius à quo impositū est, cum non subit accidentibus: sed cōpetit ei, respectu eius, ad quod significandum institutum est: impositum enim est, ad significandum rem subsistentē. ¶ Cæ Dubium. Terū maius dubiū est: An sit cōcedendū in Deo esse tres substantias. In confirmatiōe vtriusq; partis sunt quæ plurima argumenta. In primis in cōfirmatiōe partis negatiuæ, est Hieronymi testimonium, qui vbi supra, nō ausus est cōcedere, tres substantias in Deo. Sufficiat (ait) nobis dicere vñ substantiam, & tres personas perfectas equales. Timuit etiā Aug. 5. de Trinit. c. 9. & lib. 6. cap. 4. id asse-

Articulus tertius.

Vtrum nomen personæ sit ponendum in diuinis.



D tertium sic proceditur. Videtur quod nomen personæ nō sit ponendū in diuinis. Dicit enim Dio. in principio de di. no. Vniuersaliter nō est audedū aliquid dicere nec cogitare de super substantiali occulta diuinitate, præter ea quæ diuinit⁹ nobis ex sacris eloquijs sunt expressa: sed nomen personæ nō exprimitur nobis in sacra scriptura noui vel veteris testamenti: Ergo nō est nomine personæ vtendum in diuinis. ¶ Præterea, Boetius dicit in libro de du. na. Nomen personæ videtur tractum ex his personis, quæ in comedijs tragicisq; homines representabant. Persona enim dicta est à personādo, quia concavitudo ipsa maior neesse est vt voluatur sonus: Græci verò has personas prosopa vocāt, ab eo quod ponatur in facie, atque ante oculos obtegant vultum: Sed hoc non potest competere in diuinis, nisi forte secundum metaphoram: Ergo nomen personæ non dicitur de Deo, nisi metaphoricè. ¶ Præterea. Omnis persona est hypostasis, sed nomen hypostasis non videtur Deo competere, cum secundum Boe. significet id quod subijcitur accidentibus, quæ in Deo non sunt. Hiero. etiā dicit, quod in

I hos

asserere: & in illo cap. 9. assignat rationem, quoniam nostræ locutionis cōsuetudo iam obtinuit, vt intelligamus nomine substantiæ essentiam. Cum ergo hæreticum sit dicere, quod sunt tres essentia, non est fas nobis concedere, quod sint tres substantia. Rufus in concilio Toletano. 11. veriti sunt patres concedere tres substantias, sed vñ tantum. Cuius concilij verba sunt. Cum relatiuè tres personæ dicantur, vna tantum nobis substantia creditur. At in firmitatem partis asserentis, occurrit nobis August. 7. de Trinit. capit. 6. qui asserit, quod in viorum doctorum conspectu (modò scandalum huius nominis substantia semoueat) nullum erit incommodum, fateri in diuinis esse tres substantias. Verba Augustini sunt quæ sequuntur: aut si iam placet propter disputandi necessitatem, etiam exceptis nominibus relatiuis, pluralem numerum admittere, vt vno nomine respondeatur, cum queritur quid tria, & dicere tres substantias, siue tres personas. Et Hilarius in libro de sy. no. dis. affirmat, se interfuisse cuidā synodo, vbi expressè admissum est, esse tres substantias in diuinis. Rursum probamus eandem partem ex factō Th. ad secundum, nomen substantiæ interdum accipitur pro essentia, nonnunquam autem pro persona: at sunt tres personæ, ergo tres substantia. Ad hæc sanctus Th. eodem loco docet, quod nomini substantiæ in sermone latino, iuxta proprietatem significationis, correspondet hypostasis græcè. Quapropter ad Hebræos. 1. vbi dicitur, figura substantiæ eius: græcè habetur, hypostaseos. Quoloco nomen hypostasis veritur per nomen substantiæ: at tres sunt hypostasēs, ergo tres sunt substantia. ¶ Verum nos quæstionē proposiit breui respondebimus, nunquā absolute concedendum esse, quod sunt tres substantia in Deo. Quod si huius nominis plurali vri velimus, de Deo loquentes, cum distinctione eo vtendum est: sic videlicet, quod si nomen substantiæ sumitur pro essentia, nequaquam in Deo tres substantia sunt: vñ si pro persona accipiat, sunt quidem tres substantia, id est tres personæ: quomodo vltus est Augustinus hoc nomine: qui loco allegato septimū de Trinitate formidauit absolute concedere, in Deo tres esse substantias: sed cum primū dixit in Deo esse tres substantias, adiecit siue tres personas.

Parti asserentis prælati.

Obiectio.

Responsio.

Partis negatiuæ probatur.

hoc noie hypostasis venenum latet sub melle: ergo hoc nomē persona, non est dicendum de deo. ¶ Præter. A quocūque remouetur diffinitio, & diffinitum. Sed diffinitio personæ supra posita non videtur deo competere, tum quia ratio importat discursiuam cognitionē, quæ non cōpetit deo, vt supra ostensum est, & sic deus non potest dici rationalis naturæ: Tum etiam quia deus dici non potest indiuidua substantia, cum principium indiuiduationis sit materia, deus autem immaterialis est: Neque etiam accidentibus substat, vt substantia dici possit: Nomen ergo personæ, deo attribui nō debet. ¶ Sed, contra est quod dicitur in symbolo Athanasij. Alia est persona patris, alia filij, alia spiritus sancti. ¶ Respondet dicendum, q̄ persona significat illud quod est perfectissimum in tota natura, scilicet subsistens in rationali natura. Vnde cum omne illud quod est perfectionis Deo sit attribuendum, eo q̄ eius essentia continet in se omnem perfectionē, conueniens est vt hoc nomen persona de deo dicatur: nō tamen eodem modo quo dicitur de creaturis, sed excellentiori modo: sicut & alia nomina quæ creaturis a nobis imposita, deo attribuuntur: sicut supra ostensum est, cū de diuinis nominibus ageretur. ¶ Ad primum ergo dicendum, q̄ licet nomen personæ in scriptura veteris

vel noui testamēti non inueniatur dictum de deo, tamen id quod nomen significat multipliciter in sacra scriptura inuenitur assertū de deo. s. q̄ est maximē per se ens: & perfectissime intelligens. Si autem oporteret de deo dici solum, illa secundum vocem quæ sacra scriptura de Deo tradit, sequeretur quod nunquā in alia lingua posset aliquis loqui de deo, nisi in illa in qua primo tradita est scriptura veteris vel noui testamenti. Ad inueniendum autem noua nomina antiquam fidem de deo significatiua, coegit necessitas disputandi cum hæreticis. Nec hæc nouitas vitanda est, cum nō sit prophana, vt pote a scripturarum sensu non discordans. Docet autem apostolus phanas vocem vanitates vitare primē ad Titum. ¶ Ad secundum dicendum, q̄ quauis hoc nomen persona non conueniat deo, quantum ad id à quo impositum est nomen: tamen quantum ad id ad quod significandum imponitur, maximē deo conuenit. Quia enim in comædijs & tragedijs representabantur aliqui homines famosi: impositum est hoc nomen persona, ad significandū aliquos dignitatem habentes. Vnde consueuerunt dici personæ in ecclesijs, quæ habent aliquam dignitatem. Propter quod quidam diffiniunt personam dicentes, quod persona est hypostasis proprietate distincta

distincta ad dignitatem pertinente. Et quia magnæ dignitatis est in rationali natura subsistere, ideo omne indiuiduum rationalis naturæ dicitur persona, vt dictum est. Sed dignitas diuinæ naturæ excedit omnem dignitatem: & secundum hoc maximē competit deo nomē personæ. ¶ Ad tertium dicendum, quod nomē hypostasis nō competit deo quantum ad id à quo est impositū nomen, cum non substat accidentibus: competit autem ei quantum ad id ad quod est impositum, est enim impositū ad significandū rem subsistentem. Hiero. autem dicit, sub hoc nomine venenum latere: quia antequā significatio huius nominis esset plenē nota apud Latinos, hæretici per hoc nomē simplices decipiebant, vt confiteretur plures essentias, sicut confitentur plures hypostases: propter hoc quod nomen substantiæ (cui respondet in græco nomen hypostasis) communiter accipitur apud nos pro essentia. ¶ Ad quartum dicendum, q̄ deus potest dici rationalis naturæ, secundum quod ratio non importat discursum, sed communiter intelligibilem naturam. Indiuiduū autem deo competere non potest, quantum ad hoc quod indiuiduationis principium est materia, sed solum secundum quod importat incommunicabilitatem. Substantia vero cōuenit deo, secundum q̄

significat existere per se. Quidam tamen dicunt, quod diffinitio superioris a Boetio data non est diffinitio personæ, secundum quod personas in deo dicimus. Propter quod Ric. de sancto uic. corrigere volens hanc definitionem, dixit quod persona secundum q̄ de Deo dicitur, est diuinæ naturæ incommunicabilis existentia.

Commentarium.



Onstituit cōclusio nem affirmantem, & assignat rationē: quoniam nomen personæ perfectionis est, siquidem significat perfectissimū, quod per se subsistit in natura intel-

lectuali: quicquid autem perfectionis est, Deo tribui debet. Nimirum obseruandum est, conclusionem. d. Tho. iuxta fidem catholicam asserendam esse, vt constat ex symbolo Athanasij: alia persona patris, alia filij, alia spiritus sancti. Et in concilio Toletano vndecimo habetur: cum relatiuē tres personæ dicantur. & capitulo firmiter de summa trinitate. & fide catholica. Pater, filius, & spiritus sanctus tres quidem personæ, sed vna essentia. & in capitulo damnamus. Pater, filius, & spiritus sanctus tres simul personæ & c. Recenseri nō possunt, huius rei testimonia. ¶ Ex quibus colligitur Laurentium vallensem grammaticum vehementer errasse loco allegato, in primo articulo huius quæstionis, qui vt carperet Boetium, quod personam Deo tribuerit, persona nanque (ait) non est in Deo magis, quàm in bruto: impudentem blasphemiam, atque stultitiam. Cur perfucata fronte, & liberius quam deceret, in theologorū messem missa falce, homo arrogans non meminit illius Horatianæ sententiæ? Quod medicorum est, promittunt medici: tractant fabrilis fabri. Hinc ortum habuit, vt quidam huius tempestatis doctor Theologus,

Platum est tra Laurentium vallis

negauerit in diuinis personam: verum illius cantilenæ palinodiā cecinit in publico theatro. ¶ Aduersus conclusionem, est primum argumentum sancti Th. Nomen personæ non inuenitur in sacris literis Deo tributum, ergo in diuinis non est persona. ¶ Respondet, quod si nomen persona, non reperiatur in scriptura, est tamē res ipso nomine significata: ¶ Verum quando nullibi in sacris biblijs huius nominis mentio aliqua haberetur, satis nobis est (quod etiam omnibus esse debet) id nomen frequenter ab ecclesia Romana in ea significatione admitti: ab ecclesia, inquam, quæ columna est, & firmamentum veritatis: cui tantum honoris iuxta diuum August. in libro contra epistolā Manichæi capite. 7. deferendum est, vt euangelio, nisi illa proponeret, non crederemus.

Articulus quartus.

Utrum hoc nomen persona significet relationem.



AD quartū sic proceditur. Videtur quod hoc nomen persona non significet relationem, sed substantiā in diuinis. Dicitur enim August. in 7. de tri. Cum dicimus personam patris, non aliud dicimus quā substantiā patris: ad se quippe dicitur persona: non ad filiū. ¶ Præter. Quid querit de essentia. Sed sicut dicit August. in eodem loco, cum dicitur tres sunt qui testimoniū dāt in celo, pater, verbū, & f. f. & queritur, quid tres? respondet tres personæ: Ergo hoc nomen persona significat substantiā. Præter. Secundū phil. 4. metaphy. id quod significat per nomen est eius definitio, Sed definitio personæ est rationalis naturæ indiuidua substantia (vt dictū est) ergo hoc nomen persona si-

gnificat substantiā. Præter. Persona in hominibus & angelis non significat relationem, sed aliquid absolutū: Si igitur in deo significaret relationem, diceretur æquiuocē de deo, & hominibus, & angelis. Sed contra est quod dicit Boet. in lib. de tri. quod omne nomen ad personas pertinet, relationem significat: sed nullum nomen magis pertinet ad personam, quā hoc nomen persona: ergo hoc nomen persona relationem significat. Respondet dicendum, quod circa significationem huius nominis persona, in diuinis difficultatem ingerit quod pluraliter de tribus prædicatur, præter naturam essentialium nominum: neque etiam ad aliquid dicitur, sicut nomina quæ relationem significant. Vnde quibusdam visum est, quod hoc nomen persona simpliciter ex virtute vocabuli essentiam significet in diuinis, sicut hoc nomen deus: & hoc nomen sapiens: sed propter instantiam hæreticorum est accommodatum ex ordinatione concilij, vt possit poni pro relationali, & præcipue in plurali: vel cum nomine partitio: vt cum dicimus tres personas: vel alia est persona patris: alia filij. In singulari vero potest sumi pro absoluto, & pro relationali. Sed hæc non videtur sufficiens ratio. Quia si hoc nomen persona, ex vi sue significationis non habet quod significet nisi essentiam in diuinis, ex hoc quod dictum

dictum est tres personas, non fuisset hæreticorum quæta calūnia: sed maioris calūniæ data esset eis occasio. Et ideo alij dixerunt, quod hoc nomen persona in diuinis significat simul essentia & relationem. Quorum quidam dixerunt, quod significat essentia in recto, & relationem in obliquo, quia persona dicitur quasi per se vna: Vnitatis autem pertinet ad essentiam. Quod autem dicitur per se implicat relationem obliquè. Intelligit enim primum per se esse, quasi relatione distincta a filio. Quidam vero dixerunt econuerso, quod significat relationem in recto, & essentiam in obliquo: quia in diffinitione personæ, natura ponitur in obliquo. Et isti propinquius ad veritatem accesserunt. ¶ Ad euidentiā igitur huius quaestionis considerandum est, quod aliquid est de significatione minus communis, quod tamen non est de significatione magis communis. Rationale enim includitur in significatione hominis, quod tamen non est de significatione animalis. Vnde aliud est querere de significatione animalis, & aliud est querere de significatione animalis quod est homo. Similiter aliud est querere de significatione huius nominis persona in communi, & aliud de significatione personæ diuinæ. Persona enim in communi significat substantiam indiuiduam rationalis naturæ (vt dictū est.) Indiuiduum autem est quod

est in se indistinctum, ab alijs vero distinctum. Persona igitur in quacunque natura significat id quod est distinctum in natura illa. Sicut in humana natura significat has carnes, & hæc ossa, & hæc animā, quæ sunt principia indiuiduati hominem. Quæ quidem licet non sint de significatione personæ, sunt tamē de significatione personæ humane. Distinctio autem in diuinis non fit nisi per relationes originis: vt dictum est supra. Relatio autem in diuinis non est sicut accidens inherens subiecto, sed est ipsa diuina essentia. Vnde est subsistens, sicut essentia diuina subsistit. Sicut ergo deitas est deus, ita paternitas diuina est deus pater, qui est persona diuina. Persona igitur diuina significat relationem vt subsistentem. Et hoc est significare relationem per modum substantiæ, quæ est hypostasis subsistens in natura diuina: licet subsistens in natura diuina non sit aliud quā natura diuina. Et secundū hoc verū est, quod hoc nomen persona, signat relationem in recto, & essentia in obliquo, non tamen relationem in quantum est relatio: sed in quantum significat per modum hypostasis. Similiter etiā significat essentiam in recto, & relationem in obliquo: in quantum essentia idē est quod hypostasis. Hypostasis autem significatur in diuinis, vt relatione distincta. Et similiter relatio per modum relationis significata cadit in ratione personæ

ne in obliquo. Et secundū hoc etiā dici pōt, q̄ hęc significatio hui⁹ nominis persona nō erat percepta ante hereticorū calumniā. Vnde non erat in vsu hoc nomē persona, nisi sicut vnū aliorum absolutorū. Sed postmodum accōmodatū est hoc nomen persona, ad standū pro relatiuo, ex congruētia suę significationis: vt. s. hoc quod stat pro relatiuo, non solū habeat ex vsu (vt prima opinio dicebat) sed etiam ex significatione sua. ¶ Ad primū ergo dicendum, q̄ hoc nomen persona, dicitur ad se, non ad alterum: quia significat relationem, non per modum relationis, sed per modū substantię: quę est hypostasis. Et secundum hoc Augu. dicit q̄ significat essentiam, prout in deo essentia est idem cum hypostasi: quia in Deo non differt qd̄ est, & quo est. ¶ Ad secundū dicendum, q̄ quid quādoque querit de natura quā significat diffinitio: vt cum queritur quid est homo, & respondetur animal rationale mortale. Quādoque vero querit suppositum: vt cum queritur, quid natat in mari: & respondetur piscis. Et sic querentibus quid tres, respondetur est tres personę. ¶ Ad tertium dicendū, q̄ in intellectu substantię indiuiduę, id est distinctę vel in comunicabilis, intelligitur in diuinis relatio: vt dictum est. ¶ Ad quartū dicendum, q̄ diuersa ratio minus communium non facit equiuocā

tionem in magis communi. Licet enim sit alia ppria diffinitio equi & afini, tamen vniuocantur in nomine animalis, quia cōmunis diffinitio animalis conuenit vtrique. Vnde non sequitur q̄ licet in significatione personę diuinę continetur relatio, non autem in significatione angelicę personę vel humanę, q̄ nomen personę equiuocē dicitur: licet neq; etiā dicat vniuocē, cū nihil vniuocē de deo dici possit, & de creaturis, vt supra ostensū est.

Commentarium.



Vius difficultatis enodatio magnum soler facessere negotium: etenim tanta est in hac re opiniorum varietas, vt veluti obductus tenebris, lucē non valeat mentis acies inspicere, si omnes illas velim⁹ perustrare: quod fieret non sine magna lectōnis molestia, inde tamen nulla commoditas accresceret. Nouem absque iure opinionēs feruntur in re non admodum difficulti, illas videre potest lector in sancto Th. 1. sentent. distinct. 27. & 26. & de potentia quęst. 9. ar. 4. & eas non omnes vno loco agglomerat, sed singulis aliquas atque sententiam suam ad eō flexuose & perobscure explicat, vt vix aperte possit intelligi illius de hac re iudicium. Vnde ansam aliqui ceperunt dicendi, eum cōtraria sibi loquutum, diuersis tamen locis: quin hoc articulo pugnare, secum illius assertiones. At enim, quōd hoc nomen persona, significat relationem in recto, & essentiam in obliquo. Similiter etiam dicit, significare essentiam in recto, & relationem in obliquo. Quibus verbis, conspicua nimis videtur cōtradictio: verum minimē est, si intelligamus eius verba respectu diuersorum. Nos igitur huius varietatis reiectis anfractibus & circuitionibus nudam veritatem in pauca conferemus.

¶ Sit

Prima conclusio. ¶ Sit itaque prima conclusio. Hoc nomen persona vniuersē acceptum, non significat relationem. Hanc palam asserit August. 7. de trinit. capite. 6. in hæc verba, Cum dicimus personam patris, non aliud dicimus, quā substantiam patris: ad se quippe dicitur persona, non ad filium. Et ratione probatur: nomen persona, vniuocē dicitur de Deo & creaturis, vel saltem non æquiuocē: at vt de creaturis dicitur, non significat relationem, supponit siquidē pro Petro, qui nō est relatio, ergo vt de deo dicitur, non significat relationem. Insuper quia definitio personę assignata, nempe rationalis naturę indiuidua substantia, non significat relationem: ergo neque persona. Hanc etiam conclusionem expressē asserit: d. Th. hic ad primū, cū ait: nomen persona dicitur ad se, non ad alterum. ¶ *Secunda conclusio.* Quemadmodum nomen album, formaliter significat album, ad quod significandum impositum est: verum materialiter significat corpus, quia nequit esse album, nisi in corpore: sic quoque nomen persona diuina, formaliter significat suppositum diuinę naturę: materialiter verō significat relationem: quia nequit esse persona diuina, quin sit relatio. Istam conclusionem clarē asserit diuus Th. de potentia vbi supra, cuius verba sic habent. Persona diuina, formaliter significatione significat distinctum subsistens in natura diuina: & quia hoc non potest esse nisi relatio, vel relatiuum, ideo materiali significatione significat relationē, vel relatiuū. Et eandem sententiā, quantum existimo, habet in præsentis loco, quicquid Cai. asserat: qui affirmat, latēctum Th. hic opinari, q̄ persona diuina formaliter significat & includit relationē: qd̄ iudicio quidē meo falsum est. Nam inquit .d. Th. nomen persona, significat relationē in recto, & essentiam in obliquo: non tamē relationem, in quātum est relatio. Et loquitur de persona diuina, vt constat ex verbis eius pauld̄ superius: si autē significaret formaliter, relationē eā significaret, in quantum est relatio. Et probatur ratione contra Cai. Si dato impossibili, esset vna persona diuina, sicut Iudæi & Sarraceni imaginantur, ita propriē deus esset persona diuina, sicut nunc est: sed tunc non esset relatio, ergo modō persona diuina non formaliter significat relationem. Scotus in. 1. dist. 23. & 25. plura congerit argumenta contra diuum

Thom. quę contra illius sententiā isto modo explicatam, non militant. ¶ Verum in asseritionem secundā opponimus: in diuinis, tantum relatio est persona, ergo persona diuina formaliter dicit relationem. Negamus consequentiam, quia nomen persona diuina, solum formaliter significat suppositum naturę diuinę ex vi suę significationis: & quia illud duntaxat existit & reperitur in relatione, ob id indirectē, materialiter, & consequentiū (vt dicunt scholastici) importat relationem. Et in significatione albi factis manifestē deficit collectio præfata: enim uerō tantum corpus est album, sed nomen albi non significat corpus nisi materialiter: vt asserit secunda conclusio. ¶ Item arguemur contra primam conclusionem. Absoluta in diuinis pluralitatem non recipiunt, vt quia essentia est absolutum, nō sunt plures essentia: & quā sapientia est absolutū, non sunt plures sapientia: at persona pluralitatem recipit, sunt etenim tres personę diuinę, ergo persona non est absolutum, sed relatiuum potius. Respondetur, q̄ absoluta non recipiunt pluralitatē, neq; multiplicatur ratio rei absolute, verum multiplicatur ratio relationū: quandoquidē sunt plures personę, ratione relationū in quib⁹ reperiantur. Vel secus dicimus, q̄ nomen persona materialiter importat relationē, & ratione huius multiplicatur. ¶ Rursus, hoc nomē persona diuina est cōmune tribus personis, ergo suū significatū, est cōmune tribus personis: at nihil est cōmune tribus personis, nisi essentia: ergo significat essentia, & nullo modo relationē, neq; materialiter, neq; formaliter. Difficultatē huius argumenti tractat, d. Th. quęst. sequenti ar. 4. & quōd plene illā intelligamus, obseruandū est, q̄ nomina quę significant secundas intentiones, non significant aliquid cōmune oibus suis significatis: vt vniuersale, nō significat aliquā rē cōmunē omnib⁹ vniuersalibus: neq; genus, aliquod genus cōmune omnibus generibus: & de specie eadē est consideratio: & etiā hoc nomē singulare, aut in diuiduū, non significat aliquā rem, quā communetur omnibus indiuiduis, ac rebus singularibus. At verō nomen suppositi, est nomē secundę intentionis, vt docet diuus Th. hac quęstione, ar. 2. & eadem ratione nomē personę: definitio enim personę continet in se indiuiduū, quod est nomen secundę intentionis: Quo fit, vt persona diuina, non

Solutio. 1. significet aliquam personam diuinam communem tribus personis. His igitur præmissis, respondemus primò quòd persona diuina est communis tribus personis, non ratione rei & significati, sed ratione significationis cõmunis, quam habet: vt nomen in diuiduum, est cõmune omnibus rebus singularibus, non ratione significati, sed ratione significationis. Vel secundò respondemus, quòd sicut nomen indiuidui dicit quendam modum, qui est singulariter existere, (est enim indiuiduum res singularis, non apta in pluribus existere) iste autem modus communis est omnibus singularibus: sic etiam, nomen personæ diuinæ importat quendam modum per se existendi, absque aliqua communicatione, in diuina persona, quem modum vocat diuus Tho. illo articulo. 4. ad secundum, modum ex-

stendi incommunicabiliter: qui quidem modus est communis omnibus tribus personis. Nunc planè dicimus, quòd nomen persona diuina, est commune omnibus tribus personis, ratione illius modi quem importat: qui est per se existere absque communicatione. ¶ At verò maxime obseruandum censeo, quòd iste modus, non est aliquid positiuum in ipsis personis (nullum si quidem positiuum est in tribus personis, quod nõ sit essentia) sed est priuariuũ quoddam: quia communicationis priuationem dicit. Legito articulum. 4. quæstionis quæ sequitur, quia in eo minime immorabimur: neque enim refert, his rebus metaphysicis plus iusto indulgere cum temporis iactura: nisi quantum ad mysterium trinitatis, de quo agimus, intelligendum condere noverimus.

Quæstio

QVAESTIO. XXX.

De pluralitate personarum in diuinis.



Einde quæritur de pluralitate personarũ. ¶ Et circa hoc quæruntur quatuor. Primo, vtrum sint plures personæ in diuinis. ¶ Secundo, quot sunt. Tertio, quid significant termini numerales in diuinis. Quarto, de cõmunitate huius nominis persona.

Articulus primus.

Vtrum sit ponere plures personas in diuinis.



D primum sic proceditur. Videtur quòd nõ sit ponere plures personas in diuinis. Persona enim est rationalis naturæ in diuidua substantia. Si ergo sunt plures personæ in diuinis: sequitur quòd sint plures substantiæ, quod videtur hereticũ. ¶ Præterea, pluralitas proprietatum absolutarum non facit distinctionem personarum, neque in Deo ne-

que in nobis: multò igitur minus pluralitas relationum: sed in Deo nõ est alia pluralitas nisi relationũ, vt supra dictum est, ergo non potè dici, quòd in Deo sint plures personæ. ¶ Præterea. Boc. dicit de Deo loquens, quòd hoc verè vnum est, in quo nullus est numerus: sed pluralitas importat numerum, ergo non sunt plures personæ in diuinis. ¶ Præterea, Vbicunque est numerus, ibi est totum & pars: si igitur in Deo sit numerus personarum, erit in Deo ponere totum & partem: quod simplicitati diuinæ repugnat. ¶ Sed contra est quod dicit Athanasius alia est persona patris: alia filij: alia spiritus sancti, ergo pater, & filius & .s.s. sunt plures personæ. ¶ Respondeo dicendum, quòd plures esse personas in diuinis, sequitur ex præmissis. Ostensum est enim supra, quòd hoc nomen persona significat in diuinis relationem, vt res subsistentem in natura diuina. Supra autem habitum est, quòd sunt plures relationes reales in diuinis. Vnde sequitur quòd sint plures res subsistentes in diuina natura. Et hoc est esse plures personas in diuinis:

I 5 ¶ Ad

¶ Ad primum ergo dicendū, quod substantia non ponitur in diffinitione personae secundum quod significat essentiam, sed secundum quod significat suppositū. Quod patet ex hoc quod additur indiuidua. Ad significandum autē substantiā sic dictā, habent graeci nomen hypostasis. Vnde sicut nos dicimus tres personas: ita ipsi dicunt tres hypostases. Nos autem non consueuimus dicere tres substantias, ne intelligeretur tres essentiae, propter nominis equiuocationem. ¶ Ad secundum dicendum, quod proprietates absolute in diuinis (vt bonitas & sapientia) non opponuntur ab inuicem, Vnde neque realiter distinguuntur. Quamuis ergo eis conueniat subsistere, non tamen sunt plures res subsistentes, quod est esse plures personas. Proprietates autem absolute in rebus creatis non subsistunt, licet realiter ab inuicem distinguantur, vt albedo & dulcedo. Sed proprietates relative in Deo & subsistunt, & realiter ab inuicem distinguuntur, vt supra dictum est. Vnde pluralitas talium proprietatum sufficit ad pluralitatem personarū in diuinis. ¶ Ad tertium dicendū, quod a deo propter summam unitatē, & simplicitatem excluditur omnis pluralitas absolute dictorū, nō autē pluralitas relationū, quae relationes predicantur de aliquo vt ad alterum. Et sic compositionem in ip-

so de quo dicuntur non importat, vt Boetius in eodem libro docet. ¶ Ad quartum dicendū, quod numerus est duplex. s. numerus simplex vel absolutus, vt duo, tria, & quatuor. Et est numerus qui est in rebus numeratis, vt duo homines, & duo equi. Si igitur in diuinis accipiat numerus absolute siue abstracte, nihil prohibet in eo esse totum & partem. Et sic non est nisi in acceptione intellectus nostri. Non enim numerus absolutus a re b^o numeratis est: nisi in intellectu. Si autē accipiamus numerum, put est in rebus numeratis, sic in rebus quidem creatis vnum est pars duorum, & duo trium, vt vnus homo duorum, & duo trium. Et sic non est in deo, quia tantus est pater quāta tota trinitas, vt infra patebit.

Commentarium.



¶ Apius recolere iubemus, quae haec tenus dicta sunt: quod modo facimus. Nam tota haec trigesima quaestio, hac annotatione praeteritorum, perfacilis est: ob idque pau-
 cis nos ab ea expediemus. ¶ Constituit affirmantem conclusionem, quae est de fide te-
 Catholica. nenda, quam probat ex symbolo Athanasij. Alia est persona patris, alia filij, alia spiritus sancti. Et eandem conclusionem nos abunde probauimus quaest. 27. disputatione. i. part. 4. & eam modo fulcit ratioe hac. Probatur.
 Diuina persona, est relatio per se subsistens in natura diuina (vt proxime dictum est in superioribus) at plures sunt huiusmodi relationes (vt etiam in superioribus vidimus) ergo

ergo plures sunt personae. ¶ In responsione ad quartum, adducit diuus Th. doctrinam annotatione dignam: ad cuius explicationē obseruare refert, duplicem esse numerum: alterum formalem, alterum materiale. Numerus formalis, quem sanctus Tho. appellat simplicem & absolutum, est unitates cognita, nō vt in rebus numeratis, sed potius vt ab eis sciuntur & abstracta: vt cum dicimus vnum, duo, tria: & hic numerus non est in rebus numeratis, sed in intellectu potius obiectiue, seu tanquam obiectum. Numerus autem materialis, est res numerata, vel unitates eis coniuncta: vt duo homines, tres equi. His praemissis, dicit diuus Thom. ad quartum, quod esto in Deo sic numerus personarum, non tamen in eo est pars: nam de ratione partis est, quod non sit tanta quantum totum, neque habeat eandem magnitudinem. At quilibet personarum est tanta, quanta est tota Trinitas: quia eadem est magnitudo omnium trium personarū, ipsa scilicet diuina essentia. Neque verū est, quod de ratione cuiuslibet numeri, est, habere partem: sed illud verum est de numero formalis, qui est obiectiue in intellectu: & etiā de numero materiali, quod reperitur in creaturis.

Articulus secundus.

Vtrum in Deo sint plures personae, quam tres.



¶ Secundū sic proceditur. Videtur quod in Deo sint plures personae quam tres. Pluralitas enim personarum in diuinis est secundum pluralitatem proprietatum relationalium: vt dictum est. Sed quatuor sunt relationes in diuinis (vt supra dictum est) scilicet paternitas, filiatio, communis spiratio & processio. Ergo quatuor personae sunt in diuinis. Preterea, Non plus differt natura a voluntate in Deo, quā

natura ab intellectu. Sed in diuinis est alia persona quae procedit per modum voluntatis, vt amor: & alia quae procedit per modum naturae, vt filius. Ergo est etiam alia quae procedit per modum intellectus, vt verbum: & alia quae procedit per modum naturae, vt filius. Et sic iterum sequitur quod non sunt tantum tres personae in diuinis. Preterea, In rebus creatis quod excellentius est, plures habet operationes intrinsecas. Sicut homo supra alia animalia habet intelligere & velle: Sed Deus in infinitum excedit omnem creaturam. Ergo non solum est ibi persona procedens per modum voluntatis: & per modum intellectus: sed infinitis aliis modis. Ergo sunt infinitae personae in diuinis. ¶ Preterea, Ex infinita bonitate patris est, quod infinite seipsum communicet producendo personam diuinam. Sed etiam in spiritu sancto est infinita bonitas. Ergo spiritus sanctus producit diuinam personam & illa aliam: & sic in infinitum. ¶ Preterea, Omne quod continetur sub determinato numero est mensuratum. Numerus enim mensura quaedam est. Sed personae diuinae sunt immensae, vt patet per Athanasium. Immensus pater mensus filius, immensus spiritus sanctus. Non ergo sub numero ternario continetur. ¶ Sed contra est quod dicit prime Io. vltim. tres sunt qui testi. dant in celo

celo: pater, verbū, & spiritus sanctus. Querentibus autē quid tres, respondetur. Tres personae, vt Augustinus dicit. 7. de Tri. Sunt igitur tres personae tantum in diuinis.

¶ Respondeo dicendum, quod secundum praemissa, necesse est ponere tantum tres personas in diuinis. Ostensum est enim quod plures personae sunt plures relationes subsistentes ab inuicem realiter distinctae. Reales autem distinctio inter relationes diuinas non est nisi ratione oppositionis relatiuae: ergo oportet duas relationes oppositas ad duas personas pertinere. Si quae autem relationes oppositae non sunt, ad eandem personam necesse est eas pertinere. Paternitas ergo & filiatio (cum sint oppositae relationes) ad duas personas ex necessitate pertinent. Paternitas igitur subsistens est persona patris: & filiatio subsistens est persona filij. Aliae autem duae relationes ad neutram harum, oppositionem habent: sed sibi inuicem opponuntur. Impossibile est igitur quod ambae vni personae conueniant. Oportet ergo quod vel vna earum conueniat vtrique dictarum personarum: aut quod vna vni, & alia alij, non autem potest esse quod processio conueniat patri & filio vel alteri eorum, quia sic sequeretur quod processio intellectus quae est generatio in diuinis, secundum quam accipitur paternitas & filiatio, prodiret ex pro-

cessione amoris, secundum quam accipitur spiratio & processio: si persona generans & genita procederent a spirante. Quod est contra praemissa. Relinquitur ergo quod spiratio conueniat, & personae patris, & personae filij, utpote nullam habens oppositionem relatiuam, nec ad paternitatem nec ad filiationem: Et per consequens oportet quod conueniat processio alteri personae, quae dicitur persona spiritus sancti, quae per modum amoris procedit, vt supra habitum est. Relinquitur ergo tantum tres personas esse in diuinis. scilicet patrem & filium, & spiritum sanctum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod licet sint quatuor relationes in diuinis, tamen vna earum. scilicet spiratio non separatur a persona patris & filij, sed conuenit vtrique. Et sic licet sit relatio: non tamen dicitur proprietas. Quia non conuenit vni tantum personarum: neque relatio personalis. i. constituens personam. Sed haec tres relationes, paternitas, filiatio, & processio dicuntur proprietates personales: quasi personas constituentes. Nam paternitas est persona patris: filiatio persona filij: processio persona spiritus sancti procedentis.

Ad secundum dicendum, quod id quod procedit per modum intellectus, vt verbum: procedit secundum rationem similitudinis: sicut etiam

etiam id quod procedit per modum naturae. Et ideo supra dictum est, quod processio verbi diuini est ipsa generatio per modum naturae. Amor autem in quantum huiusmodi, non procedit vt similitudo illius a quo procedit, licet in diuinis amor sit coessentialis in quantum est diuinus. Et ideo processio amoris non dicitur generatio in diuinis.

¶ Ad tertium dicendum, quod homo (cum sit perfectior aliis animalibus, habet plures operationes intrinsecas quam alia animalia, quia eius perfectio est per modum compositionis. Vnde in angelis qui sunt perfectiores, & simpliciores, sunt pauciores operationes intrinsecae quam in homine: quia in eis non est imaginari, sentire, & huiusmodi. Sed in deo secundum rem non est nisi vna operatio, quae est sua essentia. Sed quomodo sint duae processiones: supra ostensum est. ¶ Ad quartum dicendum, quod ratio illa procederet, si Spiritus Sanctus haberet aliam numero bonitatem a bonitate patris. Oporteret enim quod sicut pater per suam bonitatem producit personam diuinam, ita & Spiritus sanctus. Sed vna & eadem bonitas patris est, & Spiritus sancti, neque etiam est distinctio nisi per relationes personarum: Vnde bonitas conuenit spiritui sancto, quasi habita ab alio: patri autem, sicut a quo communicatur alteri. Opposi-

tio autem relationis non permittit, vt cum relatione spiritus sancti sit relatio principij respectu diuinae personae, quia ipse procedit ab alijs personis quae in diuinis esse possunt. ¶ Ad quintum dicendum: quod numerus determinatus (si accipitur numerus simplex qui est tantum in acceptione intellectus) per vnum mensuratur. Si vero accipitur numerus rerum in diuinis personis, sic non competit ibi ratio mensurationis: quia eadem est magnitudo trium personarum, vt infra patebit. Idem autem non mensuratur per idem.

Commentarium.



Respondet exclusiua conclusioni. Tantum tres sunt personae diuinae. Quae iuxta fidem catholicam asseritur, nam habet duas exponentes, quarum quaelibet est de fide tenenda: videlicet, tres sunt personae diuinae, pater, filius, & spiritus sanctus. Quae ostenditur ex illo, i. Ioan. ultimo.

Tres sunt qui testimonium dant in caelo: Pater, verbum, & spiritus sanctus. Et nos eam fusiis demonstrauius supra, sacrae scripturae testimonij, quae est. 27. disput. i. part. 4. Secunda autem eius exponens est, quod non sunt plures personae, quam tres. Quae etiam eo loco edocta est: & ambae sunt definitae in capitulo firmiter de summa Trinitate. & si de. & cap. damnamus. Vbi dicitur: In Deo solum modo Trinitas est, non quaternitas.

¶ Probat in super ratione diuus Thomae conclusionem hanc, quae est aliquantulum longa, sed nos ad summam eam referentes, ita progredimur. Tantum relatio diuina, quae per se subsistit, & pluribus non communicatur, est persona diuina, quod ex precedentibus supponimus: at tantum sunt tres huiusmodi

modi relationes, videlicet paternitas, filiationis, & processio, ergo tantum sunt tres personae diuinae: pater, filius, & spiritus sanctus. Neque oportet esse anxium in examinanda ratione diui Tho. cum fide constet conclusio.

Obiectio.

¶ Si verò quis contra conclusionem obijciat, esse quatuor personas, quoniam praeter dictas tres relationes diuinas, in Deo est spiratio actiua, quae quidem est relatio per se subsistens: Respondemus, eam non esse personam, vt liquet ex arti. primo quaestio- nis praecedentis. Et idem docet d. Tho. hic ad primum: quoniam esto sit rationalis natura substantia, non est indiuidua: commu- nicatur enim patri & filio.

Solutio.

¶ Contra eandem conclusionem obijcere quis potest. In deo infinitae sunt actiones immanentes, at ex qua libet actione immanenti procedunt duae relationes reales intra ipsum Deum, vt praemissum est quaest. 28. art. 4. ergo sunt infinitae relationes reales in Deo: ac perinde infinitae personae: cum personae diuinae sint reales relationes per se subsistentes. Maiorem autem probamus, quia ab humanis ad diuina licet ducere argumentum: at in creaturis, quod creatura est perfectior, eod plures operationes internas habet: vt homo, quia perfectior est ceteris animalibus, compluribus decoratur & abundat operationibus intimis: quandoquidem non solum operatione sensus exornatur, vt cetera animalia, verum & intellectus. At Deus infinite perfectus est, ergo sunt illi operationes immanentes infinitae.

Argumentum.

¶ Huic argumento satisfacit diu Tho. ad tertium, negando maioris probationem: nam quod angelus perfectior est, pau- ciores operationes habet: verum homo plu- ribus abundat operationibus, quam reliqua animalia, non quia perfectior est, sed quia eius perfectio (inquit d. Th.) est per modum compositionis: constat enim ex natura corporea & spiritali, atque in se vniuersè continet naturas omnium creaturarum: ad naturam siquidem corporealem & spirita- lem reducuntur omnes creaturae. Quapro- pter microcosmos graeca lingua dicitur, & Marci ultimo appellatur omnis creatura. Praedicate euangelium omni creaturae. Quasi in homine sit quaedam compendiarie recapitulatio, & praegnans epilogus, omnium quae in ceteris creaturis diffusa, cõtemplari & excogitare possumus. Vnde optima ratio ne hominem dicimus Dei imaginem, ange- lum verò non ita: faciamus hominẽ ad ima-

Responsio.

ginem & similitudinem nostram Genes. 1. Nam quemadmodum in Deo perfectissimè & eminenter sunt omnes creaturae: sic etiam in homine quodammodo sunt omnes creaturae, quatenus in eo sunt naturae omnium creaturarum, spiritalis scilicet & corporatae.

¶ In responsione ad quintum argumentum docet, quod non omnis numerus mensura- tur per vnitatem, sed tantum ille, qui est for- malis & simplex numerus, aut materialis re- rum creaturarum. Quandoquidem numerus personarum in diuinis, mensurari nequit per vnitatem eius vnitatem, hoc est personam: iuxta illud symboli. Imminus pater, Imminus filius, imminus spiritus sanctus: & ratio est, quia vt vnitas sit mensura numeri, necessum est vt non habeat eandem magnitudinem, quam totus numerus, idem enim per se ipsum non mensuratur: at eadem magnitudo est omnium trium personarum, essentia scilicet ipsa. ¶ Hic possemus disputa- re, an dicitur distinctio realis in diuinis, sit per relationes oppositas. Quod nos di- sputamus infra quaest. 26. artic. 2. in 2. com- mentarij parte, & quaestione. 4. o. arti. 2.

Dei in 20 vocatur h3 quam angelus.

In respon- sione ad qu5 inu.

Articulus tertius.

Verum termini numerales, ponant aliquid in diuinis.



D tertium sic proceditur. Videtur quod termini numerales ponant aliquid in diuinis.

Vnitas enim diuina est eius essen- tia. Sed omnis numerus est vnitas repetita. Ergo omnis terminus numeralis in diuinis significat essen- tiam. Ergo ponit aliquid in Deo.

¶ Praeterea, Quicquid dicitur de Deo & creaturis, eminentius conuenit deo quam creaturis. Sed ter- mi numerales in creaturis aliquid ponunt. Ergo multo magis in deo.

Praeterea

¶ Praet. Si termini numerales non ponunt aliquid in diuinis, sed inducuntur ad remouendum tantum, vt per pluralitatem remoueat v- nitas, & per vnitatem pluralitas, se- quitur, quod sit circulatio in ratio- ne confundens intellectum, & ni- hil certificans: quod est inconueniens. Relinquitur ergo, qd termini numerales aliquid ponunt in diu- nis. ¶ Sed contra est qd Hila. dicit in quarto de tri. Sustulit singulari- tatis ac solitudinis intelligentia pro- fessio confortij, qd est professio plu- ralitatis. Et Ambrosius dicit in li- bro de tri. Cum vnum deum dici- mus, vnitas pluralitatem excludit deorum, non quantitatem in Deo ponimus. Ex quibus videtur qd hu- iusmodi nomina sunt induta in diuinis ad remouendum, non ad po- nendum aliquid. ¶ Respondeo di- cendum, qd magister in sententijs ponit, qd termini numerales non po- nunt aliquid in diuinis, sed remo- uent tantum. Alij verò dicunt con- trarium. ¶ Ad euidentiam igitur huius considerandum est, qd omnis pluralitas consequitur aliquam di- uisionem. Est autem duplex diui- sio. Vna materialis quae fit secundum diuisionem continui. Et hanc con- sequitur numerus, qui est species quantitatis. Vnde talis numerus non est nisi in rebus materialibus ha- bentibus quantitatem. Alia est di- uisio formalis, quae fit per oppositas

vel diuersas formas. Et hanc diui- sionem sequitur multitudo quae non est in aliquo genere, sed est de tran- scendentibus, secundum quod ens di- uiditur per vnum & multa. Et talis multitudo solam contingit esse in rebus immaterialibus. Quidam igitur non considerantes nisi multitu- dinem solam quae est species quanti- tatis discretæ, quia videbant quod qua- titas discretæ non habet locum in di- uinis, posuerunt qd termini nume- rales non ponunt aliquid in Deo, sed remouent tantum. Alij verò eamdem multitudinem considerantes dixerunt, qd sicut scientia ponitur in Deo secundum rationem propria scientiae, non autem secundum ra- tionem sui generis, quia in deo nul- la est qualitas, ita numerus in Deo ponitur secundum propriam ratio- nem numeri, non autem secundum rationem sui generis, quod est qua- titas. Nos autem dicimus, qd ter- mini numerales secundum quod ve- niunt in praedicationem diuinam non sumuntur a numero qui est spe- cies quantitatis, quia sic de deo non dicerentur nisi metaphoricè, sicut & aliae proprietates corporalium. Sicut latitudo, longitudo, & simi- lia. Sed sumuntur a multitudine se- cundum quod est transcendens. Mul- titudo autem sic accepta hoc mo- do se habet ad multa de quibus praedicitur, sicut vnum quod conuer- titur cum ente ad ens. Huiusmodi autem

autem vnum (sicut supra dictum est, cum de Dei unitate ageretur) non addit aliquid supra ens, nisi negationem diuisionis tantum. Vnum enim significat ens indiuisum. Et ideo de quocumque dicatur vnum, significatur illa res indiuisa. Sicut vnum dictum de homine significat naturam, vel substantiam hominis non diuisam. Et eadem ratione cum dicuntur res multe, multitudo sic accepta significat res illas cum indiuisione circa vnamquamque earum. Numerus autem qui est species quantitatis ponit quoddam accidens ad dictum supra res. Et similiter vnum quod est principium numeri. Termini ergo numerales significant in diuinis illa de quibus dicuntur, & super hoc nihil addunt nisi negationem, ut dictum est. Et quantum ad hoc veritatem dixit Magister in sententijs. Vt cum dicimus essentia est vna, vnum significat essentiam indiuisam. Cum dicimus persona est vna, significat personam indiuisam. Cum dicimus personae sunt plures, significantur illae personae, & indiuisio circa vnamquamque earum, quia de ratione multitudinis est, & ex unitatibus constat.

Ad primum ergo dicendum, quod vnum (cum sit de transcendentibus) est communius quam substantia, & quia relatio: & similiter multitudo. Unde potest stare in diuinis & per substantiam & pro relatione secundum quod com-

petit his quibus adiungit. Et tunc per huiusmodi notiam supra essentiam vel relationem addit ex eorum significatio ne propria, negatio quaedam diuisionis, ut dictum est. Ad secundum dicendum, quod multitudo quae ponit aliquid in rebus creatis est species quantitatis, quae non transimitur in diuinam predicationem, sed tantum multitudo transcendens, quae non addit supra ea de quibus dicitur nisi indiuisioem circa singula. Et talis multitudo dicitur de deo. Ad tertium dicendum, quod vnum non est remotum multitudinis, sed diuisionis, quae est prior secundum rationem quam vnum vel multitudo. Multitudo autem non remouet unitatem, sed remouet diuisionem circa vnum quodque eorum, ex quibus constat multitudo. Et haec supra exposita sunt, cum de diuina unitate ageretur. Sciendum tamen est quod auctoritates in oppositum inductae non probant sufficienter propositum. Licet enim pluritate excludatur solitudo, & unitate deorum pluralitas, non tamen sequitur quod his nominibus hoc solum significetur. Albedinem enim excluditur nigredo, non tamen nomine albedinis significatur sola nigredinis exclusio.

Commentarium.



De hac difficultate intelligendam, oportet recolligere ea, quae scripsimus in quest. 11. ar. 1. & 2. de unitate & multitudine. Diuus quidem Tho. citatis opinionibus circa diffi-

cul-

cultatem propositam, adducit in medium propriam sententiam: quae explicamus duabus assertionibus. Sit prima: vnum & multa, ut praedicantur de diuinis, non pertinent ad quantitatem. Vnum enim de praedicamento quantitatis, significat quoddam accidens posituum, ultra rem pro qua supponit: & nomen multa, dicit aliquod accidens posituum: praeter res pro quibus supponit: nempe ipsum numerum, qui est accidens rerum numeratarum. Secunda conclusio. Vnum & multa, ut de Deo dicuntur, sunt transcendentia, & in ea diuiditur ens: atqui supra res pro quibus supponunt, non importat aliquod posituum, sed priuationem: puta indiuisioem, & priuationem diuisionis. Vt cum dicimus, essentia vna, vel persona est vna: significatur quod essentia est indiuisa, & persona est indiuisa: & cum affirmamus, quod personae sunt plures: significatur illae personae, & indiuisio circa quas uis earum: id est sunt multae, quarum quilibet est indiuisa: quia de ratione multitudinis est, quod ex unitatibus diuisis constat. Quocirca verum est, quod asserit magister sentent. in 1. dist. 24. Cum ait, quod termini numerales non ponunt aliquid in diuinis, sed remouent. Quae etiam est sententia Hilarij. 4. de Trinit. Pauld ante medium, & Ambrosij, quos citat diuus Tho. ad oppositum.

Aduersus tamen assertionem hanc, argumentamur. Haec propositio vera est. Pater, filius, & spiritus sanctus sunt ternarius personarum. Cuius sensus est, quod sunt tres personae, quarum quilibet est distincta in se, & realiter distincta ab alia: ergo numerus ternarius personarum diuinarum, ultra ipsas personas importat distinctionem realem: at realis distinctio est posituum quoddam, igitur numerales termini in diuinis, ultra personas ipsas, aliquid posituum important. Quod autem distinctio realis vnus ab altero, sit ens posituum: probatur ex communi conceptu dialecticorum, qui dicunt, eam esse relationem realem.

Respondemus, distinctionem realem vnus ab altero, supponere quidem ens posituum, quando nihil possit distinguere quin sit ens, verum ea negatio formaliter est: nam vnam rem ab alia distinguere, quid obsecro est, nisi eas existere, & vnam non esse aliam? Et hoc optime aduertit Caietanus in calce commentarij: quod nos fusius explicabimus quae st. 42. artic. 1. Si autem aliqua sunt, quae

explicatione indigeant longiori, declarata sunt vbi supra, quae st. 11.

Articulus quartus.

Utrum hoc nomen persona possit esse commune tribus personis.



Ad quartum sic proceditur. Videtur quod hoc nomen persona, non possit esse commune tribus personis. Nihil enim est commune tribus personis nisi essentia. Sed hoc nomen persona non significat essentiam in recto, ergo non est commune tribus. Praeterea. Comune opponitur incommunicabili. Sed de ratione personae est, quod sit incommunicabilis, ut patet ex definitione Ricardi de sancto victore supra posita: ergo hoc nomen persona non est commune tribus. Praeterea. Si est commune tribus, aut ista communitas attenditur secundum rem, aut secundum rationem. Sed non secundum rem, quia sic tres personae essent vna persona. Nec iterum secundum rationem tantum, quia sic persona esset vniuersale. In diuinis autem non est vniuersale, nec etiam particulare, neque genus, neque species, ut supra ostensum est. Non ergo hoc nomen persona, est commune tribus.

Sed contra est quod dicit Augustinus. 8. de tri. quod cum quereretur quid tres, responsum est. Tres personae: quia commune est eis id quod est

K persona.

persona. ¶ Respondeo dicendum, quod ipse modus loquendi ostendit hoc nomen persona tribus esse commune, cum dicimus tres personas: sicut cum dicimus tres homines, ostendimus hominem esse commune tribus. Manifestum est autem quod non est communitas rei, sicut una essentia communis est tribus, quia sic sequeretur unam esse personam trium, sicut essentia est una. Qualis autem sit communitas, inuestigantes diuersimode locuti sunt. Quidam enim dixerunt quod est communitas negationis, propter hoc quod in definitione personae ponitur incommunicabile. Quidam autem dixerunt quod est communitas intentionis, eo quod in definitione personae ponitur indiuiduum. Sicut si dicatur, quod esse speciem est commune equo & boui. Et utrumque horum excluditur per hoc quod hoc nomen persona non est nomen negationis, neque intentionis, sed est nomen rei. Et ideo dicendum est, quod etiam in rebus humanis hoc nomen persona, est commune communitate rationis, non sicut genus vel species, sed sicut indiuiduum vagum. Nomina enim generum vel specierum, ut homo vel animal, sunt imposita ad significandum ipsas naturas communes, non autem intentiones naturarum communium quae significantur his nominibus, genus vel species. Sed in

diuiduum vagum (ut aliquis homo) significat naturam communem cum determinato modo essendi quod competit singularibus, ut scilicet sit per se subsistens distinctum ab alijs. Sed in nomine singularis designati significatur determinatum distinguens. Sicut in nomine Sor. haec caro, & hoc os. Hoc tamen interest quod aliquis homo significat naturam, vel indiuiduum ex parte naturae cum modo existendi, qui competit singularibus. Hoc autem nomen persona non est impositum ad significandum indiuiduum ex parte naturae, sed ad significandum rem subsistentem in tali natura. Hoc autem est commune secundum rationem omnibus personis diuinis, ut vnaequeque earum subsistat in natura diuina distincta ab alijs. Et sic hoc nomen persona secundum rationem est commune tribus personis diuinis. ¶ Ad primum ergo dicendum, quod ratio illa praecedit de communitate rei. ¶ Ad secundum dicendum, quod licet persona sit incommunicabilis, tamen ipse modus existendi incommunicabiliter potest esse pluribus communis. ¶ Ad tertium dicendum, quod licet sit communitas rationis & non rei, tamen non sequitur quod in diuinis sit vniuersale, vel particulare, vel genus, vel species: tum quia neque in rebus humanis communitas personae est communitas generis

ris vel speciei, tum quia personae diuinae habent unum esse, genus autem, & species, & quodlibet vniuersale praedicatur de pluribus se-

cundum esse differentibus.

DE articulo quarto nihil prorsus dicendum, quoniam eius difficultatem non sufficienter aboluimus, quaestione praecedenti ar. 4. in tertio argumento.

QVAESTIO. XXXI.

De his quae pertinent, ad vnitatem, vel pluralitatem in diuinis.



IN hac quaestione parum immorabimur, quoniam litera satis clara est: aliqua tamen, ne nihil omnino dicamus, veluti in transcurso annotabuntur: verum ea annotatione maxime digna. Docet enim nos, ita castè & cum iudicio de Deo loqui, ne in alterum ex his erroribus prolabamur: aut Arrij, affirmantis in Deo non solum tres personas, sed tres essentias: aut Sabellij, qui unam duntaxat personam pertinaciter animo asserauit. Admonet itaque nos diuus Th. ar. 2. ut viam apertis oculis ingrediamur, teneamusque mediam: ne vel in precipitium Sabelly, vel in voraginem Arrij contrudamur. Alioqui enim in errore illo deprehendemur, quem summo nos opere cauere iubet Hieronymus, dum ait. Ex verbis inordinatè prolatis incurritur haeresis. & Aug. 1. de trinit. cap. 3. sermonè de hoc ineffabili mysterio facies, nihil periculosius (inquit) alicubi erratur: neque laboriosius aliquid quaeritur: neque fructuosius aliquid inuenitur. Hac in re cautos nos esse voluit prouerbialis illa sententia, quae vulgo à latinis circumfertur: à sacris abstinendae manus, ne irreuerenti animo, & effraeni lingua (quod temeritatis indicium est) in res sacras & reconditas irrumpamus.



Post haec considerandum est de his quae ad vnitatem, vel pluralitatem pertinent in diuinis.

cludere, possit adiungi nomini essentiali in diuinis. Quarto, Vtrum possit adiungi termino personali.

Articulus primus.

Vtrum sit vritas in diuinis.



AD primum sic proceditur. Videtur, quod non sit trinitas in diuinis. Om

¶ Et circa hoc quaeruntur quatuor. Primo, de ipso nomine trinitatis. Secundo. Vtrum possit dici filius est alius a patre. Tertio, Vtrum dictio excludiua quae videtur aietatem ex-

ne enim nomen in diuinis, vel significat substantiam, vel relationem: sed hoc nomen trinitas non significat substantiam (prædicatur enim de singulis personis) Neque significat relationem, quia non dicitur secundum nomen ad aliud. Ergo nomine trinitatis non est utendum in diuinis.

¶ Præterea, hoc nomen trinitas, videtur esse nomen collectivum cum significet multitudinem. Tale autem nomen non convenit in diuinis, cum vnitas importata per nomen collectivum sit minima vnitas. In diuinis autem est maxima vnitas. Ergo hoc nomen trinitas non convenit in diuinis.

¶ Præterea, Omne trinum est triplex. Sed in deo non est triplicitas, cum triplicitas sit species inæqualitatis. Ergo nec trinitas.

¶ Præterea, Quicquid est in Deo est in vnitate essentia diuine, quia Deus est sua essentia. Si igitur trinitas est in Deo, erit in vnitate essentia diuina. Et sic in deo erunt tres essentialia vnitates. Quod est hæreticum.

¶ Præterea, In omnibus que dicuntur de Deo, cõcretum prædicatur de abstracto. Deitas enim est deus, & paternitas est pater. Sed trinitas non potest dici trina, quia sic essent nouem res in diuinis, Quod est erroneum. Ergo nomine trinitatis non est utendum in

diuinis.

¶ Sed contra est quod Athanasius dicit, quod vnitas in trinitate, & trinitas in vnitate veneranda sit.

¶ Respondeo dicendum, quod nomen trinitatis in diuinis significat determinatum numerum personarum. Sicut igitur ponitur pluralitas personarum in diuinis, ita utendum est nomine trinitatis, quia hoc idem quod significat pluralitas in determinatè, significat hoc nomen trinitas determinatè.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod hoc nomen trinitas secundum etymologiam vocabuli, videtur significare vnã essentiam trium personarum, secundum quod dicitur trinitas quasi trium vnitas. Sed secundum proprietatem vocabuli significat magis numerum personarum vnus essentia. Et propter hoc non possumus dicere quod pater sit trinitas, quia non est tres persone. Non autem significat ipsas relationes personarum, sed magis numerum personarum adinuicem relatarum. Et inde est quod secundum nomen ad aliud non refertur.

¶ Ad secundum dicendum, quod nomen collectivum duo importat, scilicet pluralitatem supposito- rum, & vnitatem quandam scilicet ordinis alicuius. Populus enim est multitudo hominum sub ali-

quo

quo ordine cõprehensorum. Quam ergo ad primum, hoc nomen Trinitas conuenit cum nominibus collectivis: sed quantum ad secundum differt: quia in diuina Trinitate, non solum est vnitas ordinis, sed cum hoc est etiam vnitas essentia. ¶ Ad tertium dicendum, quod Trinitas absolutè dicitur. Significat enim numerum ternarium personarum. Sed triplicitas significat proportionem inæqualitatis. Est enim species proportionis inæqualis, sicut patet per Boetium in arithmetica. Et ideo non est in Deo triplicitas, sed Trinitas. ¶ Ad quartum dicendum, quod in Trinitate diuina intelligitur & numerus & personarum numeratè. Cum ergo dicimus Trinitatem in vnitate, non ponimus numerum in vnitate essentia, quasi sit ter vnã; sed personarum numeratas ponimus in vnitate naturæ, sicut supposita alicuius naturæ dicuntur esse in natura illa. Econuerso autem dicimus vnitatem in Trinitate sicut natura dicitur esse in suis suppositis.

¶ Ad quintum dicendum, quod cum dicimus Trinitas est trina: ratione numeri importati significatur multiplicatio eiusdem numeri in seipsum, cum hoc quod dico trinum importet distinctionem in suppositis illius, de quo dicitur. Et ideo non potest dici, quod Trinitas sit trina, quia sequeretur si Tri-

nitatis esset trina, quod tria essent supposita Trinitatis, sicut cum dicitur Deus est trinus: sequitur quod sunt tria supposita Deitatis:

Commentarium.



Respondet affirmante conclusione, quæ est fidei articulus, ut liquet ex symbolo Athanasij. Vnitas in Trinitate, & Trinitas in vnitate veneranda sit. De hac quæstione abundè diximus,

quæstio. 27. articulo. 1. ¶ In responsione ad primum, docet quod Trinitas, non significat personarum relationes, sed numerum ipsarum, qui ratione distinguitur ab eis: sicut numerus hominum distinguitur ab ipsis hominibus, quandoquidem est eorum accidens: ponuntur siquidem illi, in prædicamento substantia: & hic, in prædicamento quantitatis. Obserua tamen, ternarium numerum personarum neque esse accidens neque ad prædicamentum aliquid pertinet. ¶ In responsione ad tertium asserit quod numerus ternarius personarum, dicitur Trinitas, sed non triplicitas: quia isthæc vox, ut optime annotat Boetius, dicit proportionem inæqualitatis: quæ Deo minime est tribuenda. ¶ Ad quintum aduerte, quod trinitas non est trina: alioquin essent tria supposita Trinitatis, id est tres trinitates, ac perinde nouem personarum.

Articulus secundus.

Vtrum filius sit alius à patre.



D secundum sic proceditur: Videtur quod filius non sit alius à patre. Alius enim est relatiuum diuersi-

tatis substantiæ. Si igitur filius est alius à patre, videtur quòd sit à patre diuersus. Quod est contra August. 7. de trini. vbi dicit, quòd cū dicimus tres personas, non diuersitatem intelligere volumus.

¶ Preterea. Quicumque sunt alij ab inuicem, aliquo modo ab inuicem differunt. Si igitur filius est alius à patre, sequitur quòd sit differens à patre. Quod est contra Ambro. in primo de trini. vbi ait. Pater & filius deitate vnum sunt, nec est ibi substantiæ differentia, neque vlla diuersitas.

¶ Preterea. Alienum ab alio dicitur. Sed pater nō est alienus à filio. Dicit enim Hila. in 7. de tri. q. in diuinis personis nihil est diuersū, nihil alienum, nihil separabile. Ergo filius non est alius à patre.

¶ Preterea. Alius, & aliud idem significant, sed sola generis cōsignificatione differunt. Si ergo filius est alius à patre, videtur sequi quòd filius sit aliud à patre.

¶ Sed contra est, qd̄ Augustinus dicit in libro de fide ad Pe. Vna est enim essentia patris & filij & spiritus sancti, in qua non est aliud pater, aliud filius, aliud spiritus sanctus, quanuis personaliter sit alius pater, alius filius, alius spiritus sanctus.

¶ Respondeo dicendum, q. quia ex verbis inordinate prolatis incurritur hæresis (vt Hieron. dicit) ideo

cum de trinitate loquimur, cū cautela, & modestia est agendum: quia vt Augustin⁹ dicit in primo de tri. Nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid queritur, nec fructuosius aliquid inuenitur. Oportet autem in his quæ de trinitate loquimur, duos errores oppositos cauere, temperatè inter vtrunque procedentes: scilicet errorem Arrij, qui posuit cum trinitate personarum trinitatem substantiarū: & errorem Sabellij, qui posuit cum vnitatem essentiæ vnitatem persone. Adeuitandum igitur errorem Arrij, vitare debem⁹ in diuinis nomē diuersitatis, & differentiæ, ne tollatur vnitatem essentiæ: Possumus autem vt nomine distinctionis, propter oppositionem relatiuam. Vnde sicubi in aliqua scriptura auctentica, diuersitas vel differentia personarum inuenitur, sumitur diuersitas, vel differentia pro distinctione. Ne autem tollatur simplicitas diuine essentiæ, vitandum est nomen separationis & diuisionis, quæ est totius in partes. Ne autem tollatur equalitas vitandum est nomen disparitatis. Ne verò tollatur similitudo, vitandum est nomen alieni & discrepantis. Dicit enim Ambro. in libro de tri. q. in patre, & filio nō est discrepans, sed vna diuinitas. Et secundum Hila. (vt dictū est) in diuinis nihil est separabile. Ad vitandum verò errorem Sabellij, vitare

vitare debemus singularitatem, ne tollatur communicabilitas essentiæ diuinæ. Vnde Hila. dicit. 7. de trinitate. Patrem & filium singularitatem Deum prædicare sacrilegum est. Debemus etiam vitare nomen vnici, ne tollatur numerus personarum. Vnde Hila. in eodem libro dicit, quòd a Deo excluditur singularitas, atque vnici intelligentia. Dicimus tamen vnicum filiū: quia non sunt plures filij in diuinis. Neque tamen dicimus vnicū Deum, quia pluribus deitas est communis. Vitamus etiam nomen cōfusi, ne tollatur ordo nature a personis. Vnde Ambro. dicit in primo de trini. Neque confusum est quod vnum est, neque multiplex esse potest, quod indifferens est. Vitandum est etiam nomen solitarij, ne tollatur consortium trium personarum. Dicit enim Hila. in quarto de trini. Nobis neque solitarij, neque diuersus, deus est confitendus. Hoc autem nomen alius masculinè sumptum, non importat nisi distinctionem suppositi. Vnde conuenienter dicere possumus, quòd filius est alius à patre, quia scilicet est aliud suppositum diuinæ nature, sicut est alia persona, & alia hypostasis.

¶ Ad primum ergo dicendum, q. alius, quia est sicut quoddam articulare nomen, tenet se ex parte suppositi. Vnde ad eius rationem suf-

ficit distinctio, substantiæ, quæ est hypostasis vel persona. Sed diuersitas requirit distinctionem substantiæ, quæ est essentia. Et ideo non possumus dicere, q. filius sit diuersus à patre licet sit alius.

¶ Ad secundum dicendum, quòd differentia importat distinctionem forme. Est autem tantum vna forma in diuinis, vt patet per id quod dicitur. Phil. 2. qui cū in forma dei esset. Et ideo nomen differentie, non propriè competit in diuinis, vt patet per auctoritatem inductam. Vitatur tamen Dam. nomine differentie in diuinis personis, secundum quòd proprietates relatiuæ significantur per modum forme. Vnde dicit quòd non differunt ab inuicem hypostases secundum substantiam, sed secundum determinatas proprietates. Sed differentia sumitur pro distinctione, vt dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, q. alienū est quod est extraneū & dissimile. Sed hoc non importatur cum dicitur alius.

¶ Et ideo dicimus filium aliū à patre, licet non dicamus alienum.

¶ Ad quartum dicendum, q. neutrum genus est informe, masculinū autem est formatum & distinctū. Et similiter fœmininū. Et ideo cōuenienter per neutrum genus significatur essentia communis, per masculinum autem & fœmininū;

aliquod suppositū determinatū in communi natura. Vnde etiam in rebus humanis, si queratur quis est iste: respondetur Sortes. Quod nomen est suppositi. Si autem queratur quid est iste: respondetur, animal rationale & mortale. Et ideo quia in diuinis distinctio est secundum personas, non autem secundum essentiā: dicimus quod pater est alius à filio, sed non aliud. Et è cōterfo dicimus quod sunt vnū, sed non vnus.

Commentarium.

Conclusio.



Respondet filium esse alium à patre, sed nō aliud. Quæ est Aug. doctrina in libro de fide ad Petrū cap. i. vna (inquit) est essentia patris, filii, & spiritus sancti: in qua non est aliud pater, aliud

filius, aliud spiritus sanctus: quauis personaliter sit alius pater, alius filius, alius spiritus sanctus. Docet in super diuus Thom. quod non est concedendum patrem esse diuersum, neq; differentem, neq; separatam, neque diuisum, aut disparem filio. Cauere item iubet nos, ne dicamus esse alienū, aut quo quo pacto ab eo discrepantem: quod de spiritu sancto est etiam idem intelligendum. Admonet præterea, vt has dicēdi formas in diuinis non admittamus: Deum scilicet esse singularem, solitariū, aut vnicum: quauis fateamur vnicum filium: quorum omnium in litera assignat rationem. Secū dum tamen fidem catholicam concedēdū est, patrem esse distinctum à filio, & filium ab spiritu sancto: & vice versa. Vnde sicubi scripturarum, quibus fides adhibenda sit, diuersitas vel differentia personarum reperitur, explicari hoc pacto debet: vt nomina diuersitas & differentia, pro distinctione sumamus. Exemplo sit nobis Damascenus lib. i. cap. 10. 11. qui ait, differre ab inuicem hypostases, secundum determinatas proprietates: hoc est, distingui.

Nomina qua tribui deo nō debent.

Articulus tertius.

Vtrum dictio exclusiua solus, sit addenda termino essentiali, in diuinis.



Dicitur sic proceditur. Videtur quod dictio exclusiua solus, non sit addenda termino essentiali in diuinis, quia secundū philosophū in 2. eléc. Solus est quod cū alio nō est. Sed deus est cū angelis & sc̄is aīabus. Ergo nō possumus dicere deū solū. Præterea, quicquid adiūgit termino essentiali in diuinis, potest predicari de qualibet psona p se, & de oībus. sūp. Quia enim cōueniēter dicitur sapiēs de⁹: possum⁹ dicere p̄r est sapiēs de⁹, & trinitas est sapiēs deus. Sed Aug. i. 6. de tri. dicit. Cōsiderāda est illa sn̄a q̄ dicit: nō esse p̄rem verū deū solū. Ergo nō potest dici solus de⁹. Præterea, si hæc dictio solus, adiūgit termino essentiali, aut hoc erit respectu p̄dicati personalis, aut respectu p̄dicati essentialis, sed nō respectu p̄dicati psonalis. Quia hæc est falsa: solus deus est p̄r cū etiā hō sit p̄r. Neq; etiā respectu p̄dicati essentialis: quia si hæc esset vera: solus deus creat, videret sequi quod hæc esset vera: solus p̄r creat. Quia quicquid dicit de deo: potest dici de patre. Hęc aut est falsa: quia etiā filius est creator. Nō ergo hæc dictio solus potest in diuinis adiūgi termino essentiali. Sed cōtra est quod dicitur primæ ad Timoth. i. Regi scolorum

colorū immortalī, iūisibili, solideo. Respondeo dicendum, quod hæc dictio solus, potest accipi vt categorematica, vel syncategorematica. Dicitur autem dictio categorematica, quæ absolutè ponit rem significatam circa aliquod suppositum, vt albus circa hominem, cū dicitur homo albus. Si ergo sic accipitur hæc dictio solus, nullo modo potest adiungi alicui termino in diuinis, quia poneret solitudinē circa terminum cui adiungeretur. Et sic sequeretur deum esse solitariū. Quod est contra prædicta. Dictio verò syncategorematica dicitur, quæ importat ordinem p̄dicati ad subiectum, sicut hæc dictio omnis vel nullus. Et similiter hæc dictio solus, quia excludit omne aliud suppositum à consortio p̄dicati. Sicut cū dicitur solus Sortes scribit, nō datur intelligi quod Sortes sit solitarius, sed quod nullus sit ei consortis in scribendo, quauis cum eo multis existentibus. Et per hunc modum nihil prohibet hæc dictionem solus, adiungere alicui essentiali termino in diuinis, in quantum excluduntur omnia alia à deo à consortio p̄dicati. Vt si dicamus solus Deus est æternus, quia nihil præter deum est æternum. Ad primum ergo dicendum, quod licet angeli, & animæ sanctę semper sint cum Deo, tamen si non esset pluralitas personarum in diui-

nis, sequeretur quod deus esset solus, vel solitarius. Non enim tollitur solitudo per associationem alicuius quod est extraneę nature. Dicitur enim aliquis solus esse in horto, quous sint ibi multe plantę & animalia. Et similiter diceretur Deus esse solus, vel solitarius, angelis, & hominibus cū eo existentibus, si nō essent in diuinis persone plures. Cōsociatio igitur angelorum & animarum, non excludit solitudinem absolutam à diuinis, multò minus solitudinem respectiuā, & per cōparationē ad aliquod p̄dicatū. Ad secundum dicendum, quod hæc dictio solus, propriè loquendo nō ponitur ex parte p̄dicati quod sumit formaliter. Respondeo iten. suppositū, in quantum excludit aliud suppositum ab eo cui adiūgitur. Sed hoc aduerbiū tantū (cū sit exclusiuū potest poni ex parte subiecti, & ex parte p̄dicati. Possumus enim dicere, tantum Sortes currit. i. nullus alius. Et Sortes currit tantū. i. nihil aliud facit. Vnde nō propriè dici potest, pater est solus deus, vel trinitas est solus deus, nisi fortè ex parte p̄dicati intelligatur aliqua implicatio, vt dicatur trinitas est deus, qui est solus deus. Et secundum hoc etiam posset esse vera ista, pater est deus, qui est solus Deus, si relatiuum referret p̄dicatum, & non suppositum. Augu. autem cū dicit patrem non esse solum Deum, sed trinitatē

esse solum Deū: loquitur expositi-
uē, ac si diceret. Cū dicitur regi se-
culorū inuisibili soli Deo, non est
exponēdum de persona patris, sed
de sola Trinitate. ¶ Ad tertiu dicē-
dum, q̄ utroq; modo potest hęc di-
ctio solus adiungi termino essentia-
li. Hęc enim propositio, solus deus
est pater: est duplex, quia ly pater
potest prædicare personam patris.
Et sic est vera. Non enim homo est
illa persona. Vel potest prædicare
relationem tantum. Et sic est falsa.
Quia relatio paternitatis etiā in a-
lijs inuenitur, licet non vniuocē. Si
militer hęc est vera, sol⁹ deus creat.
Nec tamen sequitur, ergo solus pa-
ter. Quia vt sophistę dicunt: dictio
exclusiua immobilitat terminū cui
adiungitur, vt non possit fieri sub
eo descensus pro aliquo supposito
rum. Non enim sequitur, solus ho-
mo est animal rationale mortale,
ergo solus Sortes.

Commentarium.



Remissa duplici si-
gnificatione huius
nominis solus, vi-
delicet q̄ nonnun-
quam sumitur cate-
gorematicē, inter-
dum verò syncate-
gorematicē, diuus
Thom. constituit

duas cōclusiones. ¶ Prima quidē est. Cū
nomen solus, categorematicē accipitur, nō
pōt addi termino essentiali in diuinis: quo-
niam tunc temporis indicat solitudinē per-
sonæ, & ita sensus huius propositionis, so-
lus Deus creat, vel cōsimilis, esset, q̄ Deus
sit solitarius, & sine personarum consortio.
¶ Secunda conclusio. Si verò nomen solus

syncategorematicē capiatur, potest ad di-
mino essentiali: tūc enim nō dicit solitudi-
nem, sed ordinem prædicati ad subiectū: &
idem significat, q̄ hęc dictio tantum, & ca-
teræ dictiones quæ ad exclusionē accōmo-
dari solēt: vt in hac propositione, solus de⁹
est æternus: quoniam veritas eius constare
nobis debet per exponentes, & illæ sunt ve-
ræ: videlicet, Deus est æternus, & nihil præ-
ter Deum est æternum. Et in hac significa-
tione vltus est Paul. 1. ad Timor. 1. Regi se-
culorum immortalis, inuisibili, soli Deo.

¶ Quod docet diuus Thom. in responsione *Ad pri-*
ad primum, annotatione dignum est. vide- *num.*
licet, rem vnus naturæ non tollere solitu-
dinē rei alterius naturæ. Dicimus aliquem
solum deambulare in horto, et si multū eplan-
tæ, & animalia imbi sint. Quo fit, vt (si da-
to impossibili) in Deo non esset, nisi vna
persona, maneret solitarius, quāuis cū illo,
agmina beatorū & angelorū essent. ¶ Ad se- *Ad secū-*
cūdam annotat, hoc nomē solus, additum *dum.*
prædicato essentiali, in diuinis ex vi sermo-
nis, importare exclusionē alterius suppositi
ab eo, cui adiungitur: atq; adeo hęc esse falsā:
Pater est solus deus: nā sensus eius est, q̄ pater est
Deus, & nulla alia persona. Et hoc asserit Au-
gustinus, cū ait. 6. de Trinitate. c. 9. Cōsiderāda
est illa sententiā, quæ dicitur, nō esse patrem ve-
rū deū solū. ¶ Dubiū verò hoc loco existit, *Dubitatio*
an hęc propositio sit cōcedēda. Tātū trinitas
est de⁹. Sūt q̄ asseuerēt illā falsā, sunt qui ve-
rā: nobis autē cū distinctione loquēdū vide-
tur. Quoniā, si dictio exclusiua, significat na-
turæ exclusionē, vera est: siquidē facit hunc
sensū, Trinitas est deus, & nulla res alterius
naturæ à trinitate est deus. Si autē referat pro-
prietate exclusionem, planē falsa est: quando-
quidē illius significatio est: trinitas est de⁹,
& nulla persona quæ nō sit trinitas, est de⁹.
Hęc autem falsa est, quoniam pater, qui nō
est trinitas, id est tres personæ, est de⁹: sic de
filio, & de spiritu sancto. Et demum huius-
modi propositiones non sunt plerumque
affirmādæ, nec negandæ, sed distinguendæ
potius: ne aliqua erroris labe inficiamur.

Articulus quartus.

*Vtrum dictio exclusiua, possit
adiungi termino
personali.*

Ad



Quartū sic proceditur.
Videtur q̄ dictio exclusi-
ua possit adiungi termi-
no personali, etiam si prædicatum
sit commune. Dicit enim Domi-
nus ad patrem loquens Ioannis. 17.
Vt cognoscant te solum deum ve-
rum. Ergo solus pater est verus de⁹.
¶ Præterea. Matth. 11. dicitur. Ne-
mo nouit filium nisi pater. Quod
idem significat ac si diceretur, solus
pater nouit filium. Sed nosse filiū,
est commune. Ergo idem quod
prius.

¶ Præterea, Dictio exclusiua non
excludit illud quod est de intelle-
ctu termini cui adiungitur. Vnde
non excludit partem, neque vni-
uersale. Non enim sequitur, solus
Sortes est albus, ergo manus eius
non est alba. vel ergo homo nō est
albus. Sed vna persona est in intel-
lectu alterius, sicut pater in intel-
lectu filij, & e conuerso. Non ergo
per hoc quod dicitur solus pater
est deus, excluditur filius vel spiri-
tus sanctus. Et sic videtur hęc lo-
cutio esse vera.

¶ Præterea. Ab ecclesia cantatur.
Tu solus altissimus Iesu Christe.

¶ Sed contra. Hęc locutio, solus pa-
ter est deus, habet duas expositiua
scilicet pater est deus, & nullus a-
lius à patre est deus. Sed hęc secun-
da est falsa, quia filius est alius à pa-
tre, qui est deus. Ergo hęc est falsa,
solus pater est deus. Et sic de simili

bus. ¶ Respondeo dicēdum, quòd
cum dicimus solus pater est deus,
hęc propositio potest habere mul-
tiplicem intellectum. Si enim so-
lus ponat solitudinem circa patrem,
sic est falsa secundum quòd sumi-
tur categorematicē, secundū verò
quòd sumitur syncategoremati-
cē, sic iterum potest intelligi mul-
tipliciter. Quia si excludat à forma
subiecti, sic est vera, vt sit sensus. So-
lus pater est deus. i. ille cū quo nul-
lus alius est pater, est Deus. Et hoc
modo exponit August. in 6. de tri-
cum dicit. Solum patrem dicim⁹,
non quia separatur à filio vel spiri-
tu sancto. Sed hoc dicentes signifi-
camus, quòd illi simul cum eo non
sunt pater. Sed hic sensus non ha-
betur ex consueto modo loquendi
nisi intellecta aliā implicatione, vt
si dicatur, ille qui solus dicitur pa-
ter, est deus. Secundum verò pro-
priū sensū excludit à consortio præ-
dicati. Et sic hęc propositio est
falsa si excludit alium masculinē.
Est autem vera si excludit aliud
neutraliter tantum. Quia filius est
alius à patre, non tamen aliud. Si-
militer, & spiritus sanct⁹. Sed quia
hęc dictio solus, respicit propriē
subiectum (vt dictum est) magis
se habet ad excludendum alium
quàm aliud. Vnde non est exten-
denda talis locutio, sed piē expo-
nenda sicubi inueniatur in aucten-
tica scriptura.

¶ Ad

¶ Ad primum ergo dicendum, q̄ cum dicimus, te solum Deum verum, nō intelligitur de persona patris, sed de tota trinitate, vt Augustinus exponit. Vel si intelligatur de persona patris, non excluduntur alię personę, propter essentię unitatē, put ly solus excludit tantum aliud, vt dictum est.

¶ Et similiter dicendum est ad secundum. Cū enim aliquid essentialē dicitur de patre, non excluditur filius, vel spiritus sanctus, propter essentię unitatem. Tamen sciendum est, quod in auctoritate prædicta hæc dicitio nemo, non idem est q̄ nullus homo, quod videtur significare vocabulum. Non enim posset excipi persona patris. Sed sumitur secundum vsum loquendi distributiue pro quacunque rationali natura.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ dicitio exclusiua non excludit illa que sūt de intellectu termini cui adiungitur, si non differunt secundum suppositum, vt pars, & vniuersale. Sed filius differt supposito à patre. Et ideo non est similis ratio.

¶ Ad quartum dicendum, q̄ non dicimus absolute, q̄ solus filius sit altissimus, sed q̄ solus sit altissimus cum spiritu sancto in gloria Dei patris.

Commentarium.



C si interrogemus, an hæc sit vera: solus pater est Deus: aut, tantum pater est Deus. Et vt plura, quæ in textu infarciuntur, omittamus, ibi enim videri possunt: sū-

matim respondet, eam esse veram, si dicitio exclusiua significet naturæ exclusionem: falsam verò, si personæ exclusionem refert: ex vi tamen & proprietate sermonis, eam particulam magis importare personæ exclusionem: atq; adeo esse falsam, vt probat per exponentes, quas adducit ad oppositum.

¶ At verò contra diuū Th. argumentatur. Christus redemptor noster proprie loquutus est, id q; maxime: loquens autē cū patre Ioan. 17. affirmat illum esse solum Deum, inquit: hæc est vita æterna, vt cognoscāte solum Deum verum: ergo ista propositio est vera, secundum verum & proprium sensum. Solus pater est Deus. perperam ergo diuus Th. concedit eam esse falsam proprie loquendo.

¶ Respondemus primo, iuxta Augustini sententiam. 6. de trinit. cap. 9. ea verba seruatoris nostri debere intelligi de tota personarum trinitate, & non de persona patris sigillatim. Secundo respondemus, quod nomen solus, proprie importat exclusionē diuersæ personæ: atq; adeo illam propositionem à Christo prolatam quam propriam esse: vt constat per eius exponentes, Pater est Deus, & nulla alia persona diuersa à patre, est Deus. Quomā secundū fidem catholicā, neq; pater diuersus est à filio, neq; filius à patre, & c. quis realiter distinguatur. Et simili modo explicanda sunt verba saluatoris nostri Matth. 11. Nemo nouit filium, nisi pater: nec patrem quis nouit, nisi filius, id est, solus pater nouit filium, & solus filius nouit patrem.

¶ Respondemus tertio, diuū Th. non asserere, præfatā propositionem esse falsam proprie loquendo: sed magis propriam esse, cū dicitio exclusiua refert personæ exclusionem, quam naturæ. Admonet verò huiusmodi locutionibus non esse liberius vti: dum ne cum Arrio conuenire verbis videamur. De hac re egimus quæstio. 27. artic. 1. disput. 1. part. 3. arg. 2.

Articuli summa.

Argumentum contra diuū Tho.

Solutio primi.

Secundo.

Tertio.

Quæstio.

QVÆSTIO XXXII.

Decognitione diuinarum personarum.



Onsequenter inquirendū est de cognitione diuinarū personarū. ¶ Et circa hoc quæruntur quatuor. Primo. Vtrum per rationem naturalem possint cognosci diuine personę. Secundo. Vtrum sint aliquę notiones diuinis personis attribuentę. Tertio. De numero notionum. Quarto. Vtrum liceat diuersimode circa notiones opinari.

Articulus primus.

Vtrum trinitas diuinarum personarum possit per naturalem rationem cognosci.



Ad primum sic proceditur. Videtur quod trinitas diuinarum personarū, possit per naturalem rationem cognosci. Philosophi enim non deuenerunt in dei cognitionem nisi per rationem naturalem. Inueniuntur autem à philosophis multa dicta de trinitate personarū. Dicit enim Arist. in primo de car. & mun. Per hunc numerum scilicet

ternarium, adhibuimus nos ipsos magnificare deum vnum, eminentem proprietatibus eorum que sunt creata. Augu. etiam dicit 7. confess. ibi legi. s. in libris Platoniorum, non quidē his verbis, sed hoc idem omnino multis & multiplicib⁹ suaderi rōnibus, q; in principio erat verbum, & verbū erat apud deum, & deus erat verbum, & huiusmodi quæ ibi sequuntur. In quibus verbis distinctio diuinarū personarū traditur. Dicitur etiā in glo. Ro. i. & Exodi septimo, q; magi Pharaonis defecerūt in tertio signo: i. in notitia tertie personę, s. spiritus sancti. Et sic ad min⁹ duas cognouerūt. Trismegistus etiā dixit. Monas genuit monadem, & in se suum reflexit ardorē. Per quod videt generatio filij, & spūs sc̄i processio intimari. Cognitione ergo diuinarū personarū pot̄ per rationem naturalem hēri. ¶ Prę. Ricar. de sc̄to vi. dicit in libro de tri. Credo sine dubio, q; ad quancunque explanationem veritatis, non modo probabilia, imo etiā necessaria argumenta nō desint. Vnde etiā ad probandū trinitatem personarum, aliqui induxerūt rōnē ex infinitate bonitatis diuine que se ipsam infinite cō-

cat

cat in processione diuinarum personarum. Quidam verò, per hoc quod nullius boni sine consortio potest esse iocunda possessio. Aug. verò procedit ad manifestandum trinitatem personarum, ex processione verbi & amoris in mente nostra. Quamuis supra secuti sumus. Ergo per rationem naturalem potest cognosci Trinitas personarum. Præterea, Superfluum videtur homini tradere, quod humana ratione cognosci non potest. Sed non est dicendum, quod traditio diuina de cognitione Trinitatis sit superflua. Ergo Trinitas personarum ratione humana cognosci potest. Sed contra est quod Hilarius dicit in libro de tri. Non putet homo sua intelligentia generationis sacramentum posse consequi. Ambrosius etiam dicit. Impossibile est generationis secreta re secretum. Mens deficit, vox silet. Sed per originem generationis, & processionis distinguitur Trinitas in personis diuinis, ut ex supra dictis patet. Cum ergo illud homo non possit scire & intelligentiam consequi, ad quod ratio necessaria haberi non potest: sequitur quod Trinitas personarum per rationem cognosci non possit. Respondeo dicendum, quod impossibile est per rationem naturalem ad cognitionem Trinitatis diuinarum personarum peruenire. Ostentum est enim supra quod homo per rationem naturalem in cognitionem Dei peruenire non potest

nisi ex creaturis. Creatura autem ducit in Dei cognitionem sicut effectus in causam. Hoc igitur solum ratione naturali de Deo cognosci potest, quod competere ei necesse est secundum quod est omnium entium principium. Et hoc fundamento usus sumus supra in consideratione dei. Virtus autem creatura Dei, est communis toti Trinitati. Unde pertinet ad unitatem essentiae: non ad distinctionem personarum. Per rationem igitur naturalem cognosci possunt de Deo ea que pertinent ad unitatem essentiae, non autem ea que pertinent ad distinctionem personarum. Qui autem probare nititur Trinitatem personarum naturali ratione, fidei dupliciter derogat. Primo quidem, quantum ad dignitatem ipsius fidei, que est, ut sit de rebus inuisibilibus, que rationem humanam excedunt. Unde apostolus dicit ad Hebr. ii. quod fides est de non apparentibus: Et apostolus dicit primæ Corinth. 2. cap. Sapientiam loquimur inter perfectos. Sapientiam verò non huius seculi: neque principum huius seculi. Sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, que est abscondita. Secundo quantum ad utilitatem trahendi alios ad fidem. Cum enim aliquis ad probandam fidem inducit rationes que non sunt cogentes, cedit in irrisionem infidelium. Credunt enim quod huiusmodi

di rationibus innitatur, & propter eas credamus. Quæ igitur fidei sunt, non sunt tentanda probare nisi per auctoritates, his qui auctoritates suscipiunt. Apud alios vero sufficit defendere non esse impossibile quod prædicat fides. Unde Dionysius dicit secundo capitulo de di. no. Si aliquis est qui totaliter eloquijs resistit, longe erit a nostra philosophia. Si autem ad veritatem eloquiorum scilicet sacrorum respicit, hoc & nos canone utimur. Ad primum ergo dicendum, quod philosophi non cognouerunt mysterium trinitatis diuinarum personarum per propria, que sunt paternitas, filiatio, & processio, secundum illud Apo. primæ ad Cor. 2. Loquimur dei sapientiam, quam nemo principum huius seculi cognouit. Philosophorum secundum gloriam cognouerunt tamen quedam essentialia attributa, que appropriatur personis, sicut potentia patri, sapientia filio, bonitas spiritui sancto, ut infra patebit. Quod ergo Aristoteles dicit per hunc numerum adhibuimus nos ipsos & c. non est sic intelligendum quod ipse poneret ternarium numerum in diuinis. Sed vult dicere quod antiqui utebantur ternario numero in sacrificijs & orationibus propter quandam ternarij numeri perfectionem. In libro etiam Platoniorum inuenitur. In principio erat verbum, non secundum quod ver-

bum, significat personam genitam in diuinis, sed secundum quod per verbum intelligitur ratio idealis per quam deus omnia condidit: que filio appropriatur. Et licet appropriata tribus personis cognoscerent, dicuntur tamen in tertio signo defecisse. In cognitione tertiæ personæ, quia a bonitate que spiritui sancto appropriatur deuiauerunt, dum cognoscentes deum, non sicut Deum glorificauerunt, ut dicitur Ro. 1. Vel quia ponebant Platonicum unum primum ens, quod etiam dicebant esse patrem totius vniuersitatis rerum, cõiter ponebant aliam substantiam sub eo, quam vocabant mentem, vel paternum intellectum, in qua erant rationes omnium rerum, sicut Macrobius recitat super somnium Scipionis. Non autem ponebant aliquam substantiam tertiam separatam, que videret spiritui sancto respondere. Sic autem nos non ponimus patrem & filium secundum substantiam differentes, sed fuit error Origenis & Arii sequentium Platonicos. Quod verò Trismegistus dixit. Monas monadem genuit, & in se suam reflexit ardorem: non est referendum ad generationem filij, vel processionem spiritus sancti, sed ad productionem mundi. Nam unus deus produxit unum mundum, propter sui ipsius amorem. Ad secundum dicendum, quod ad aliquam rem dupliciter inducitur ratio. Vno modo ad probandum sufficienter aliquam radicem. Sicut in scientia naturali inducitur ratio

ratio sufficiens ad probandū quòd motus cæli semper sit vniformis ve locitatis. Alio modo inducitur ratio, non quæ sufficienter probet radicem, sed quæ radici iam positæ ostendat congruere consequentes effectus. Sicut in astrologia ponitur ratio excentricorum, & epicyclorum, ex hoc quòd hac positione facta possunt saluari apparentia sensibilia circa motus cælestes, non tamen ratio hæc est sufficienter probans, quia etiam fortè alia positione facta saluari possent. Primo ergo modo potest induci ratio ad probandum Deum esse vnum, & similia. Sed secundo modo se habet ratio quæ inducitur ad manifestationem trinitatis, quia scilicet trinitate posita cõgruunt huiusmodi rationes, non tamen ita quòd per has rationes sufficienter probetur trinitas personarum. Et hoc patet per singula. Bonitas enim infinita Dei manifestatur etiam in productione creaturæ, quia infinitæ virtutis est ex nihilo producere. Non enim oportet si infinita bonitate se communicat, quòd aliquid infinitum à Deo procedat, sed secundum modum suum recipiat diuinam bonitatem. Similiter etiam quod dicitur quod sine consortio non potest esse iocunda possessio alicuius boni, locum habet quòd in vna persona non inuenitur perfecta bonitas. Vnde indiget ad

plenam iocunditatis bonitatē bono alicuius alterius consociati sibi. Similitudo autem intellectus nostri non sufficienter probat aliquid de Deo, propter hoc quod intellectus non vniocè inuenitur in deo & in nobis. Et inde est quod Augustinus super Ioan. dicit, quòd per fidem venit ad cognitionem, & non econuerso.

Ad tertium dicendum, quòd cognitio diuinarum personarum fuit necessaria nobis dupliciter. Vno modo ad rectè sentiendum de creatione rerum. Per hoc enim quod dicimus deum omnia fecisse verbo suo, excluditur error ponentium deum produxisse res ex necessitate naturæ. Per hoc autem quod ponimus in eo processionem amoris, ostenditur quod Deus non propter aliquam indigentiam in creaturas produxit, neque propter aliquam causam extrinsecam, sed propter amorem suæ bonitatis. Vnde Moyses postquam dixerat. In principio creauit Deus cælum & terram, subdit. Dixit deus, fiat lux ad manifestationem diuini verbi. Et postea dixit, vidit Deus lucem quòd esset bona ad ostendendum probationem diuini amoris. Et similiter in alijs operibus. Alio modo & principalius, ad rectè sentiendum de salute generis humani, quæ perficitur per filium incarnatum, & per donum spiritus sancti.

Com-

Commentarium.



Articulus hic dignus est sanè, qui integer memoria cõmendetur. Quocirca commentarium in quatuor secamus partes: in prima nimirum proponitur argumèta in cõfirmatione vtriusque partis, tunc affirmatis, tum etiam negatis: in secunda autem veritatem amplectendam: & S. Tho. sententiam, quatuor conclusionibus explicabimus: in tertia verò respondebimus ad argumèta proposita in priori parte commentarij, iuxta mentem Sani. Th. in quarta denique eisdem argumètis satis faciemus alia via secundum opinionem nostram.

Prima commentarij pars.

1. argumè.



1.

In gratiam igitur affirmatis partis, plura suppetunt argumèta. In primis argumètamur: Homo est imago trinitatis, iuxta illud Gene. 2. faciamus hominem, ad imaginem

& similitudinem nostram: at per imaginem cognoscitur id, cuius est imago: igitur per hominè, possumus peruenire in cognitionem trinitatis: atque adeo naturali ratione, atque industria. Quod probari etiam potest ex Aug. 6 de trinit. ca. 10. qui ait. In qualibet creatura est vestigium trinitatis: ac perinde per creaturas possumus mysterium trinitatis inuestigare & cognoscere. Secundò argumètamur: generare perfectionis est, ergo Deo non est neganda igitur generat aliam personam: atque adeo pluralitas personarum diuinarum ratione naturali cognosci potest: & ex consequenti trinitas. Qua ratione vsus fuit euangelicus propheta Eiaias, diuino percitus spiritu ca. vltimo: nam in persona ipsiusmet Dei, loquitur dicens. Nunquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam, dicit dñs? Si ego, qui generatio ceteris tribuo, sterilis ero? Et confirmatur: actu producere & generare perfectionis est, ergo Deo non est neganda huiusmodi perfectio: igitur ab æterno Deus produxit & genuit: non creaturas, cum mundus non sit ab æterno: ergo aliam increatam personam: & ex consequenti, per rationem naturalem possumus cognoscere generationem, & processionem personarum: ac perinde trinitatem. Tertio comuni

Cõfirmatio

Tertium

care se infinite, est perfectio: ergo Deo est tribuenda. Sed non comunicat se Deus infinite producendo creaturas: ergo comunicat se infinite producendo personas infinitas: igitur naturali ratione, hæc veritate sanctissimè trinitatis possumus assequi. Quarto argumèta suppositio. tamur, præmittendo id, quod D. Thom. præcedenti ar. 3. ad primū asserit: videlicet, quod solitudo non potest tolli per res alterius naturæ: in se per notandum est, quod non potest esse iocunda possessio alicuius boni, sine consortio & societate alterius: etenim si vnus homo esset in mundo omni societate penitus destitutus, miserissime profectò esset cõditionis: quauis omni diuitiarum copia, atque delicijs afflueret, & abundaret. Nunc argumètamur. Deus est felicissimus ens, ergo possidet infinita bona: at ex suppositis, nequit esse iocunda possessio, sine consortio & societate. ergo in Deo est societas & consortium personarum: igitur in Deo sunt plures persone diuine: sed tantum est vnus deus ut lumine naturali constat, ergo sunt plures persone diuine in Deo, habentes vnicam naturam: atque adeo sequitur, nos lumine naturali posse cõsequi trinitatis cognitionem. & hoc argumètu suscipimus explicamus, art. 8. primæ questionis in cõmentario. Sic quintum argumètu. Euidèter possumus ostendere, mysterium trinitatis non repugnare rationi: vt demonstrauimus in cõmentario art. octauo primæ questionis ergo non repugnat Deo: & ex cõsequenti in Deo esse potest: igitur Deo cõuenit actu: quia in Deo & eternis, iuxta Arist. doctrinam, phy. tex. 3. id est esse & posse. Hæc siquidè collectio est euidens in lumine naturali. Deus potest esse trinus & vnus, ergo est trinus & vnus. Nam est purus actus, & nequit esse in potentia: & ex cõsequenti omnia que spectant ad essentiam & naturam Dei, necessariò ei cõueniunt. Itè hereticus, qui negat mysterium incarnationis, & credit articulum trinitatis, illud cognoscere sine auxilio Dei specialiter: ergo nature viribus, mysterium trinitatis possumus cognoscere. Et addeuntur testimonia philosophorum & sanctorum testimonij: quoniam Ari. 1. de celo & mundo tex. 2. per hunc (ait) numerum, ciliet ternarium, adhibuimus nos ipsos magnificare deum vnum, eminere proprietatibus eorum que sunt creata. Trismegistus etiã, philosophorum platonis doctissimus & antiquissimus, ait. Monas genuit monadè, & in se suam reflexit ardorem. Quibus verbis innuit generationem filij, & processionem spiritus sancti. Et Augustinus 7. lib. cõfessionum ca. 8. asserit se legisse in libris platonis

L

platonis

Platonici platoniorum complures rationes, quibus probare contendunt, quod d. in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum &c. Ergo naturali lumine, clarè cognouerūt generationē filij: ac sub inde mysterium trinitatis, humana industria innotescere nobis potest. Testimoniū etiam huic rei præbet glossa ad Roma. 1. & Exod. 7. vbi dicitur, qd magi Pharaonis defecerunt in tertio signoid est, in notitia tertiæ personæ spiritus sancti: ergo cognouerūt, saltem duas personas trinitatis, propriis viribus. Insuper Ricardus de sancto viatore lib. 1. de trini. ca. 4. ait. Credo sine dubio, qd ad quancunq; explanationem veritatis, non modo probabilia, imò etiam necessaria argumenta non desunt. Et vt hanc partem absoluaus. August. lib. 9. de trini. explicat trinitatis mysterium, ducta similitudine, & analogia rerum naturalium, ex processione verbi & amoris in mente nostra: quod nos eadē ratione fusiùs egimus quæst. 27. per plures disputationes.

Secunda commentarij pars.

Responsio ad quaestione.
1 conclusio
Probatur scripturæ testimonijs



D quaestionem respondemus iuxta sententiam D. Th. quatuor cōclusionib⁹. Prima igitur sit. Impossibile est, per rationem naturalem ad cognitionem, trinitatis diuinarū personarum peruenire. ¶ Ista cōclusio est de fide tenenda: quia nō possumus mysteriū trinitatis cognoscere, nisi cognoscamus in deo patrem & filium: at in Deo esse patrem & filiū, non possumus cognoscere per rationē naturalem: ergo &c. Minorem aut probamus ex illo Matth. 11. Nemo nouit filium nisi pater: nec patrem quis nouit, nisi filius: & cui uoluerit filius reuelare. Et Matth. 16. cū dixisset Petrus: tu es Christus filius Dei uiui: subiūgit redemptor noster. Beatus es Simon Barjona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi. Hoc est, per facultatem naturæ humanæ (quæ per carnē & sanguinē intelligitur) non poterat mente assequi, esse me filium Dei uiui: ac perinde in Deo esse patrem & filium. ¶ Et hæc cōclusionē cōtendit probare Paulus. 1. Corin. 2. Cū ait, Sapientia loqui-

mur inter perfectos: sapientiam uero non huius seculi: id est, philosophorum, secundum glossam, qui destruantur: sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est: q̄ predestinauit deus ante seculum gloriā nostrā: q̄ nemo principum hui⁹ seculi cognouit. Et inferius: oculus non uidit, neq; auris audiuit, neq; in cor hominis ascēdit, quæ præparauit Deus his, qui diligunt illum: nobis autem reuelauit. Deus per spiritum sanctum. Et paucis interiectis, quæ dei sunt nemo cognouit, nisi spiritus Dei. Quæ uerba non solum intelligi debent de mysterio incarnati filij Dei (de quo præcipue rexit disputationem Paulus) sed etiā Trinitatis, quod est omnium abditissimum arcanū. Huc accedit testimoniū ecclesiastic. 3. plura supra sensum hominis ostensa sunt tibi. Et Iob. 28. sermone habito de Dei sapientia, & mysteriorum fidei doctrina, ait: abscondita est ab oculis omnium uiuentium. Et Sapient. 9. sensum autem tuum quis sciet: nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum sanctum tuum de altissimis: etiam illud ecclesiastic. 43. Maior est omni laude, ne laboretis, non enim comprehenderis. Eandem conclusionem probat D. Th. sanctorum testimonij, vt Hilarij, qui in libro de Trini. ait non putet homo sua intelligentia, generationis sacramentum posse cōsequi. Ambrosius etiam dicit. Impossibile est, generationis scire secretū: mens deficit, uox silet. At vt intelligamus mysterium Trinitatis, necessum est nos intelligere diuinam generationem: igitur Trinitatis mysterium, per facultatem naturæ cōsequi non possumus. ¶ Item probat hoc argumento. Per rationē naturalem non possumus peruenire in cognitionem Dei, nisi per creaturas: at creaturæ solum ducunt nos in Dei cognitionem, quatenus ipse est causa & principium earū: esse autem causam & principium creaturarū conuenit diuinæ essentia, & ex æquo omnibus tribus personis, ergo per creaturas nō possumus peruenire in cognitionem distinctionis personarū, & ex consequenti, neq; trinitatis: nō potest enim trinitatis mysterium cognosci, nisi cognoscantur tres diuinæ personæ distinctæ inter sese. ¶ Et tādē euidens est, mysteria supernaturalia nō posse cognosci lumine naturali: at Trinitatis mysterium est omnium profundissimū, quapropter magnæ cuiusdā temeritatis est, illud propriis uiribus uelle intelligere, & perferu-

Sāctiorē testimonij p̄ batur.

Probatur ratione.

tari: de quo intelligitur illud, qui scrutator est misticis, opprimetur à gloria. Insuper, quod canit. 6. legitur. A uertit oculos tuos à me, quia ipse me auolare fecerunt. Etenim quod magis existimur, ad hoc mysteriū sola ratione inuestigandū, eō minus penetrāmus: Deumq; detestabili supbia offendimus: & quasi spiritū sanctū à nobis auolare, & recedere facim⁹. ¶ Et obseruandū est, nō solum negatū esse homini, vt euidenter possit cōsequi Trinitatis mysterium propria uirtute: uerū etiā vt de hac re existimationē aliquā probabilem, aut saltem rudē adumbrationē possit habere. Quod si aliquis homo nullā à spiritū sancto habēs reuelationē, per solas rationes naturales crederet hoc diuinū mysteriū, & id probare cōtenderet: infirmus sanè esset. ¶ Sic secūda cōclusio. Per rationē naturalem possumus cognoscere aliqua Dei attributa; & ea quæ spectant ad unitatē essentia: vt Deū esse bonū, misericordem, infinitū, principium & causam creaturarū. Et pater per Paulū Rom. 1. Inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt, intellecta cōspiciuntur. ¶ Sic autē tertia cōclusio. In duplici errore deprehēditur, qui naturalibus rationibus, contendit probare mysteriū Trinitatis: & qd dignitati nostræ fidei detrahit; & qd impedit quidē est, ne infideles ad illā cōuertantur. Dignitati nēpe detrahit, quoniam fides est de rebus inuisibilibus, quæ rationē & captū hominis lōgē superant: impedimēto aut cōuersioni in fidei uiam est, quia ob illam temeritatē, aniam sibi sumerēt irridēdi nos, qui tam leuibus rationibus, & nullo alio præsidio innituntur: ipsamq; fidē despiciatū haberent. ¶ Quarta cōclusio. Quæ fidei sunt, probari debent scripturæ testimonijs, his qui scripturæ submitunt se autoritari: apud infideles uerò, qui scripturas non admittūt, sufficit defendere, nō esse impossibile quod prædicat fides. Quod & docet Dionysius. 2. cap. de diui. Si aliquis (inquit) est, qui totaliter eloquij resistit, longē erit à nostrā philosophia. Si autem ad ueritatem eloquiorum, scilicet sacrorum, respicit: hoc & nos canone uimur. Hic autē agi possit, quibus argumētis quod uis genus infidelū debeamus disputatione conuincere: uerū hoc in alterū locum diximus differendum. ¶ **Dubium.** Porro occurrit dubiū, quod diuus Th. inquit in tertio argumēto: cur uidelicet, de reuelauerit nobis mysteriū trinitatis: uideatur enim superuacaneum narrare homini,

quod ratione naturali intelligi nequeat. Et præter rationes, quas addidit diuus Th. ad tertium assignamus alias, quæ nobis ex r. cōtra gentes cap. 5. petūt. ¶ In primis, Deus reuelauit nobis Trinitatis mysterium, vt maiorem amicitiam, beneuolentiam quæ ostēderet erga hominē: amicum enim proprium est, secretā facere cōmuniā, nihil quē ab inuicem occultare. Quia igitur occultissimum erat hoc trinitatis arcanum in sinu Dei, non passus est iuxta leges amicitia, vt nos, qui necessitu diuis & amicitia suę uinculo tenebamur, hac cognitione priuaremur. Et hoc est, quod ait Ioan. 15. Jam non dicam uos seruos, sed amicos: quia omnia quæ audiui à patre meo, nōra feci uobis. ¶ Secundo, vt fortius confunderetur & re-

Signatur ratio- nes. quare congruis. Deims nobis myste- riu trinita- ris reuelat. sa.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

& mortalia mortalem. Hortatur itaq; ibidē Aristot. vt diuinorum contemplationi incumbamus: vt vel hac ratione, animi vilitatem fugientes, eius maximam excellentiam consequamur: abiectionem nimirum vilescit animus, cum viliū rerum cognitioni vacat. Quinto verō, quia per huius mysterij manifestationem, maximē exardescit amor noster in Deum: tum quoniam plus cognoscimus Deum, & bonis, quae magis cognoscimus, intensius inhaeremus: tum quoniam altitudo huius mysterij diuinitus patefacti, mirificē in ipsius amorē hominum animos excitat. Atq; hae rationes non mediocri vsui esse possunt euangelici verbi cōcionatoribus, dum publicē de diuina trinitate ad populum loquantur.

Tertia commentarij pars.



Omnia igitur argumenta initio cōmentarij proposita respondemus planē, ea esse quā optima, & quae ad explicationem mysterij trinitatis pri-

sola fide accepti, maximē referant: quinimo ad demonstrandum id intellectui, vel rationi non aduersari. Et hoc pacto sunt intelligenda Ricardi verba, quae citauimus. Verū ad illud probandum conuincendum q; seclusa fide, parui momenti esse, ac nullius roboris: quocirca eis philosophus facillē satisfacere possit.

Ad primum ergo responderet infidelis negando maiorem: quoniam negat trinitatem & etiam negaret hominem esse Dei imaginem. Verū quoniam hoc argumentum videtur conuincere catholicum, qui cōcedit maiorem, alio modo respondere oportet, distinguendo minorem: q; si ea de imagine perfecta intelligatur, vera quidem est, sed maior falsa: solus enim filius Dei, est perfecta ipsius imago, iuxta illud ad Coloss. 1. qui est imago inuisibilis Dei: atq; adeo perfectē & ad viuū repraesentat patrem aeternum; vt dictum est quēf. 27. Homo autē nō est ita Dei perfecta imago, sed potius ad imaginē Dei factus: nō enim dixit gene. 1. Deus, faciamus hominē imaginem nostrā, sed ad imaginē nostram. Neq; existimes me negare vi-

rum esse imaginē Dei: cū apertē illud affirmet Paulus. 1. Corin. 11. vix (inquit) non debet velare caput suum, quoniam imago & gloria Dei est. Ceterum obseruandum, quod pluribus de causis homo imago Dei nuncupari solet: primum, quoniam sicut Deus liberum arbitrium habet: ita etiā homo. Itē, quia in homine sunt tres potentiae, intellectus, voluntas, & memoria, perinde ac in deo tres personae. Est insuper alia similitudo, quemadmodū enim in Deo, per actū intelligendi patris producit verbum, & à verbo & patre per actum amandi spiritus sanctus: ita quoq; in homine, per actum intelligendi animae producit verbum, & ab anima ac verbo amor. Ad hanc, hominem Dei imaginē dicimus, ob id scilicet, quia vt ex patre procedit filius, & ex patre & filio spiritus sanctus, ita similiter ex Adamo solum fuit facta Eua, & ex utroq; filius Abel. Aliā itidem huius nūcupationis reddidimus rationem paulo superius quēf. 30. ar. 2. Verū omnes huiusmodi cōparationes & similitudines, imbecilles proferuntur & parū firmasunt, quod apud philosophos diuinum trinitatis mysterium cōprobat: esto sint factis commode ad illud catholicis explanandum, vt asserit D. Tho. ad. 2. Quod ad Augustini testimonium dicimus, in creaturis esse vestigium creatoris, atq; per eas nos posse duci in Dei cognitionem, quoad attributa, nō tamen quoad relatiua, vt docet secunda cōclusio. Præterea vestigium non ducit nos distinctē & perfectē in cognitionem rei cuius est vestigium, sed nimis obscure & confusē. Secundū argumentū philosophus dilueret, negando antecedēs, nā quāuis generare sit perfectio in rebus corruptibilibus, quādo per generationē earū species à mortalitate vindicatur, vt docet Aristot. lib. 2. de anima tex. 34. cū indiuidua naturalia necesse est in tererari: verō in rebus aeternis, diceret nequaquā perfectiois esse generare: siquidē celi & angeli qui aeterni sunt, nō generāt. Simili etiam modo profligaret vim cōfirmationis, negando item assumptū: & sanē id falsum est, quia esto posset generare sit perfectio actū, tñ generare nulla ad dit perfectio nē: ignis namq; postquā genuit alium ignem sibi similē, nihilo perfectior euadit, q̄ fuerat ante generationē. Et hoc in Deo notū est, etenim per creaturarum generationem neq; acquirit, neq; acquirere potest aliquā perfectioem. Tertio autem argumento satis fecisse

Rationes ob quas homo deus imago appellatur.

Explicatus Augustini testimoniu.

Ad secundum.

Ad cōfirmationem.

Ad tertiu.

fecisse se planē existimaret, negando assumptum: hoc est, communicare se infinitē, est perfectio: si per infinitam communicationē intelligatur producere infinitū: ac subinde nō posse se creaturę infinitē cōmunicare non est imperfectio, cū defectus infinitae communicationis nō oriatur ex parte Dei, sed ex parte creaturę, cui repugnat infinita perfectio, & infinitae perfectionis cōmunicatio, ita vt eius natura euaderet infinitē perfecta. Obseruandum tamen est, diuum Th. Fateri ad secundum, quōd deus producendo creaturas ex nihilo, cōmunicat se in finitē: & eius infinita bonitas, cōmunicatur se in finitē: & eius infinita bonitas, cōmunicatur se in finitē. Quartum etiam argumentū confutaret, negata suppositione respectu personae infinitē perfectae: eam tamen veram diceret respectu personae, quae finitā habet perfectionē. Atq; hoc pacto responderet diuus Th. ad secundum. Ad quintum responderet negando consequentiam, & eam facillē refelleret in simili: quoniam si verum est, quantitatem re ipsa distingui à substantia: eam non distingui non repugnat intellectui: si quidem est probabile, ut teneant iuniores, & tamen simpliciter in se repugnat. Ad obiectionē porō de heretico respondemus, cū cognoscere mysterium trinitatis humana fide, non diuina: per reuelationem precedentem mysterij trinitatis maioribus factā, à quibus ipse tractu temporis ac successione accepit. Ad philosophorū testimonia respondet diuus Th. in solutione ad primū, eos nullo modo cognouisse trinitatis mysterium per proprietates personarum: quae sunt paternitas, filiatio, & processio: esto cognouissent quaedam essentia attributa, quae personis tribuuntur: hoc est omnipotentiam, quae tribuitur patri: sapientiā, quae filio: & bonitatem, quae spiritui sancto. & omnia ad ducta philosophorū testimonia, quibus videntur aliquantulū cognitionis huius diuini arcani habuisse, explicat atq; contorquet in alium sensum, longē quidē alienum à notitia trinitatis: vt poterit lector in litera sancti Th. ad primum latius videre.

Ad quartum.

Ad quintum.

Responsum ad testimonium philosophorum.

Quarta commentarij pars.



Et tū nos alia via incedendū existimauimus: nempe veteres illos & sapientissimos philosophorum principes, trinitatis, & multorum secretorum fidei nostrae aliquā cognitionē habuisse, non quidem viribus

Alia autem via responsio ad philosophorum testimonia annotatione digna.

proprijs & sine reuelatione comparata, sed per sapientiae traditionem. Id significare volumus, quōd primus generis humani parens Adamus, fuit affatus edocuit à deo fidei nostrae mysteria, vt trinitatis, & reliquorum plurimū: & hic quidem, vt patet est credere, instruxit atq; edocuit filios, nepotes, & pronepotes, & cunctam posteritatem, quae illo superuivente nata est copiosa: praecipuē verō Mathusalem, qui ab eo octauus cum illo felicissimē ducentis quadraginta octo annis vitam habuit communem: quod ex scripturis diuinis, facta annorum computatione quae genef. habetur cap. 5. & 7. apertissimē constat. Hic autem Mathusalem plenē creditur fuisse edocuit mysteria fidei ab ipso Adamo. Insuper Mathusalem nepotem suum Noe ex filio suo Lamech eadem mysteria Noe edocuit: quod quidem necessarium iudico, quando cum illo, auus inquam cum nepote, sexcētis vixerit annis: quod etiam ex genefi manifestū est ca. 5. 7. 8. & 9. A Noe verō filij sui & nepotes eisdem fidei veritates acceperunt: hic enim post diluuium, vt sacra refert historia genef. 9. trecentos quinquaginta vixit annos: qui cū esset vir iustus atq; perfectus in generationibus suis genef. 6. Consentaneum est, illum posteris & filijs creationem generis humani, & interitum patefecisse. insituisseq; illos omnibus fidei nostrae mysterijs, quae ipse accepit ab illis qui primū parentem nostrum viderūt, cui in principio facta est omnium patefactio à deo. Ab ijs itaq; filijs, nepotibus, proneporibus, & alijs qui ab Adamo sumptērunt originē, mysteriorū fidei nostrae cognitio, quali de pectore in pectus, & de ore in os, deriuata est per sapientiae successio-nem & traditionem: delataq; ad plures ethnicorū. vt fortē ad amicos lob: Eli-phaz Themaniten, Baldad Suiren, Sôphar Naamahitē, & præterea Eliu Buzicē: quorū tācelebris in diuinis literis facta est mentio. Qui dum amico suo vlcibus summissis doloribus penē confecto, & vermibus scattenti, piagas probro darēt, dicerētq; ob sua peccata illi obuenuisse: interim grādes sententias ad fidē nostrā spectantes efferebāt, abditissimāq; arcanā de fidei rebus prodiderūt & cōmemorarūt. Quaedam modū facile est videre, tū alijs locis, tū praecipuē cap. 11. 21. 22. libri lob. Quorsum per eandē traditionis viā procedēte tēpore hæc rerū diuinarū cognitio

Adamus

Mathusalem

Amicos lob

Cognitio mysteriorū

*fidei noui-
la, per sa-
pientia tra-
ditione de-
uina est
ad antiquos
philosophos*

& mysteriorum fidei, ad magnos antiquis-
simosque philosophos dimanauit: ut Bero-
sum, Trimegistum, Proclum, Philonem, Socra-
tem, Platonem, Plotinum: non synchra illa qui-
dem & integra, quemadmodum data est pri-
mo parenti ab ipso Deo, & ipse patefecit
Noe, hic autem palam fecit nepotibus suis:
sed plurimum obscurata, facta que semper
deterior. Siquidem postquam sparsum est
& diffusum in omnes terras genus huma-
num, cum non tam multi iam essent sapien-
tes, & vitæ necessarii excogitandis intenti
essent homines, potissimum verò peccatis
& criminibus cooperiti & contaminati: nō
solum supernaturalium veram cognitionē,
quam à maioribus acceperant, verum exa-
ctam illam rerum naturalium in diēs magis
magisque amittebant: ut quadrare optimē
in illos possit, quod ait Paulus: euauerunt
in cogitationibus suis, tradidit illos Deo in
reprobum sensum: Rom. 1. Vnde non mi-
rū est, si fidei nostræ mysteria mera delira-
menta iudicauerint. Necesse itaque fuit, re-
rum præteritarū memoriā exactē apud pau-
cos omnino remansisse: & fortē necdū lite-
rarū repertus erat vsus, aut diluio penitus
intermissus. Cum igitur hæc verbis, nō scri-
pta, posteris traderentur à maioribus, facil-
limē ex eorum animis, subrepente obliuio-
ne, exciderunt: tandemque veritas apud pau-
cos remansit, falsa verò quædam eius ima-
go & adumbratio per omnes dimanauit.

*De Sibylla
vrum cogiti-
stone.*

Per hanc eandem rationē traditionis, my-
steriorum nostræ fidei cognitionem conse-
quuta sunt Sibyllæ, ut quibusdam placuit
& ex illis decem præcipuē ab autoribus ma-
gnis laudibus celebrantur, ab autoribus, in-
quam, qui Christi redemptoris nostri nati-
uitatem præcesserunt, ut Marco Varro, ne,
Cicerone, Virgilio, & aliis: quemadmodū
Lactantius Firmianus latē probat libro. 1. de
religione cap. 6. & Augu. lib. 18. de ciuitate
Dei cap. 23. Verum inter has decē, celebri-
ores habentur tres, Erythræa, Cumana, Sam-
bœtha Berosi Chaldaei filia: quarum libros,
carmina, atque sententias populus Romanus
in capitolio maxima in reuerentia habuit,
missis in exterarum nationum legatis qui dilige-
ter illos asportarent. Quæ quidem longo an-
norum curriculo ante Christum natum, tā
apertē loquuta sunt, quā sacri euāgelistæ,
de incarnatione, vita, & morte ipsius redē-
ptoris nostri, & eius resurrectione, de iudi-
cio, cæterisque mysteriis fidei catholicæ.

Porro esto verum sit, plura fidei nostræ
mysteria potuisse illas per sapientia traditi-
onem cognouisse, sed tam clara & mani-
festa de Christo loquutio, non par est cre-
dere quod illis obuenerit aliter, quā per
diuinam reuelationem, sicut pars maior do-
ctorum habet: ex quibus est August. ubi su-
pra. & Hieronymus lib. 1. contra Iouinianū,
asserit à Deo, spiritum propheti accipisse
illam in præmium virginitatis. Verba eius
sunt: quid referam Sibyllas Erythræam atque
Cumana, & octo reliquas (nam varro decem
fuisse autumat) quarum insignem virgini-
tas est, & virginitatis præmium diuinitus
hæc Hierony. & in eadem sententia est san-
ctus Tho. 2. 2. quaest. 2. art. 7. ad tertium. ¶ In
gratiam autem lectoris, atque ut illarum re-
feram prophetias. Filius Dei carnem sumet
de virgine, ex ea que nascetur: cum homi-
nibus in mundo conuersabitur: à gente in-
credula sua tradetur & flagellabitur: a lap-
is percutietur: conspuetur, & illudetur: coro-
na spinarum transfigetur: tādē in crucem
extollent: potabunt aceto & felle: velū scin-
detur medium: sol obscurabitur: morietur
in salutem generis humani: descēdet ad in-
feros: tertia die resumpto corpore resurget:
in celum ascendet: postremū in nouissimo
tempore veniet ad iudicandum iudican-
dumque viuos & mortuos: collaturus præ-
mia iustis, pœnam & supplicia impiis: &
quam plurima alia mysteria fidei nostræ, ma-
nifestissimē prædixerūt. ¶ Qui de Sibyllis,
& carminibus quæ scripserunt longiorem
desiderat sermonem, præter hos quos cita-
uimus autores, videre potest Nicanorem,
qui Alexandri res gestas scriptis mandauit:
Martialium capellam, Diodorum siculum,
Solinum, Plinium, Seruium, Alianum,
Suidam, Strabonem, Eusebium, Pau-
lum Orosium. ¶ Est autem in hoc negotio
æterna dignum memoria, quod de carmi-
nibus Erythrææ Sibyllæ ab autoribus re-
fertur, cuius meminit diuus Augustinus lo-
co allegato: videlicet quod d litera initialis cu
iusque versus, deserviebat in compositio-
nem, ita ut omnes simul acceptæ, dicerent
Iesus Christus, filius Dei, saluator: quod tam-
en intelligendum est fieri in lingua græ-
ca, in qua illa scripta: ut hoc argumento o-
stenderet, quæcunque pandebat mysteria,
de Christo redemptore nostro intelligi de-
bere, de que fide catholica ecclesiæ Roma-
næ. ¶ Quid clariù vnquam dici potuit?
Compello

*Sibyllarū
prophetia.*

*Historia
memoria di-
gna.*

*Argumentum
magis ad
uerius inf-
dels.*

Martianus.

Compello vos infideles, Iudæos, ethnicos,
quotquot demum Christi doctrinæ aduer-
samini: ut fidei nostræ integritatem & veri-
tatem accipiatis. An non satis erat, eam esse
tot prophetarum oraculis ostensam, nisi ex
vobismetipsis prophetissas daretis Sibyl-
las, quæ omnia clarissimē referrent myste-
ria fidei, in confusionem utique vestram? Et si
hoc argumentum sit ex minimis nostræ fi-
dei, ego quidem existimo lector optime,
non parui momenti esse ad conuincendos
infideles & pernicaces oppugnatores, atque
confirmandos Christianos homines si quā-
do vacillent in fide. Et hanc sententiā quā
nos in præsentia tutamur, videlicet anti-
quos philosophos multa mysteria fidei nos-
træ cognouisse, nō per lumen naturale ra-
tionis, sed per sapientia traditionem, tenet
Christianæ eloquentiæ princeps Lactantius,
Cuius ingenium miratur. Diuus Hierony.
in septem libris, quibus diuinarum institu-
tionum titulum indidit: hoc est enim illius
propositum, præsertim in calce ca. 27. lib. 4.
hæc verba annexit. Ego verò non dubito,
quin ad veritatem Trimegistus hæc aliqua
ratione peruenit: qui de Deo patre om-
nia, de filio loquutus est multa, quæ diuinis
continentur arcanis. Et per hæc quæ dixi-
mus, facile patet responsio ad philosopho-
rum testimonia adducta.

Articulus secundus.

*Vtrum sint ponenda notiones
in diuinis.*



D secundū sic
proceditur. Vi-
detur quod non
sint ponendæ
notiones in di-
uinis. Dicit
enim Dio. in 1.
capitulo de di. no. quod non est
audendum dicere aliquid de Deo,
præter ea quæ nobis ex sanctis elo-

quijs sunt expressa. Sed de notioni-
bus nulla sit mentio in eloquijs san-
ctæ scripturæ: ergo non sunt ponē-
dæ notiones in diuinis. ¶ Præterea
quicquid ponitur in diuinis, aut
pertinet ad vnitatem essentia, aut
ad trinitatē personarum: sed notio-
nes non pertinent ad vnitatē essen-
tia, nec ad trinitatē personarum:
de notionibus enim neque prædi-
cantur ea quæ sunt essentia: non
enim dicimus quod paternitas sit sa-
piens vel creet. Neque etiam ea
quæ sunt personæ. Non enim dici-
mus quod paternitas generet, &
filiatio generetur. Ergo non sunt
ponendæ notiones in diuinis.

¶ Præterea, In simplicibus non
sunt ponenda aliqua abstracta,
quæ sint principia cognoscendi:
quia cognoscuntur se ipsis. Sed
diuinæ personæ sunt simplicissi-
mæ, ergo non sunt ponendæ in di-
uinis personis notiones. ¶ Sed con-
tra est quod dicit Ioan. Dam. Dif-
ferentiam hypostaseon id est per-
sonarum in tribus proprietatibus
id est paternali, & filiali, & proces-
sionali, recognoscimus. Sunt er-
go ponendæ proprietates, & notio-
nes in diuinis. ¶ Respondeo dicen-
dum, quod Præpositiuus attendēs
simplicitatem personarum, dixit
non esse ponendas proprietates &
notiones in diuinis. Et sic ubi inue-
niantur, exponit abstractū pro con-
creto. Sicut enim consueuimus di-

*¶ Alias
per coere-
tum.*

cere rogo benignitatē tuam idest te benignum: ita cum dicitur in diuinis paternitas: intelligitur Deus pater. Sed sicut ostensum est supra, diuine simplicitati non prejudicat quod in diuinis utamur nominibus concretis & abstractis. Quia secundum quod intelligimus sic nominamus. Intellectus autem noster non potest pertinere ad ipsam simplicitatem diuinam secundum quod in se est consideranda. Et ideo secundum modum suum, diuina apprehendit & nominat, idest, secundum quod inuenitur in rebus sensibilibus à quibus cognitionem accipit. In quibus ad significandum simplices formas, nominibus abstractis utimur: ad significandum uero res subsistentes, utimur nominibus concretis. Vnde & diuina (sicut supra dictum est) ratione simplicitatis, per nomina abstracta significamus: ratione uero substantiæ & complementi per nomina concreta. Oportet autem non solum nomina essentialia in abstracto & in concreto significare (ut cum dicimus deitatem & Deum, vel sapientiam & sapientem) sed etiam personalia, ut dicamus paternitatem, & patrem. Ad quod duo precipue nos cogunt. Primo quidem hæreticorum instantia. Cum enim confiteamur patrem & filium & spiritum sanctum esse unum deum & tres personas, quaerentibus quo

sunt unus Deus, & quo sunt tres: sicut respondetur quod sunt essentia uel deitate unum, ita oportuit esse aliqua nomina abstracta quibus responderi possit personas distinguere. Et huiusmodi sunt proprietates uel notiones in abstracto significantes: ut paternitas filiatio. Et ideo essentia significatur in diuinis, ut quid: persona uero ut quis: proprietates autem ut quo. Secundo quia una persona inuenitur in diuinis referri ad duas personas scilicet persona patris ad personam filii, & personam spiritus sancti. Non autem una relatione. Quia sic sequeretur, quod etiam filius & spiritus sanctus una & eadem relatione referrentur ad patrem. Et sic cum sola relatio in diuinis multiplicet Trinitatem, sequeretur quod filius & spiritus sanctus non essent duæ persone. Neque tamen potest dici (ut Prepositiuus dicebat) quod sicut Deus uno modo se habet ad creaturas, cum tamen creaturae diuersimode se habeant ad ipsum, sic pater una relatione refertur ad filium & ad spiritum sanctum, cum tamen illi duo duabus relationibus referantur ad patrem. Quia cum ratio specifica relatiui consistat in hoc quod ad aliud se habet, necesse est dicere quod duæ relationes non sunt diuersæ secundum speciem, si ex opposito una relatio eis correspondeat. Oportet enim aliam speciem relationis esse domini & patris: secundum

dum diuersitatem filiationis & seruitutis. Omnes autem creaturae sub una specie relationis referuntur ad Deum, ut sunt creaturae ipsius. Filius autem & Spiritus Sanctus, non secundum relationes unius rationis referuntur ad patrem. Vnde non est simile. Et iterum in Deo non requiritur relatio realis ad creaturam (ut supra dictum est.) Relationes autem rationis in Deo multiplicare non est inconueniens. Sed in patre oportet esse relationem realem qua refertur ad filium & spiritum sanctum. Vnde secundum duas relationes, & filii & spiritus sancti, quibus referuntur ad patrem, oportet intelligi duas relationes in patre, quibus referatur ad filium & spiritum sanctum. Vnde cum non sit nisi una patris persona, necesse fuit seorsum significari relationes in abstracto, quae dicuntur proprietates & notiones.


¶ Ad primum ergo dicendum, quod licet de notionibus non fiat mentio in sacra scriptura, fit tamen mentio de personis, in quibus intelliguntur notiones sicut abstractum in concreto.

¶ Ad secundum dicendum: quod notiones significantur in diuinis, non ut res, sed ut rationes quaedam quibus cognoscuntur persone, licet ipsae notiones uel relationes realiter sint in Deo, ut supra dictum est. Et ideo ea quae habent ordinem

aliquem ad actum aliquem essentialem uel personalem, non possunt dici de notionibus, quia hoc repugnaret modo significandi ipsarum. Vnde non possumus dicere quod paternitas generet, uel creet, sicut sapientia uel intellectus. Essentialia uero quae non habent ordinem ad aliquem actum, sed reuoluentur ad condiciones creaturae a Deo, possunt predicari de notionibus. Possumus enim dicere quod paternitas est eterna uel immensa, uel quod cuiusque huiusmodi. Et similiter propter identitatem rei possunt substantiua personalia & essentialia predicari de notionibus. Possumus enim dicere, quod paternitas est Deus, & paternitas est pater.

¶ Ad tertium dicendum, quod licet persone sint simplices, tamen absque prejudicio simplicitatis possunt proprie rationes personarum in abstracto significari, ut dictum est.

Commentarium.



Rasens commentarium quatuor continet partes: in prima sane explicatur corporis articuli littera, & opinio Prepositiuus (seu potius error) confutatur: in secunda autem disputamus dubium quoddam, ubi Durandus sententiam refellimus: in tertia uero contra Sancti Thomae doctrinam plura argumenta proponimus, & eis satisfacimus: in quarta demum explanatur littera & materia argumenti

mentorū:& ad declarationem eorū quæ Sanctus Thom. docet ad secundum, statum documenta duo.

Prima commentarij pars.



E notionibus mentionem facit magister sentē in.1. dist. 28.29. & ante ipsum Augusti. 5. de trini. cap. 6. vbi loquens de æterno patre, ait alia notio est qua in telligitur genitor, a

lia qua ingonitus. Ad hanc ergo literam intelligendam, præmittenda sunt aliqua: in primis quid notio sit. Notio quidem, est ratio cognoscendi vnā personam, vt ab alia distinguitur: vt paternitas est notio, quando quidem est ratio & principium cognoscendi patrem, vt a filio distinguitur: cognoscimus etenim primam personam, esse se patrem & non filium, quoniam habet paternitatem, quam filius non habet. Simili modo dicendum est de filiatione, processione, & spiratione. At qui præfatam definitionem assignat Sanctus Tho. arti. sequenti: notionis nempe nomen in hac significatione latinum est, & eo vitur Augusti. vbi supra. Secundum obseruandum quippe est, de ratione notionis esse, quod sit abstractū & per nomen abstracti significetur, vt filiatione. His nimirum prælibatis dicimus, quod circa quaestionis titulum versantur duæ theologorum sententiæ: quarum prior est Præpositiui: cuius opinionem Diuus Tho. refert, & confutat articulo præsentis. Dicebat itaq; Præpositiuius, quod in Deo notiones ponendæ non sunt: & ratio (inquit) est, quia notiones sunt abstractæ, & in diuinis abstractæ ponendæ non sunt propter Dei simplicitatem. Quocirca vbicumq; reperit abstractum, exponit illud per concretum: vt in diuinis est paternitas, id est pater: sicut conuenimus dicere, rogo benignitatem tuam, id est te benignum. Aduersus sententiam istam argumentamur, Concreta potius important compositionem, quam abstractum: componitur enim concretum in creaturis ex abstracto, vt homo ex humanitate, album ex albedine, & non vice versa:

Quæstio in de finitio sit.

Secundum notabile.

Præpositiui sententia.

1. argum. aduersus Præpositiui.

sed indiuisis (vt ipse faretur) sunt concreta, siquidem exponit Dei abstracta per concreta, ergo potius sunt abstracta: ac subinde falsum est asserere in Deo abstracta non esse, propter Dei simplicitatem. Secundum argumentatur Sanctus Thom. aduersus eundem doctorem. Nos vtimus nominibus abstractis, ad significandas simplices formas: & concretis, ad significandas res subsistentes: sed in diuinis sunt formæ simplices, ipse videlicet relationes, & tres subsistentes personæ: ergo in diuinis sunt abstracta & concreta. Et hæc Præpositiui sententia aperte aduersatur Diuo Bernardo, qui sermo. D. Bernardus. ne. 80. super cantica ita ait, Si quid itaq; de Deo proprie dici possit, rectius congruentiusq; dicitur: Deus est magnitudo, bonitas, iustitia, sapientia, quam Deus est magnus bonus, iustus, aut sapiens. Vnde non immerito super, in concilio quod Papa Eugenius Remis celebravit, tam ipsi, quam ceteris episcopis peruera visa est, & omnino suspecta expositio illa in libro Gilleberti episcopi Pictaueusis, quo super verba Boetij de trinitate, sanissima quidem atq; catholica, commentabatur hoc modo. Pater est veritas, id est verus: filius est veritas, id est verus: spiritus sanctus est veritas, id est verus: & hi tres simul non tres veritates, sed vna veritas: id est, vnus verus. O obscuram peruersamq; explanationem, quam verius saniusq; per contrarium ita dixisset: pater est verus, id est veritas: filius est verus, id est veritas: spiritus sanctus est verus, id est veritas: & hi tres vnus verus, id est vna veritas. Hæc Bernardus, vbi aperte damnat, tanquam errorem, sententiam Præpositiui. Est autem secunda Augusti, sententia loco citato, & omnium ferè theologorum, quam in præsentia tuetur Sanctus Thom. affirmans, ne sententia S. Thom. necessarium esse ponere in diuinis notiones propter hæreticorum instantiam, vt scilicet nouerimus eis satisfacere, cum interrogamur ab illis: quo pater est pater: & quo filius est filius: & quo spiritus sanctus est spiritus sanctus. Et respondemus, quod pater est pater paternitate: & filius, est filius filiatione: & spiritus sanctus processione: sicut cum dicimus, quod Deus diuinitate est Deus. Probat autem Sanctus Thom. sententiam suam, & eadem probatione refellit Præpositiui placitum, cuius quidem probatio, erit tertium argumentum contra ipsum Præpositiuium. Ratio igitur Sancti Thomæ

Ratio San Thomæ

Thomæ virtute in hunc procedit modum. In persona patris sunt duæ relationes, paternitas scilicet, & spiratio, quas oportet notatas facere, & nominibus designare, nam res per nomina explicamus: sed si in Deo non essent abstractæ & notiones, eas designare non possemus: ergo necessum est in Deo ponere notiones, quibus illas designemus relationes: nempe dicendo, quod in patre sunt duæ relationes, putat paternitas, & spiratio: quas sanè exprimere commodè nequimus, duntaxat concretis vtendo, vt satis liquet. At probat sanctus Thom. maiorem, in hanc formam. Pater refertur ad filium, & spiritum sanctum, siquidem has duas personas producit: & producens refertur ad productum. Nunc procontamur, an pater referatur ad filium & spiritum sanctum, vna, aut duabus relationibus? Si das secundum, das quod volumus: nam profectò si ad filium & spiritum sanctum refertur pater per duas relationes, consequens est, quod in ipso sint illæ duæ relationes. Si autem des primam, argumentamur ad hunc modum. Pater per vnā relationem refertur ad filium & spiritum sanctum, ergo filius & spiritus sanctus eadem ratione, per vnā relationem referuntur ad patrem: quod fieri nequit. Nam cum relatio in diuinis multiplicet personas, si filius & spiritus sanctus vnica relatione referretur ad patrem, vnica duntaxat haberent relationem: atque adeo vna essent persona: quod hæreticum est affirmare. Cæterum Præpositiuius nitetur huic argumento respondere, negando hanc vltimam collectionem: & in simili assignabat defectum. Quia Deus vnica relatione dominij refertur ad omnes creaturas, & tamè creaturæ per plures referuntur ad Deum: vt notum est. Verùm istam Præpositiui calumniam diluit sanctus Thom. dicendo non esse consimile de relationibus creaturarum ad Deum, & filij ac spiritus sancti relationibus ad patrem. Quandoquidem illæ sunt eiusdem rationis & denominationis, per illas nāque omnes res à Deo conditæ referuntur ad ipsum, vt eius creaturæ: & creaturæ denominantur: quamobrem possunt omnes vni & eidem relationi dominij, quæ in Deo est, opponi & respondere. Istæ verò sunt diuersarum rationum, filiatio videlicet & spiratio, vt constat: quapropter non possunt vni & eidem relationi respondere in patre: sed ne-

Et Thom. que est 3. argumenti contra Præpositiuium.

Præpositiui fuga.

Refellit f. Th. Præpositiui calumniam.

cessum est, in eo esse duas relationes diuersarum rationum, quibus respondeant. Quod etiam probat hoc pacto. Ratio atque esse relatiui & relationis, ex Aristotel. in prædicamento ad aliud, est ad aliud se habere, videlicet ad terminum, relatiuum scilicet sibi oppositum, vel relationem sibi oppositam: ergo vna relatio tantum habet vnā relationem sibi oppositam, & non plures specie differentes. Quoniam si haberet plures sibi oppositas specie differentes, cum habeat esse & relationem in ordine ad illas, haberet etiam plures rationes, & plura esse specie differentia: quod sanè pugnat. Et hæc est Aristot. doctrina. 5. metaph. cap. de ad aliquid, tex. 20. vbi ait, quod nullum relatiuum dicitur bis, id est, idem relatiuum non habet duo relata diuersarum specierum, sibi ex opposito correspondentia. Obseruandum planè est, quod sicut concedimus, paternitatem & spirationem duas esse relationes in patre: sic etiam concedendum existimamus, de filiatione & spiratione in filio. Aduersus tamen Sanctum Thom. insurgimus, probando assertiones eius secum minimè cohærere: nam in 3. parte quaestio. 35. articulo. 5. ad vltimum affirmat, quod vni filiationi, qua aliquis filius est, contrastant duæ relationes diuersarum specierum: hoc est, paternitas in patre: & materna relatio seu maternitas (vt dicit Sanctus Tho.) in matre: & vt cernimus oppositum affirmat in præsentia. Respondemus id quidem verum esse, nempe duas relationes diuersarum specierum posse vni ex aduerso respondere, dum illarum fundamenta se habent instar vnus, & vt vnū perfectum principium, ac velut vna completa causa: quem admodum pater & mater respectu filij. Sed filius & spiritus sanctus, qui sunt fundamenta filiationis & processionis non sic se habent: quocirca eis in patre non vnā, sed plures relationes necessariò inuicem respondere debent. Summatim igitur dicimus iuxta mentem Sancti Tho. quod plures relationes eiusdem rationis, possunt respondere vni: sicut relationes omnium creaturarum eidem relationi dominij, quæ est in Deo: & etiam plures relationes diuersarum rationum, cum earum fundamenta se habent instar vnus: vt pater & mater respectu filij. Verùm hoc nequit fieri, quando eorum fundamenta non isto modo se habent: vt filius & spiritus sanctus, qui non se habent

Contra San. Th. obiectio.

Responsio.

Summa sententia D. Tho.

bent instar vnus causæ, aut principij, in ordine ad patrem. ¶ Lam verò etiam, ni fallor, Gregorius Ariminensis in. r. dist. 26. forme est in eadem Propositioni sententia: affirmat enim primùm, quod est vna relatio patris, ad filium & spiritum sanctum: rursus, quauis fateatur abstracta in diuinis, dicit tamen, ea & concreta Synonyma esse. Insuper negat, quòd propter hæreticorum instamiam, necessum sit ponere notiones: vt eis sciamus respondere. Inquit enim, quòd Hleronymus & Augustinus docent nos hæreticos sine notionibus satisfacere: interrogat inquit, quo Deus sit vnus & trinus, respondent quòd est vnus substantia, & trinus personis. Etenim Hieronymus in expositione fidei catholice ait: substantia vnum sunt, sed personis ac nominibus distinguuntur. Erit idem Augustinus in sermone de fide, & symbolo, credimus Trinitatem personis distinctam: substantia vnitam. ¶ Nimirum homo non calluit sancti doctoris mentem, qui intendit cuiusq; interrogationi, quæ circa diuina fiat, satisfacere per proprium responsonis nomen: siue interrogatio fiat de absolutis, siue de relatis. Vt si hæreticus à nobis querat, quo pater est pater, responsum ei adhibeamus, paternitate: & si percontetur quo filius est filius, ei responsum reddamus, filiatione: & similiter prorsus dicendum de spiratione ceniemus.

Gregorius
cōstat.

Secunda commentarij pars.

Dubium.



D maior tamen huius articuli explanationem, offert se, quam discutiemus, quibitatio: an quemadmodum, paternitas & spiratio actiua quæ est in patre, sunt duæ relationes (vt in præsentia docet sanctus Thomas) sic etiam realiter inter se distinguantur. Ipse quidem sanctus Th. articulo sequenti ad. 3. defendit partem negantem: & ratio est, quia paternitas & spiratio non inuicem referuntur: & in diuinis solummodò est realis distinctio per oppositionem relationum: & idè dicendù est de spiratione & filiatione. Durandus verò in primo dist. 13. quæst. 2. mordicus tenet has prædictas relationes realiter

Sententia
f. Tho. &
ratio in
uorem eius.

Durandi
sententia.

distingui, & simile asserit de generatione & spiratione in patre. ¶ At contra hominis sententiam opponimus. In Deo sunt quatuor relationes realiter distinctæ, puta paternitas, filiatio, processio, & spiratio (vt ipse fatetur) ergo in Deo sunt quatuor res, & rerum quaternitas, quod est hæreticum: & oppositum definitur in cap. Damnamus, de summa Trinit. & fide catholi. Huic argumèto confingit Durandus, concilij decretum, quòd damnamus quaternitatem personarum & rerum, sed non relationum. ¶ Verùm obijciunt. Qui asseuerat in Deo quatuor relationes realiter distinctas, concedere eum habet quatuor res in diuinis: quod aperte ostendimus. Paternitas, filiatio, atque processio sunt tres res, quia realiter distinguuntur: sed paternitas, filiatio, processio, & spiratio realiter distinguuntur, iuxta sententiam ipsius: igitur sunt quatuor res: & rerum quaternitas in diuinis. Videtur planè respondere Durandus, quòd concilium negat quaternitatem rerum & personarum inter ipsas personas & essentiam ita quòd persone & essentia non sunt quatuor personæ, nec quatuor res: veruntamen ipsas quatuor relationes quatuor esse res. Sanè responso hæc longè aliena est à veritate (iudicio meo) & doctrinæ catholice dissona: quoniam vt licebit videre in decretali allegata, simpliciter & absolute negatur quaternitas in diuinis. De cretalis verba sunt. Nos autem, sacro approbante concilio, credimus & confitemur cù Petro, quòd vna quædam summa res est incomprehensibilis quidem & ineffabilis, quæ veraciter est pater, & filius, & spiritus sanctus, tres simul personæ, ac sigillarim quælibet earundem: & ideo in Deo solummodo Trinitas est, & non quaternitas. Quia quælibet trium personarum est illa res, videlicet substantia, essentia, seu natura diuina, quæ sola est vniuersorum principium: præter quod aliud inueniri non potest. Et illa res non est generans, nec genita, nec procedens. Hæc concilium Lateranense, nõ sub Alexandro tertio, sed sub Innocentio tertio cap. 2. Damnamus. ¶ Ad cuius maiorem claritatem notandum est, vt recenset eo loco concilium, quòd Petrus Lombardus magister tentent, affirmat in. r. sentent. distinct. 5. diuinam essentiam esse summam rem, quæ est pater, filius, & spiritus sanctus: & quòd illa non est generans, nec genita, nec procedens. Quæ quidem magistri sententia catholica est. Contra

Argumè
tum contra
Durandum.

Durandus
suggerit.

Obiectio
circa Du
randum.

Alia Du
randus respo
dit.

Cōstat
Durandus.

Annua
tio.

tra quem Abbas Ioachimus argumentatur, appellans ipsum hæreticum & insanum: & ex præfatis magistris verbis contendebat probare in Deo esse quaternitatem, sic concludens syllogismo. In deo sunt pater, & filius, & spiritus sanctus: & ultra has tres personas, est alia summa res, quæ non est generans, nec genita, nec procedens: ergo est quarta res: & ex cõsequenti quaternitas in diuinis. Quo argumento suus Abbas Ioachimus, vehementer asseuerabat nullam rem esse patrem, filium, & spiritum sanctum: sed has tres personas esse vnã rem per aggregationem, sicut populum. Concilium verò istam Abbatis Ioachimi sententiam damnat, tanquam hæreticam: atq; alteram Petri Lombardi velut catholicam decernit atq; definit. Et in defensionem eius, respondet negando collectionem Abbatis Ioachimi: negationisq; in verbis adductis causam assignat: quoniam illa summa res quam ponit magister sententiarum, non est res. ipsa distincta à patre, filio, & spiritu sancto: sed est natura diuina, communis illis tribus: ac perinde non est quarta res, nec quaternitas in diuinis. ¶ Et ita è opponimus contra Durandum, præmissis quòd in diuinis, concretum & abstractum duntaxat ratione distincta sunt, secundum diuersos modos concipiendi: vt Deus & diuinitas: pater & paternitas. Et de quocunq; affirmatur vel negatur vnũ, affirmatur vel negatur aliud in sensu, quidè identico, nam in sensu formali id verum non est. Si quidem hæc est vera, essentia nõ est generans: & hæc falsa, essentia non est generatio: quòd in sequentibus magis manifestum fiet. Id nimirum volumus, quòd si aliquid non est pater, non est paternitas: & si non est spiratio, non est spirans: & sic de reliquis. Nunc percontamur, an spiratio realiter distinguatur à patre: vel sit idem cù patre. Quòd si primum concedas, colligimus in hunc modum: Pater non est spiratio: nõ vt das, ipsa realiter distinguatur à patre: ergo non est spirans: quod est hæreticum, vt deinceps ostendemus. Collectio quidem liquet ex suppositione. Si autem respondeas, vt patet, spirationem esse idem cum patre: sic texamus argumentum. Spiratio est idem cum patre: at pater, est ipsa paternitas per se existens, & solum distinguuntur (ex suppositione) secundum alium atq; alium concipiendi modum: ergo spiratio est ipsa paternitas: proindeq; ab ea realiter non distin-

2. argumè
contra Du
randum.

guitur. Fortassis negaret Durandus confectionem hanc proximam, assignaretq; in simili defectum. Spiratio est idem cum essentia diuina, & essentia diuina est processio: & tamen spiratio nõ est processio. Profectò simile non est, quoniam essentia diuina & processio, non comparantur inter se vt concretum & abstractum: quemadmodum paternitas & pater.

Durandi
responso.

Diluitur

Tertia commentarij pars.



Missã igitur Durandi opinionem, ne dicam errorem, censeo sancti Thomæ sententiam catholicam. Quam plurima argumenta parui momenti argumenta congerit Durandus loco citato, aduersus hanc diuini Thomæ doctrinam: quæ ibidem licebit legere. Nos verò alia fortassis grauiora adducemus, sitq; eorum primum: præmissis quòd ingenuè fateatur sanctus Thomæ scilicet spirationem esse idem cum paternitate, & filiatione, eisq; communem: & texamus in hunc modum argumentum. ¶ Hæc spiratio est paternitas, & hæc spiratio est filiatio: ergo paternitas est filiatio. Consequentia est bona, quandoquidem est syllogismus expositorius: consequens autem hæreticum est, ergo & antecedens: quod & sanctus Thomas concedit. Respondemus illum syllogismum nullum esse, quia virtute procedit medio nõ distributo: sicut hic syllogismus. Hæc essentia est paternitas, & hæc essentia est filiatio, ergo paternitas est filiatio: nõ sicut diuina essentia communis est paternitati, filiationi, & processioni, ita quoq; spiratio, paternitati & filiationi: & quemadmodum essentia, etiam cum additamento singulari, scilicet hæc essentia, est communis illis tribus relationibus: sic pariter hæc spiratio, est communis paternitati & filiationi. ¶ Secundò, paternitas, & spiratio differunt specie, ergo numero: ac perinde realiter. Negamus assumptum: quia cùm Deus non ponatur in genere, nulla in eo est species, neq; speciei differentia. Insuper negamus collectionem: quia album & dulce specie differunt, & non numero: sed sunt idem re & numero in lacte. De rebus

Durandi
reprobatio
sententia
Thomæ ap
probatur.

Primar
gumentum
contra San
thomæ.

Solutio

2. argumè
Responso.

rebus autem quae in praedicamento substantia ponuntur, libenter fatemur omnia quae differunt specie differre numero: Tertio, percontamur, an paternitas & spiratio differant re, vel tantum ratione. Si primum, igitur realiter distinguuntur: si autem secundum, colligamus isto modo. Paternitas & spiratio, tantum ratione distinguuntur: sed rationis distinctio non facit numerum rerum (natura namque animalis in Sorte, & haec differentia rationalis, & hominis natura ratione distinguuntur, & sunt una res, hoc est Sortes ipse: ut palam elicitur ex Aristo. 7. metaph. tex. 47. Jergo spiratio & paternitas non sunt duae relationes, sed una. Dicimus sane, distinctionem rationis solam, non facere numerum rerum: sed nihilominus facere numerum relationum. Quod plane ostendimus, quoniam si Sortes est albus, per eandem albedinem ille est similis corporibus albis, & dissimilis nigris: atque similitudo & dissimilitudo sunt unum in genere rei, puta albedo, & duntaxat ratione distinguuntur, verum sunt plura in genere rationis, quia per eas albedo ad plura refertur.

Solutio.

4. argum.

Responsio.

Quod plane ostendimus, quoniam si Sortes est albus, per eandem albedinem ille est similis corporibus albis, & dissimilis nigris: atque similitudo & dissimilitudo sunt unum in genere rei, puta albedo, & duntaxat ratione distinguuntur, verum sunt plura in genere rationis, quia per eas albedo ad plura refertur.

Quod plane ostendimus, quoniam si Sortes est albus, per eandem albedinem ille est similis corporibus albis, & dissimilis nigris: atque similitudo & dissimilitudo sunt unum in genere rei, puta albedo, & duntaxat ratione distinguuntur, verum sunt plura in genere rationis, quia per eas albedo ad plura refertur.

Paternitas est spiratio: quae tamen negat Sanctus Thom. articulo sequenti ad 3. Ad hanc difficultatem dicimus, praedicationem hanc, paternitas est spiratio, veram esse in sensu idemico (ut dialecticorum terminis utamur) eam tamen falsam in sensu formali. Sensus namque eius est, quod relatio paternitatis est relatio spirationis: & per illas, fundamentum illarum, quod est, pater, refertur ad eundem terminum. Quod falsum esse constat: quia per illas, pater refertur ad duas distinctas personas: nempe filium, & spiritum sanctum. Et praefata propositio ex vi sermonis sensum formalem facit: eod quod illa nomina abstracta inuenta sunt a theologis, ad loquutiones formales contra haereticos. Quod diximus de paternitate & spiratione, dicendum etiam de consuetudine de filiatione & spiratione.

Quidam Thomista in commentariis primae partis Sancti Thomae. Et in expositione huius articuli, tucetur quod iuxta Sancti Thomae doctrinam, paternitas & spiratio, ut relationes, distinguuntur realiter: sed non ut res. Veruntamen opinio ista nobis non probatur, quinimo censemus eam pugnare cum sancti Thomae disciplina: quod ostendimus. Paternitas & spiratio, quate-

nus relationes, non sunt oppositae: ergo non distinguuntur realiter quatenus relationes. Antecedens notum est, & eod sequentia liquet ex principio S. Thomae: quod sepius repetit: videlicet in diuinis nihil est realiter distinctio inter ea, inter quae est relatio oppositio. Quod si respondeat negando conueniamus quia filiatione & processio non sunt oppositae, & realiter distinguuntur: processio non est par ratio; nam istae distinguuntur, quia sunt in diuersis personis, & non in eadem: at istae sunt in eadem persona. Vel istae distinguuntur, quia processio originem ducit a filiatione, ut spiritus sanctus a filio, & in seculis suis explerebitur: spiratio non originem ducit a paternitate, sicut neque spirator ab ipso patre: quoniam spiritus est duae personae, pater scilicet & filius; quae ambae simul non sunt a patre. Item nihil horum opinio pugnantia loquitur: quod aperte, in dicto meo, ostendi potest. Quia vel paternitas & spiratio, quae relationes, sunt diuersae res, quarum una non est alia, vel una res. Si duas primum, ergo quatenus res realiter distinguuntur: si secundum, ergo quatenus relationes, non distinguuntur secundum rem, nec realiter. Si respondeat, hanc vltimam collectionem in doctrina sancti Thomae non tenere: quoniam natura & suppositum, secundum eundem Sanctum Thomae, quae 3. articulo 3. realiter distinguuntur, & tamen una res: proculdubio non est simile, nam ibi est sermo de distinctione reali, quae est idem formali: aut rationis, quae habet fundamentum in re: diuersus autem Thomae in praesenti loquitur de perfecta distinctione reali, quae est inter vnam & aliam rem: & processio satis aperte docet Sanctus Thomae, oppositum huius opinionis articulo sequenti ad tertium.

Responsio

Dicitur.

2. argum.

1. Doctrina

In responsione ad primum.

Quarta commentarij pars.



N responsione ad primum docet, quod de notionibus non fit mentio in sacra scriptura: sit tamen de personis, in quibus intelliguntur notionibus, sicut abstracta in concretis.

Secundum sancti Thomae argumentum.

rum & eius responsio sunt quam maxime annotatione digna, quod quidem argumentum sic procedit. Quicquid ponitur in diuinis aut pertinet ad vnitatem essentiae, aut ad trinitatem personarum: sed notiones non pertinent ad hanc, neque ad illam: ergo in diuinis notiones ponendae non sunt. Minor est autem probat: quia de notionibus neque praedicantur ea quae ad essentiam, neque quae ad personas attinet. Vtraque enim istarum falsa est. Paternitas creat: paternitas generat: & sic de alijs notionibus. Hoc argumentum inquit difficultatem hanc, quae scilicet diuina praedicata dicantur de notionibus, & reliquis abstractis quae reperiuntur in Deo, & quae non dicantur de eis, in praedicatione nempe formali: nam identice, omnia diuina, inter quae non est relatio oppositio de se inuicem praedicantur. Praemissa igitur diuisione, virtute duo constituit documenta, per quae docet nos veritatem, aut falsitatem propositionum, in quibus de notionibus praedicata diuina enuntiantur. At qui diuisio est. Diuina praedicata sunt duplicis generis, quaedam significant actionem, vel pertinentem ad essentiam, ut creat: vel ad personam, ut generat: alia vero nullam actionem significant, ut pater, Deus, essentia, aternitas, & reliqua. Sit itaque primum documentum, aut regula: Diuina praedicata, quae actionem significant, non dicuntur de notionibus. Ita ut istae sint falsae. Paternitas creat. Paternitas generat: & alia id genus. Hoc documentum summum probat, quia actiones sunt suppositorum, aut rerum subsistentium: & notiones non significantur ut res subsistentes, sed potius ut earum rationes, & formae. Quapropter actiones non congruunt notionibus, quinimo eis repugnat ex modo significandi ipsarum. Huc facit sancti Thomae doctrina quae 40. articulo 1. ad tertium. Hanc regulam extendit Caietanus ad omnia abstracta, cum sanctus Thome duntaxat loquatur de abstractis notionibus & forsitan est alia ratio de abstractis in genere, & de abstractis in specie, quae sunt notiones. Sed ne videamur subterfugere difficultatem, extendamus nos etiam documentum praefatum, ad omnia abstracta attributa essentiae diuinae. Contra regulam igitur argumentamur, quoniam istae propositiones sunt verae. Sapietia disponit omnia sua iuter: Sap. 8. Iustitia reddit vnicuique quod

Diuisio

1. Doctrina

Argumentum

suum est. Paternitas refert patrem ad filium. Intellectus intelligit, voluntas vult. Misericordia Dei condonat peccata infinita. Dei omnipotentia creat. In quibus praedicata diuina, quae significant actionem, de abstractis dicuntur: ergo falsum est documentum. Respondemus, praefatum documentum pati limitationem, cum abstractum dicit ordinem ad eandem actionem, quam significat praedicatum: ut in hac. Iustitia reddit vnicuique, quod suum est: & reliquis propositionibus quae in argumento sumuntur. Et ratio est, quia tunc actiones congruunt abstractis propter peculiaritatem assignatam causam. Et ex consilio diximus, cum abstractum dicit ordinem ad eandem actionem, quam significat praedicatum: quoniam si dicit ordinem ad aliam actionem, non redditur vera propositio. Ut, intellectus vult: voluntas intelligit: potentia intelligit: quae in sensu formali falsa profecto sunt. At vero de essentia diuina, seu deitate, aut natura diuina, omnia praedicata quae important actionem, & dicuntur de reliquis omnibus abstractis attributorum, verum enuntiantur: quia intrinsecus & immediatè continent illam. Ceterum existit in hoc loco dubitatio, an haec sit vera. Paternitas est sapiens. Ea initio ostendimus eam esse veram, quia sua opposita est falsa. Paternitas non est sapiens. Quod in hunc modum demonstramus. Paternitas non est sapiens, & paternitas est in Deo, ergo aliquid quod est in Deo, non est sapiens. Collectio bona est, consequens est haereticum, ergo & antecedens. Sed in oppositum, pura praefata propositio non falsam esse, probatur ex documento nuper adducto, & quoniam id aperte asserit Diuus Thomae in argumento secundo. Non enim (inquit) dicimus quod paternitas sit sapiens. Admonemus in praesentia lectorem, ut huiusmodi loquutionibus caute nimis utatur, ne scandalum simplicibus praebat. Cum enim de Deo loquimur, caute & maxima cum reuerentia nobis loquendum est, media procedentes via: ne aut ex verbis inordinate prolatis in errore incidamus: aut barbaras admittamus loquutiones: ut moris est apud recentiores. Porro D. Thomae negat istam propositionem, Paternitas est sapiens: in sensu formali: in hoc scilicet, id est, sapere formaliter tribuitur paternitati. Et oppositum, paternitas non est sapiens, concedit in isto: hoc est, sapere formaliter non tribuitur paternitati.

Responsio

Dubitatio

Admone

Responsio

Articulus tertius.

Verum sunt quinque notiones.



D tertium sic proceditur. Videtur quod non sint quinque notiones. Proprie enim notiones personarum sunt relationes quibus distinguuntur. Sed relationes in diuinis non sunt nisi quatuor: ut supra dictum est. Ergo & notiones sunt tantum quatuor. ¶ Præterea. Propter hoc quod in diuinis est vna essentia dicitur Deus vnus, propter hoc autem quod sunt tres personæ dicitur Deus trinus. Si ergo in diuinis sunt quinque notiones: diceretur quinus. Quod est inconueniens. ¶ Præterea. Si tribus personis existentibus in diuinis sunt quinque notiones, oportet quod in aliqua personarum sint aliquæ notiones duæ vel plures: sicut in persona patris ponitur innascibilitas, & paternitas, & communis spiratio. Aut igitur istæ tres notiones differunt re, aut nõ. Si differunt re, sequitur quod persona patris sit composita ex pluribus rebus. Si autem differunt ratione tantum, sequitur quod vna eorum possit de alia prædicari: ut dicamus quod sicut bonitas diuina est eius sapientia propter indifferentiam rei, ita communis spiratio sit pater-

nitatis. Quod non conceditur. Igitur non sunt quinque notiones. ¶ Sed contra videtur quod sint plures. Quia sicut pater à nullo est, & secundum hoc accipitur notio quæ dicitur innascibilitas, ita à spiritu sancto non est alia persona: Et secundum hoc oportebit accipere sex notiones. ¶ Præterea, Sicut patri & filio commune est quod ab eis procedat spiritus sanctus, ita commune est filio & spiritui sancto quod procedat à patre. Ergo sicut vna notio ponitur communis patri & filio: ita debet poni vna notio communis filio & spiritui sancto. ¶ Respondeo dicendum, quod notio dicitur id quod est propria ratio cognoscendi diuinam personam. Diuinæ autem personæ multiplicantur secundum originem. Ad originem autem pertinet à quo alius, & qui ab alio. Et secundum hos duos modos potest innotescere persona: Igitur persona patris non potest innotescere per hoc quod sit ab alio, sed per hoc quod à nullo est. Et sic ex hac parte eius notio est innascibilitas. Sed in quantum aliquis est ab eo, innotescit dupliciter. Quia in quantum filius est ab eo, innotescit notione paternitatis. In quantum autem spiritus sanctus est ab eo, innotescit notione communis spirationis. Filius autem potest innotescere per hoc quod est ab alio nascendo. Et sic innotescit per filiationem. Et per hoc quod

est alius ab eo, scilicet spiritus sanctus. Et per hoc innotescit eodem modo sicut & pater, scilicet communi spiratione: spiritus sanctus autem innotescere potest per hoc quod est ab alio, vel ab alijs & sic innotescit processione. Non autem per hoc quod alius sit ab eo, quia nulla diuina persona procedit ab eo. Sunt igitur quinque notiones in diuinis, scilicet innascibilitas, paternitas, filiatio, communis spiratio, & processio. Harum autem tantum quatuor sunt relationes. Nam innascibilitas non est relatio nisi per reductionem, ut infra dicitur. Quatuor autem tantum proprietates sunt. Nam communis spiratio non est proprietas: quia conuenit duabus personis. Tres autem sunt notiones personales id est constituentes personas, scilicet paternitas, filiatio, & processio. Nam communis spiratio, & innascibilitas dicuntur notiones personarum, non autem personales, ut infra magis patebit.

tati: siquidem ea formaliter non est sapiens sed refert patrem ad filium. ¶ Et quod ista propositio, paternitas est sapiens, ex vi terminis, falsa quidem sit, ostendimus: quia propter modum significandi, abstracti & prædicati significantis actionem, facit hunc sensum: id est paternitas, qua paternitas, est sapiens: & eadem Deus est sapiens. Quod plane verum non est: quoniam paternitas, qua paternitas est, solum refert patrem ad filium: & Deus suam infinitam sapientiam formaliter sapiens est, & non paternitate. ¶ Et eodem modo probabitur hanc esse falsam, æternitas creat, iuxta prædictum documentum: quia sensus eius est. Æternitas, ut æternitas, creat: & ei creatio formaliter tribuitur: quod est manifestè falsum, sed infinitæ Dei omnipotentis.

¶ Et denum omnes huiusmodi propositiones sunt iudicandæ, de veritate, aut falsitate in sensu formalis: ac si attributa diuina re ipsa distinguerentur ab essentia, & inter sese, & relationes à suis fundamentis. At si paternitas diuina re distingueretur ab essentia & patre, ut in humanis, hæc esset falsa: Paternitas generat: Paternitas creat: Paternitas est sapiens: ergo modò falsa est: & sic de reliquis. Nec aliqua esse idem re, sufficit ad veritatem propositionum in sensu formalis: alioqui istæ essent veræ, substantia est quantitas, relatio, & actio, ac motus: siquidem omnia hæc sunt idem cum substantia.

¶ Secundum documentum sit. Propositiones, in quibus prædicata, quæ nullam significant actionem, dicuntur de notionibus & reliquis abstractis, veræ sunt: ut paternitas est pater, est Deus, est essentia, est æternitas vel immanens. Quoniam (ut innuit sanctus Th.) identicè sunt veræ: & in illis prædicatum non facit sensum formalem, ut in reliquis. Quod intelligendum venit, cum subiectum & prædicatum non distinguuntur realiter: quia hæc falsa est. Paternitas est filius &c.

¶ Verum aduersus id quod diximus, videlicet patrem vel paternitatem non significare actionem, neque ad eam ordinem dicere: obijcimus, quia videntur importare ordinem ad generationem. Respondemus, paternitatem & patrem consequi generationem: verum non dicunt nisi relationem. Ut autem hæc plenius intelligas, vide articulum 6. quæst. 39. ubi ponuntur aliquot regulæ.

¶ Et denum omnes huiusmodi propositiones sunt iudicandæ, de veritate, aut falsitate in sensu formalis: ac si attributa diuina re ipsa distinguerentur ab essentia, & inter sese, & relationes à suis fundamentis. At si paternitas diuina re distingueretur ab essentia & patre, ut in humanis, hæc esset falsa: Paternitas generat: Paternitas creat: Paternitas est sapiens: ergo modò falsa est: & sic de reliquis. Nec aliqua esse idem re, sufficit ad veritatem propositionum in sensu formalis: alioqui istæ essent veræ, substantia est quantitas, relatio, & actio, ac motus: siquidem omnia hæc sunt idem cum substantia.

nit is. Quod non conceditur. Igitur non sunt quinque notiones.

¶ Sed contra videtur quod sint plures. Quia sicut pater à nullo est, & secundum hoc accipitur notio quæ dicitur innascibilitas, ita à spiritu sancto non est alia persona: Et secundum hoc oportebit accipere sex notiones. ¶ Præterea, Sicut patri & filio commune est quod ab eis procedat spiritus sanctus, ita commune est filio & spiritui sancto quod procedat à patre. Ergo sicut vna notio ponitur communis patri & filio: ita debet poni vna notio communis filio & spiritui sancto.

¶ Respondeo dicendum, quod notio dicitur id quod est propria ratio cognoscendi diuinam personam. Diuinæ autem personæ multiplicantur secundum originem. Ad originem autem pertinet à quo alius, & qui ab alio. Et secundum hos duos modos potest innotescere persona: Igitur persona patris non potest innotescere per hoc quod sit ab alio, sed per hoc quod à nullo est. Et sic ex hac parte eius notio est innascibilitas. Sed in quantum aliquis est ab eo, innotescit dupliciter.

¶ Quia in quantum filius est ab eo, innotescit notione paternitatis. In quantum autem spiritus sanctus est ab eo, innotescit notione communis spirationis. Filius autem potest innotescere per hoc quod est ab alio nascendo. Et sic innotescit per filiationem. Et per hoc quod

est alius ab eo, scilicet spiritus sanctus. Et per hoc innotescit eodem modo sicut & pater, scilicet communi spiratione: spiritus sanctus autem innotescere potest per hoc quod est ab alio, vel ab alijs & sic innotescit processione. Non autem per hoc quod alius sit ab eo, quia nulla diuina persona procedit ab eo. Sunt igitur quinque notiones in diuinis, scilicet innascibilitas, paternitas, filiatio, communis spiratio, & processio. Harum autem tantum quatuor sunt relationes. Nam innascibilitas non est relatio nisi per reductionem, ut infra dicitur. Quatuor autem tantum proprietates sunt. Nam communis spiratio non est proprietas: quia conuenit duabus personis. Tres autem sunt notiones personales id est constituentes personas, scilicet paternitas, filiatio, & processio. Nam communis spiratio, & innascibilitas dicuntur notiones personarum, non autem personales, ut infra magis patebit.

¶ Ad primū ergo dicendum, quod præter quatuor relationes, oportet ponere aliam notionem, ut dictum est.

¶ Ad secundum dicendum, quod essentia in diuinis significatur ut res quædam, similiter personæ significantur ut res quædam. Sed notiones significantur, ut rationes notificantes personas. Et ideo licet dicatur vnus Deus propter vnitatem essentie, & trinus propter trinitatem personarum, non tamē dicitur qui

nus propter quinque notiones.

Ad tertium dicendum, quod cum sola oppositio relatiua faciat pluralitatem realem indiuisis: plures proprietates vnius personae cum non opponantur ad inuicem relatiue, non differunt realiter. Nec tamen de se inuicem praedicantur: quia si significantur ut diuersae rationes personarum. Sicut etiam non dicimus quod attributum potentiae sit attributum scientiae, licet dicamus quod scientia sit potentia.

Ad quartum dicendum, quod cum persona importet dignitatem (ut supra dictum est) non potest accipi notio aliqua spiritus sancti, ex hoc quod nulla persona est ab ipso. Hoc enim non pertinet ad dignitatem ipsius, sicut pertinet ad auctoritatem patris quod sit a nullo.

Ad quintum dicendum, quod filius & spiritus sanctus non conueniunt in vno speciali modo existendi a patre, sicut pater & filius conueniunt in vno speciali modo producendi spiritum sanctum. Id autem quod est principium innotescendi, oportet esse aliquid speciale. Et ideo non esse simile.

Commentarium.



Prima suppositio.

Thomas praemisit duabus suppositionibus, satisfaciens questioni per duas conclusiones. In primis supponit definitionem notionis a nobis assignatam articulo precedenti videlicet, notio est ratio cognoscenda

diuina diuinam personam, ut ab alia distinguitur. Secundum praemittit, quod diuinae personae multiplicentur per originem, atque per eam sunt plures & distinctae personae: quamobrem vna personam diuinam distinguat ab alia duobus modis possumus dignoscere: vel quoniam producit aliam, vel producit ab alia. Nequit enim eadem persona esse producens & producta respectu sui metipsius: alioqui idem produceret se ipsum, quod sane pugnat. Ex quo inferit S. Thomas posse nos cognoscere personam patris esse distinctam a persona filii, & vice versa: quoniam pater generat filium, & filius generatur a patre. Et rursus patrem & filium esse distinctas personas ab spiritu sancto, scire possumus, & e contrario: quia producit spiritum sanctum, & spiritus sanctus ab eis producit. Personam autem patris distinguat ab alia, nobis innotescere non potest (inquit sanctus Thomas) sed sit ab alio (quando quidem est principium non de principio) sed eo quod a nullo est. His praemisit, constituitur duas conclusiones, quarum prior est: Quinque sunt notiones; nempe innaescibilitas paternitas, spiratio, filiationis, processio. Hanc conclusionem virtute probat. Notio est ratio & principium cognoscendi vnam personam, ut ab alia distinguitur: sed per quinque rationes & principia, possumus cognoscere vnam personam diuinam ab alia distingui: ergo sunt quinque notiones. Oportet autem minorem etiam patrem cognoscere possumus, ut distinguitur a filio, & spiritu sancto: quia in eo reperitur haec proprietates, scilicet esse principium, quod non est ab alio principio: & ea non reperitur in filio, neque in spiritu sancto: quae quidem proprietates appellatur ab Hilario. 4. lib. de trinitate. pro de finem, & a sancto. Thomas, & reliquis scholasticis, innaescibilitas: ergo ea est notio. Insuper, patrem intelligimus esse aliam personam a filio & spiritu sancto, quia habet paternitatem, quam filius & spiritus sanctus non habent: igitur paternitas est secunda notio. Praeterea, patrem & filium non esse spiritus sancti personam, perpendimus quoniam spirat ipsum: & in eis est communis spiratio, quae non est in spiritu sancto: ac proinde spiratio est tertia notio. Rursum constare, nobis potest, filium distinguat a patre & spiritu sancto, quando in illo inuenitur filiationis, & non in patre, neque in spiritu sancto: & ex consequenti est quarta notio. Tandem con-

pertum erit personam spiritus sancti esse aliam a personis patris & filii, quia in his non est processio, est autem in illa: ac perinde est quinta notio. Secunda conclusio. Itarum quinque notionum, tantum quatuor sunt relationes: nam innaescibilitas non est relatio, nisi per reductionem, ut infra dicitur: & solum sunt quatuor proprietates: quadoquidem communis spiratio non est proprietas conuenit enim duabus personis: & tantum modum sunt tres notiones constituentes personam, hoc est paternitas, filiationis, & processio: communis namque spiratio, & innaescibilitas non constituit personam, ut inferius patebit. Pro maiori vero explicatione huius conclusionis, obseruandum est iuxta S. Thomae in primo distinctio. 26. quae. 2. ar. 3. haec tria nomina, notio, proprietates, relatio, longe inter se distat, esto interdum pro eodem accipiantur: ut pro paternitate, filiatione, & processione. Quoniam res aliqua dicitur relatio, quatenus per eam aliquid ad aliud refertur: proprietates, ut tribuitur diuinae vni personae: notio autem, quatenus est principium cognoscendi vnam personam, ut ab alia distinguitur. Atque dubium in praesentia se offert non parui momenti, an videlicet sint plures notiones, quam quinque, Diuus Thomas defendit non esse plures, ut claret in argumentis & responsione ad ea, quae tum videlicet & quintum. Ceterum aduersus assertionem hanc insurgimus argumentis eiusdem: Initio, sicut pater non est ab alio, ita quoque ab spiritu sancto non est alia diuina persona: sed propter primum ponitur notio innaescibilitatis in patre: ergo propter secundum, eadem ratione debet constitui alia sexta notio in spiritu sancto. Hoc est quartum D. Thomae argumentum. Plures nimirum solent assignari solutiones huius argumenti: quarum nimirum nulla nobis satisfaciunt. Iuniores autem tunc, innaescibilitatem non esse puram negationem, sed eam annexam esse affirmationem: ita ut innaescibilitas, sit ratio qua pater est principium non de principio. Et respondendo praefato argumento negando consequentiam, atque dicit non esse similem rationem de innaescibilitate, & illa negatione quae in spiritu sancto intelligitur: quia de ratione notionis est, quod sit affirmatio vel eam includat, & innaescibilitas continet in se affirmationem, non autem illa negatio quae in spiritu sancto intelligitur. Afirmant etiam, solutionem hanc

esse secundum sancti doctoris mentem hic ad quartum. Ceterum obijcimus primum: quia dum in corpore articuli sermonem facit de innaescibilitate, tantum modo videtur verbis, quae negationem important: nam verba eius sunt. Igitur persona patris non potest innotescere per hoc quod sit ab alio, sed per hoc quod a nullo est: & sic ex hac parte eius notio est innaescibilitas. Quasi dicat ex sola hac negatione. Et palam Sanctus Thomas, asserit innaescibilitatem esse negationem, inferens quae. 33. arti. 4. ad primum, ubi refellit istorum opinionem, & in primo distinctio. 28. quae. 1. ar. 1. ad primum. An autem sit pura negatio, vel quoddam genus priuationis docet sanctus Thomas infra loco citato ad secundum. Item quod illa solutio argumenti non satisfaciatur, euidenter ostendimus: nam sicut hi fingunt affirmationem annexam innaescibilitati, cum aiunt, quod innaescibilitas est ratio qua pater intelligitur principium non de principio: ita quiuis potest confingere affirmationem coniunctam illi negationi, quae intelligitur in spiritu sancto, affirmans quod est sexta spiritus sancti notio, qua dicitur tertia persona, a qua non est alia diuina persona. Profecto si omnia verba diui Thomae, expendantur, cum de re haec loquitur, potius videtur declinare in hanc sententiam, ut innaescibilitas nulla formaliter inuoluat affirmationem: & hoc sentit de ingenito, quod coequetum innaescibilitatis est: de quo tractat quae. sequenti arti. 4. praesertim ad secundum. Haec igitur sancti Thomae praemissa sententia, quae etiam est Augustini, qui loquens de ingenito, de trinitate cap. 6. inquit. Cum vero ingenitus dicitur, non quid sit, sed quid non sit, ostenditur. Oportet satisfacere argumento proposito, cui respondet ipse sanctus Thomas ad quartum non esse patrem rationem de negatione, quae ab spiritu sancto nulla est diuina persona. Nam de ratione notionis est, quod pertinet ad dignitatem: & negatione a nullo esse, pertinet ad eius dignitatem. verum nullam diuinam personam esse ab spiritu sancto, ad ipsius dignitatem non attinet: quia etiam ista negatio in creatura reperitur, scilicet quod ab ea persona diuina non procedit. Sed contra hanc solutionem obijcimus: notio est principium & ratio cognoscendi, ut liquet ex definitione eiusdem assignata: at negatio & priuatio non potest

esse cognoscendi principium, quia ipsa cognoscitur per affirmationem vel habitum, vt docet Arist. i. posteriorū tex. 40. in fine: ergo negatio aut priua. 10 notio esse nequit: atq; adeo vel innascibilitas nō est negatio, aut si est negatio, notio nō est. ¶ Huic obiectioni respondet san. Th. illo articulo quarto allegato ad primum, quod prima & simplicia per negationes innoscunt: vt punctū est, cuius pars non est. Quo fit, vt esto negatio secundum se & plurimum nequeat esse innoscendi ratio & principium, in primis tamen & simplicibus habet hoc peculiare sibi: vt in patre aeterno, qui est primū & simplicissimum principium. ¶ Quo autem ista clariora reddantur, obseruandum erit, quod principium primum illud est, ad quo alia procedunt, & ipsum à nullo: & ex consequenti duo sunt de ratione primi principij, quæ primū principium est, relatio scilicet ad alia quæ ab ipso dimanant: & negatio qua intelligitur à nullo esse. Nec mireris, negationem esse de ratione alicuius quod ipsam includit in sua definitione: vt primum principium, vt huiusmodi, & non habere visum est de ratione cæci. Et quoniam omne cognoscitur per id quod est de ratione eius, fit vt negatio illa sit ratio cognoscendi primum principium, vt tale est: quo circa pater quatenus primum principium, cognoscitur per illam negationem, qua à nullo est, & nomine innascibilitatis intelligimus: ac perinde tres sunt notiones quæ ad patrem spectant, quibus nobis sit notus: puta paternitas, spiratio, & innascibilitas. ¶ Tandem posset quis opponere, quod si innascibilitas est pura negatio, à nullo scilicet esse, conueniet quidem Chimæra, quæ à nullo est: igitur non est patri propria, nec spectat ad eius dignitatem. Inferius loco allegato quæst. 33. arti. 4. huic satisfaciemus argumento. ¶ Secundū opponimus aduersus eandem. D. Thom. assertionem. Sicut cognoscimus, patrem & filium distingui ab spiritu sancto quia producant ipsum: ita possumus cognoscere, filium & spiritum sanctum distingui à patre, quoniam producantur ab eo: sed propter primum: ponitur vna notio in patre & filio, puta communis spiratio: ergo propter secundum consimili ratione debet poni sexta notio in filio & spiritu sancto. ¶ Hoc est quantum diui Thomæ argumentum, cui respondet negando collectionem cuius: causam assignat: quoniam notio de-

Responsio.

Annosatio.

Obiectio.

Differetur.

responsio.

argumentum.

Responsio.

prima.

bet esse quædam peculiaris ratio, atque peculiare quoddam innoscendi personam principium: & filius ac spiritus sanctus non conueniunt in vno modo peculiari existendi à patre, sicut pater & filius conueniunt in quodam speciali modo producendi spiritum sanctum: quandoquidem filius & spiritus sanctus à patre procedunt diuersis processibus; pater verò & filius, vnicuique productione & spiratione ipsam spirant, suntque eius vnicuique principium: vt inferius patebit ex ecclesiæ definitione. ¶ Secundū dicimus, argumentum conuincere quod filius & spiritus sanctus habent diuersas notiones, vt à patre producantur diuersis productionibus: videlicet filiationem, & spirationem. ¶ Magister sententia. in primo distinct. 29. vltimo capite, assignat eandem rationem, quam sanctus Thom. cur videlicet sit vna tantum notio in patre & filio, vt producant spiritum sanctum: quia spiritus sanctus (inquit) procedit vel datur ab utroque; neque aliter procedit vel datur à patre, quam à filio. ¶ Tertio tandem contra assertionem præfatam insurgimus. Sicut pater non est ab alio per generationem, ita quoque pater & filius non sunt ab alio per spirationem: at ratione primi ponitur innascibilitas in patre: ergo ratione secundi debet poni sexta notio in patre & filio: quam doctor subtilis & eius sequaces appellant inspirabilitatem. ¶ Scotus in primo distinct. 28. quæst. 1. in responsione ad tertium argumentum, hac ratione suus videtur indubium vertere, an sit ponenda sexta notio inspirabilitatis: Ceterum nos cum diuo Thom. tenemus tantum esse quinque notiones in diuinis. Et argumento satisfaciemus negando minorem: etenim innascibilitas non assignatur in patre, eod quod non sit ab alio per generationem, quandoquidem spiritus sanctus à nullo est per generationem, & in eo non est innascibilitas: sed ea constituitur in patre, quia à nullo simpliciter est, neque per generationem, neque per aliam processione. ¶ Obijciat tamen aliquis Scoti partes agens, in hunc modum. Quemadmodum pater à nullo est, ita etiam pater & filius à nullo sunt per spirationem: sed ob illam negationem in patre ponitur vna notio: ergo ob hanc debet esse alia in patre & filio: equidem utrobique videtur æqualis ratio. Negamus sanè consequentiam, quia illæ negationes non sunt eiusdem rationis, sed

responsio.

Magister sententia.

Scoti argumentum.

Scoti opinio.

Responsio.

Annosatio.

Obiectio.

Responsio.

sed

sed longè inter sese distant. Hæc namque negatio, quæ est à nullo esse per spirationem, non atinet ad dignitatem & autoritatem diuinæ personæ: nam dignitas hæc & autoritas in hoc reuertet, quod quædam diuina persona à nullo simpliciter sit: & quantum si filius non sit ab alio per spirationem, est tamen per generationem à patre: sed illa negatio: qua pater à nullo simpliciter est, ad eius dignitatem & autoritatem spectat: ob quæ filius in euangelio solitus est omnia ad patrem referre, & ecclesia omnes ferme orationes ad eundem patrem dirigit, & ob eam Hilarius. 9. de trinit. pagina. 187. litera. A. dicit patrem maiorem filio, esto filius minor non sit. Tandem vltimò opponimus, argumento fortassis maioris ponderis omnibus præfatis. ¶ Generatio actiua & passiua, spiratio actiua & passiuæ, hoc est, generare generatis spirare spirari, sunt notiones, & distinctæ ab omnibus nominatis: ergo sunt notiones plures quam quinque. Consequentia cum minori notissima est, & maiorem probamus: in primis de generatione, quia generatio est ratio cognoscendi vnæ personam, vt ab alia distinguitur: nempe ratio cognoscendi personam patris, vt distinguitur à persona filij: etenim cognoscimus patrem à filio distingui, quia in eo est generatio, & in filio minime: & nihil se ipsum generare potest: & in super generatio est abstractum, sicut quælibet alia notio: & ad hunc modum potest probari de generatione passiuæ, & reliquis. ¶ Quod si quis dicat, videlicet generationem actiuam & passiuam, & reliqua, non distingui nisi ratione à paternitate, filiatione, spiratione, & processione: ac subinde non esse notiones diuersas à prædictis. ¶ Hæc sanè responsio stiuola est: quoniam innascibilitas, & paternitas, & spiratio in patre, duntaxat ratione distinguuntur: & filium distinctæ notiones. ¶ Breui respondemus, quod nomine notionum, intelligunt doctores & sancti potissimas & magis principales rationes distinguendi personas diuinas, atque cognoscendi eas esse distinctas, quales non sunt prædicti actus notionales & origines, vt pater per sanctum Thom. qui quæstione. 40. articulo. 2. dicit. Prius & principaliter distinguuntur personæ per relationes quam per origines: & istæ origines dicuntur actus notionales, quia inuolunt notiones: vt generatio inuoluit & importat paternitatem: natiuitas filiationem.

Responsio inefficax.

Refellitur.

Responsio autoris.

Si autem solutiones, quas præfatis argumentis assignauimus, non satisfaciunt lectori, commendat maximè memoriæ quod nunc proximè dicemus: quia fortassis id illius opratis respondebit. ¶ Obserua itaque quod dicit sanctus Thom. articulo. 2. ad. 2. hoc est, notiones re ipsa in Deo esse: ne quis existimet eas theologos confingere, perinde ac si in re non essent. Verum quia de ratione notionis est, vt docuimus articulo præcedenti, quod significetur per hominem abstractum, & hucusque theologij doctores atque sancti non adinueniunt plura nomina abstracta ad notiones significandas quam quinque, simpliciter fatemur esse quinque notiones & non plures: & illi plura abstracta nomina notionum non instituerunt, cum ea inuenta fuerint ad formales locutiones contra hæreticos, & distinctiones personarum designandas: ad quem planè finem non plurius nominibus abstractis indigemus, quando ea abundè sufficiunt pro capto nostro. Ceterum concedimus, plures rationes, affirmationes, atque negationes in Deo esse: ad quas exprimendas, si sancti plura nomina abstracta impoissent; ingenue fatemur plures notiones quam quinque esse: sed quia id non fecere, negamus. Neque nobis fas est, nouum nomen inducere in diuinis contra autoritatem doctorum & sanctorum: id quidem fieri nequit sine temeritate & absque erroris periculo. ¶ In responsione ad. 3. notare oportet Sancti Thom. doctrinam: videlicet, paternitatem & spirationem non posse de se inuicem prædicari: & non ob id, quod ratione distinguantur: etenim scientia Dei & potentia eius ratione distinguuntur, & tamen hæc vera est. Scientia Dei est Dei potentia. Sed propterea de se inuicem prædicari non possunt, & hæc est falsa, paternitas est spiratio (inquit sanctus Thom.) quia significatur vt diuersæ rationes personarum, id est vt diuersæ relationes referentes personas ad diuersos terminos. Et sensus huius propositionis, paternitas est spiratio, foret, eas esse vnicam relationem, & habere vnicum terminum, ad quem patrem referret: quod notum quippe est falsum esse. Nam pater per paternitatem, refertur ad filium & per spirationem, ad spiritum sanctum. Et per hæc factis licet respo. 5. in fine. 2. articuli, quibus contendit impugnare hanc S. Tho. doctrinam.

Autoris annotatio maximè obseruatione digna.

Autoris.

Articulus quartus.

Vtrum liceat contrariè opinari de notionibus.



AD quartū sic proceditur. Vi detur q̄ non liceat contrariè opinari de notionibus. Dicit enim Augustinus in primo de trinitate, quòd non erratur alicubi periculosius quàm in materia trinitatis. Ad quàm certum est notionès pertinere. Sed contrariè opinionès nò possunt esse absque errore. Ergo contrariè opinari circa notionès non licet.

¶ Preterea. Per notionès cognoscuntur personæ, vt dictum est. Sed circa personas non licet contrariè opinari. Ergo nec circa notionès.

¶ Sed contra. Articuli fidei non sunt de notionibus, Ergo circa notionès licet sic, vel aliter opinari.

¶ Respondeo dicendum, quòd ad fidem pertinet aliquid dupliciter. Vno modo directè. Sicut ea quæ nobis sunt principaliter diuinitus tradita, vt Deum esse trinum & vnum: filium Dei esse incarnatum & huiusmodi. Et circa hæc

opinari falsum, hoc ipsum inducit hæresin, maximè si pertinacia adiungatur. Indirectè verò ad fidem pertinent ea ex quibus consequitur aliquid contrarium fidei. Sicut si quis diceret Samuelem nò fuisse filium Heleanc. Ex hoc enim sequitur scripturam diuinam esse falsam.

¶ Circa huiusmodi ergo absque periculo hæresis aliquis falsum potest opinari antequam confideretur, vel determinatum sit, quòd ex hoc sequitur aliquid contrarium fidei, & maximè si non pertinaciter adheret. Sed postquam manifestum est, & præcipuè si sit per ecclesiam determinatum, quòd ex hoc sequitur aliquid contrarium fidei, in hoc errare non esset absque hæresi. Et propter hoc multa nunc reputantur hæretica, quæ prius non reputabantur: propter hoc quòd nunc est magis manifestum quid ex eis sequatur. Sic igitur dicendum est: quòd circa notionès aliqui absque periculo hæresis cõtrariè sunt opinati, non intendentes sustinere aliquid contrarium fidei.

Sed si quis falsum opinaretur circa notionès considerans quòd ex hoc sequatur aliquid contrarium fidei, in hæresin laberetur. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Commen-

Commentarium.



Commentariū istud sex cõtinet partes: in prima ponitur littera articuli explicatio: in secunda statuuntur quatuor assertiones, quibus explicatur hæresis, pertinacia, & ratio in qua consistit: in tertia ex prædictis assertionibus colligitur hæresis definitio: & argumenta quæ obijciuntur aduersus eam soluntur: atq; statuimus quintam aliam assertionem ad maiorem explicationem illius definitionis: in quarta disputamus dubium huic materiæ apprimè necessarium: in quinta ex dictis inferuntur duo corollaria annotatione digna: in sexta tandem ponuntur duæ annotationes ad materiam hæresis spectantes, memoria quidem commendandæ.

Prima commentarij pars.

Diuisio eruditissima.



Anctus Thomas ergo præmissa creditur diuisione, constituit duas conclusiones. Diuisio planè hæc est: credibilia sunt duplicis generis, quædam quæ pertinent ad fidem directè, alia indirectè: ea autem directè ad fidem pertinent, quæ principaliter sunt diuinitus nobis tradita: vt Deum esse trinum & vnum: Dei filium esse verum hominem: & reliqui fidei articuli, qui omnibus proponuntur credendi. Ea verò indirectè ad fidem pertinent, quæ nobis præcipuè credenda non proponuntur, sed ex eorum oppositis sequitur aliquid fidei contrarium: vt Tobiam habuisse canem: Samuelem fuisse Heleanc filium: nam ex eorum oppositis, sequitur scripturam sacram falsam esse, quòd fidei aduersatur, quinimo articulo fidei: huic videlicet: qui loquutus est per prophetas, & vnam sanctam catholicam & apostolicam ecclesiam. Hæc nimirum est optima collectio. Scriptura asserit Tobiam habuisse canem, Tobia capite. 11. & Samuelem esse filium Heleanc. 1. regum. 1. & hæc falsa sunt, ergo sacra scriptura est falsa. Hæc præmissa diuisione, prior

Diui Thomæ conclusio est. ¶ Afferere cum pertinacia aliquid falsum, contrarium ei quod directè pertinet ad fidem: hæreticum est. ¶ Secunda conclusio. Sine pertinacia afferere aliquid falsum, repugnans ei quod indirectè ad fidem pertinet: hæresis nò est. Quocirca quia notionès ad fidem indirectè pertinent, si aliquis circa eas falsum opinetur, hæreticus non est, dummodo non pendat, ex sua assertionem sequi aliquid oppositum fidei, hoc est scripturæ sacræ, aut ecclesiæ Romanæ diffinitioni. ¶ Aduersus diuum Tho. argumentatur: quia videtur nullum esse discrimen, inter ea quæ pertinent directè & indirectè ad fidem, cuius oppositum docet articulo præfenti: quia vel quis habet pertinaciam in assertionem aliquid falsi quod fidei opponitur, vel non habet: si primum, hæreticus est, siue sua assertio aduersetur ei quod directè pertinet ad fidem, siue ei quod indirectè: si non habet pertinaciam, profectò hæreticus nò est, neque esse potest in sensu composito, ac petunde vanum est discrimen, quod diuus Tho. statuit inter credibilia quæ directè & indirectè ad fidem attinent. ¶ Respondemus, id nempe diuum Tho. velle, esse discrimen maximum inter assertionem contrariam ei quod directè pertinet ad fidem, & aliam repugnantem illi quod indirectè spectat ad ipsam: quandoquidem qui affirmat aliquid oppositum illi, quod directè pertinet ad fidem atque ad communem doctrinam, censendus nimirum est hæreticus, & habere pertinaciam occultam, si oppositum non probetur: vt si quis assereret purgatorium non esse, cuius oppositum, scilicet purgatorium esse, est communis catholicorum doctrina, ex traditione apostolorum: semper in ecclesiâ seruata: Quæ propter plures, qui turpissimè affirmarunt, aut dubitarunt purgatorium non esse, iustissimè damnati sunt à patribus fidei censoribus, & hæreticè prauitatis inquisitoribus: quos faxit Deus, vt semper in Hispania nostra conseruet incolumes, sine quorum autoritate, pro dolor, fides magna ex parte periisset. At verò qui assereret aliquid dogma falsum, contradicens ei quod obliquè & indirectè ad fidem pertinet, & non est communis catholicorum doctrina, hæreticus statim censendus non esset: vt si rusticus, qui tenetur scire fidei articulos, & non vniuersam sacræ pagine scripturam, dicat To-

Corollarij

Argumentum

Responsio annotatione digna

biam nõ habuisse canem, vel alia id genus. Crederetur enim id quidem non ex pertinacia, sed ex ignorantia rudi affirmasse, nisi oppositum constaret ¶ In causa igitur fidei præsumitur aut existimatur in fauorem huius, & contra illum de quo primum sermo erat. Et hoc est discrimen, quod Sanctus Thomas contendit in præsentia statuere.

Nota.

Secunda commentarij pars.

Incipit autem tractatus de pertinacia hæresis, & videtur rationem cur de ea in præsentia agatur.



V M autem tota heresis ratio in pertinacia consistit, ut palam assertit in præsentia articulo sanctus Thomas. Operæpretium fuerit paucis explicare, quid pertinacia sit, & in quo consistat. Neque vitio nobis quis dare debet, quod in tractatu sacræ trinitatis sermonem de ratione hæresis & heretici pertinacia institutus: quin potius consilio & ratione id esse factum intelliget si conspiciat nullo alio suæ summæ loco diuini Thom. nullus isthæc pertractare, quæ in præsentia articulo: quod manifestissimè constare potest legenti quæstionē. II. 2. 2. ubi ex instituto de hæresi textu disputatio nem. At verò ibi de ratione hæresis & heretici pertinacia, aut prorsus nihil loquitur, aut breuius quàm in præsentia articulo: fortassis ob hanc causam, quia contentus erat illud in præsentia docuisse: quo factum est, ut nos etiam compellamur suam sententiam hic explicare. & etiam quoniam huius rei cognitio theologo apprime necessaria est. Huic igitur difficultati satisfactori, constituimus aliquot assertiones: quarum prior sit. ¶ Qui ex sola ignorantia non affectata, dissentit alicui propositioni fidei, vel oppositæ assentit, hæreticus non est: si alicui promissus sit obedire sanctæ ecclesiæ Romanæ. Hanc aperte affirmat Sanctus Thomas in præsentia, & ad Titum 3. lectione. 2. & pluries alibi: atque est omnium doctorum & sanctorum sententiæ eamque speciatim docet Augustinus in epistola ad Glorium & Eleusum; quæ est in volumine suarum epistolarum epistola. 162. & habetur. 24. quæstio. 5. capit. dixit apostolus

1. assertio.

(Augustini verba sunt) qui sententiam suam, quamuis falsam atque peruersam, nulla pertinaci animositate defendunt, præsertim quam non audacia suæ præsumptionis pepererunt, sed à deductis atque in errorem lapsis parentibus acceperunt, quæruntaur autem cauta sollicitudine veritatem, corrigi parati cum inuenerint, nequaquam sunt inter hæreticos deputandi. ¶ Secunda assertio. Nequit aliquis esse hæreticus sine pertinacia: ille autem verè hæreticus est qui pertinax est. Hæc etiam est sancti Thom. in præsentiarum, & omnium doctorum atque sanctorum citra controuersiam aliquam: & præsertim asseuerat eam Augustinus contra Manichæos, & habetur causa & quæstione citatis, capit. Qui in ecclesia. Qui in ecclesia Christi (inquit) morbidum aliquid, prauumque quid sapiunt, si correcti ut sanum rectumque sapiant, resistunt contumaciter, suaque pestifera & mortifera dogmata emendare nolunt, sed defendere persistunt, hæretici sunt. Legit de ciuitate Dei librum. 8. cap. 51. Et hæc eadem assertio inferitur ex capitulo unico de summa trinitate. in sexto, ubi dicitur, quod illi censentur hæretici, qui præsumperint, aut temerario ausu asseuerint aliquid contra fidem: præsumptio autem arrogancia est, & radix pertinaciæ. Et capit. Damnamus de summa trinitate. Nullus tanquam hæreticus damnatur, nisi ille qui aliquid fidei contrarium defendere præsumperit. Et in clementina de summa trinitate hoc clarius decernitur. Quis quis asserere pertinaciter præsumperit, &c. A deo hæc assertio vera est, ut Sanctus Thomas affirmet, pertinaciæ de ratione hæresis esse, primæ ad Corinth. II. lectione 4. quo loco sic ait. Primum quidem de ratione hæresis est, quod aliquis priuatam disciplinam sequatur quasi per electionem propriam, non autem disciplinam publicam, quæ diuinitus traditur. Secundum, quod huic disciplinæ aliquis pertinaciter inhæreat. Hæc illè. Idem etiam clare innuat secunda secunda quæstione. 2. articulo. 6. ad secundum & quæstione. II. articulo 2. ad 3. ¶ Tertia assertio. Pertinacia non est temporis diuturnitate æstimanda, ita ut non sit pertinacia aliquem fuisse in errore aliquo: per magnum temporis interuallum, quinimò per totam vitam, & illum errorem pluries publicè aut priuè

2. assertio.

3. assertio.

tiim

Falsum imponitur Syluastro.

4. assertio.

5. Probatio

tim affirmasse: quoniam si ex sola ignorantia id fecerit, aliàs verè paratus (ut diximus) corrigi, & obedire ecclesiæ Romanæ, pertinax non est. Hæc insuper assertio constat ex prima, & clarè sequitur ex dictis Sancti Thom. in hoc loco. Nam dicit, quod opinari aliquid fidei contrarium, existimando illud non aduersari fidei, nullum hæresis periculum est, antequam compertum fuerit id fidei repugnare. ¶ Vbi obseruandum, doctores aliquos falsò impingere syluastro, quod oppositum huius assertionis tenuerit, verbo hæresis primo quæstione. 1. §. 5. Sed id nimirum vult (ut euidentissimè ex eius verbis constat) eum qui latenter diu in errore persistit, vel vsque ad mortem perdurat, præsumi ab ecclesia hæreticum. In quam sententiam allegat Archidiaconum. Quod planè verum est in foro exteriori, potissimum loquendo de his quæ spectant ad communem doctrinam: verum nos loquimur in foro animæ & conscientie; & cum ex sola ignorantia in errore persistit, quauis ignorantia sit veniale aut mortale peccatum, quia videlicet non adhibet diligentiam quam tenetur adhibere, ut articulos fidei, & ea quæ spectant ad communem doctrinam sciat. ¶ Sit quarta. Pertinacia in hoc consistit, ut quis ex deliberatione, sciens & prudens dissentiat alicui fidei propositioni, vel oppositæ assentiat, intelligens illam contineri in sacra scriptura, aut ecclesiæ definitione, aut ex eis euidenter deduci, etiam si per vnum temporis punctum illi dissentiat, aut oppositæ assentiat. Istam palam tenet Sanctus Thomas in præsentia, ait enim. Si quis falsum opinaretur circa notiones, considerans quoddam ex hoc sequatur aliquid contrarium fidei, in hæresin laboreretur. Quasi dicat, quod cum primum considerat aliquam propositionem esse fidei oppositam, si in eam consentiat, completè hæreticus efficitur. Et hoc aperte docet Augustinus libro. 4. contra Donatistas capitulo. 6. & Cæteranus secunda secunda quæstione. II. articulo. 2. hoc idem egregiè annotauit: & probatur quidem. ¶ Quicumque deliberatè perpendit aliquid esse contra legem Dei, & consentit in illud, committit quidem mortale peccatum, esto in solo temporis momento in id consen-

tat, ut si perpendat formam alienam concubitum esse contra Dei legem, & consentiat in illum: ergo si quis deliberatè perpendat aliquam propositionem esse errorem contra fidem, & ei assentiat licet in solo temporis momento, peccabit mortaliter contra fidem: ac subinde committet hæresin: & perfectè hæreticus constituetur, ita ut pœnis hæreticorum subiacet, si eam externis quoquo pacto manifestet. ¶ Rursus fides & hæresis oppositæ quidem sunt: sed illa perficitur solo assensu intellectus, & consensu voluntatis: ergo hæc perficitur solo dissensu intellectus & assensu voluntatis: igitur quicumque verè dissentit alicui fidei propositioni, & consentit in illum dissensum, verè hæreticus est. ¶ Ad hæc, hæresis græcè (ut dicit Hieronymus in epistola ad Titum. 3.) ab electione dicitur, quod scilicet vnusquisque id sibi eligit, quod ei melius esse videatur: at ille qui comperit aliquam propositionem esse contra sacram scripturam & ecclesiam, & ei assentit, verè eligit quod sua sponte vult contra omnium catholicorum sententiam: igitur verè hæreticus est. ¶ Ex quibus sane colligitur, quod pertinacia quæ facit hæresin, & hominem hæreticum constituit, non est obduratio, aut obstinatio ut distinguitur contra infirmitatem seu passionem: sed est velle consentire in propositionem fidei oppositam, cum clara notitia quod ea fidei aduersatur, nempe scripturæ, aut ecclesiæ determinationi: siue ex passione, siue ex infirmitate, siue ex quacunque alia causa, perueniatur ad verum & integrum consensum alicuius erroris, cum sibi consulerit eum esse contra fidem. ¶ Consiliò diximus ex deliberatione, nam quicquid in mente hominis contingat, antè deliberationem hæresis esse nequit: quoniam hæresis est maximum mortale peccatum, & sine deliberatione peccatum esse nequit. Neque cum semiplena deliberatione hæresis committi potest, siquidem semiplena deliberatio non sufficit ad peccatum mortale committendum, esto sufficit ad veniale: & hæresis est mortale, & veniale peccatum esse nequit, cum destruat fidem, & nullus fidem amittere possit propter veniale peccatum, neque etiam propter mortale, si non rectè fidei opponatur,

Probatio

Probatio

Illatum.

M 5 quale

quale est ipsam haereticos crimen: at qui op-
positum est manifestus perditissimi Luthe-
ri error. Ex quo nempe colligitur, eum no-
esse haereticum, neque aliquo modo peccare,
qui inuitus patitur cogitationes pessimas,
ac turpissimas, & maxime obscenas aduersus
Deum, sanctos, & res sacras: quando quidem
frequenter non est in eius libertate & facultate
illas coercere atque frangere. Quod saepe euenire
hominibus simplicibus & catholicis ac timorata
conscientia, experimento compertum est, ex
suggestione Daemonis excitantis illorum phantasiam,
praecipue cum orationibus incumbunt, aut rem
diuinam audiunt preces in Deum fundentes
ore, vel mente solum. Et id quidem inimicus
generis humani blasphemiam spiritus machinatur,
vt ab oratione illos distrahat, semoueat, ac
plurimum perturbet. & nimirum vt in desperationem
inducat. Id genus nos plures cognouimus adeo
animo turbatos, dum putarent per huiusmodi
cogitationes se Deum offendere, vt parum ab
fuerit quin misericordie de clementia diuina
desperarent. Et quod hoc ex suggestione
Daemonis sepius contingat, vel hoc argumento cuius
constare potest; quia videlicet maiori ex parte
non accideret hominibus flagitiosis, & vitiorum
labre corruptis, vt pote quos daemones quasi
vincos, ab illo labore in tyrannica seruitute
habere, & in voluntatem suam trahat; sed
viris bonae mentis ac spei, qui ingredi cupiunt
viam Domini, deoq; seruire animo suo statuunt,
proponentes eius mandata seruare, qui cum in
virtute parum instructi & exercitati fuerint,
necliant plane discernere inter peccati
cogitationem, & eiusdem consentium: existimantes
solum peccati cogitationem sine consensu, peccatum
quippe esse: quod nimirum est suae turbationis
& inquietudinis occasio. Secus vero est in
hominibus perfectis, qui candidis moribus
pollent, & in virtute maximos fecerunt progressus,
& solum peccati consentium exhorrent ac
timent, & facile se ab huiusmodi cogitationibus
expediunt nulla animi perturbatione commoti:
cum perfecti nouerint, in solis ac nudis & sine
consensu cogitationibus, quae in sui arbitrij
potestate non sunt, Deum minime offendi.

Tertia commentarij pars.



X his quae diximus *Haereticus de*
communem haere. *gnitio.*

ar. 1. addendum est huic definitioni: assertus
ab aliquo qui fide recipit: Ait etenim. Haereticus
est infidelitatis species, pertinens ad eos qui
fidem Christi profitentur, sed eius dogmata
corrumpunt. Et idem docet quae, 10. art. 5. Itaque
iudaeorum & Sarracenorum error, quo falsum
impiumque putat Christum redemptorem nostrum
non esse verum Deum, esto infidelitas sit, non tamen
haereticus, vtendo nomine haereticus vt theologus
nam si in ea significatione accipiamus hoc nomen
qualitati vsurpat, etiam haereticus est: siquidem
haereticus ab eis, pro tenaci opinione & confirmata
de aliquo dogmate & sententia in qua quis persistit,
sumitur; vt cum dicimus, haereticus Platoniorum,
haereticus stoicorum. Et in hac significatione
Cicero vtitur hoc nomine in paradoxo, dicitur
ait. Cato autem perfectus (mea sententia) stoicus, &
ea sentit quae non sane probatur in vulgus, &
in ea est haereticus quae nullum sequitur horum
orationis. & eodem pacto extrinseco nomine
haereticus accipit Hieronymus: & habetur dist. 24. quae
3. ca. haereticus, cui dicitur. Quicumque aliter
scripturam intelligit, quam sensus spiritus sancti
efflagitat, a quo scriptura est: licet ab ecclesia non
recesserit, tamen haereticus appellari potest. Et
alibi, ex verbis inordinate prolatis incurritur
haereticus. Quo fit, vt haereticus & propositio
haeretica longo dissideant intervallo, ne
comparantur siquidem inter sese, vt superius
& inferius. Nam quicquid est haereticus, propositio
quidem haeretica est: & non vice versa: propositio
namque haeretica est propositio fidei contraria,
sive sit cum pertinacia asserta ab aliquo, sive non; haereticus autem est
cum pertinacia. Quocirca haereticus dicitur
ordinem ad subiectum, quando necessarium
reperitur cum pertinacia, quae est in subiecto
eam asserente: ac proinde necessarium
denominat hominem haereticum; non tamen
haeretica propositio. Quam obrem si quis
asserat haereticam aliquam propositionem, non
eo ipso haereticus est: verum si haereticam
asserat, necesse est eum haereticum esse: vt
constat ex definitione

nitione haereticus assignata, qua palam docetur,
haereticum non posse inueniri sine pertinacia:
quae sola haereticum hominem constituit.
Primum argumentum contra haereticam assignatam definitionem.
¶ Vt tamen praefata haereticus definitio illustrior
nobis fiat, primum argumentum addemus, & demus
aliquem hominem habere firmum propositum
non credendi, nisi humana autoritate, aut
rationibus conuictus: credat autem humana
autoritate quicquid credit ecclesia. Hac data
hypothesi; hic homo solo hoc proposito sit
haereticus, & nullum habet errorem in intellectu:
ergo mala est haereticus definitio.
Responsio. ¶ Responsum tenemus eisdem negando
minorem, quinimo habet maximum errorem
in intellectu: quando quidem illud propositum
non credendi nisi sola autoritate humana,
anteceat in intellectu iudicium quoddam, quo
iudicat non esse credendum nisi autoritate
humana, nihil enim est volitum quin prius sit
cognitum: hoc iudicium & assensus est
maximus error, & principium omnium
errorum, cum ex eo sequatur Deo non esse
credendum. O primae enim colligitur. Tantum
est credendum autoritate humana, ergo non
est credendum autoritate diuina: ac proinde
Deo non est credendum: quo nihil absurdius,
aut iniquius dici potest.
2. argumentum. ¶ Secundo opponimus, & fingamus
aliquem habere fidem humanam omnium quae
credit ecclesia, propter autoritatem cuiusdam
hominis, & non credere eis autoritate diuina,
& quia reuelata sunt in hoc casu iste homo
esse haereticus, vt constat, quia ratio formalis
fidei infusa (vt dicit Diuus Th. 2. 2. quae 1. art. 1.)
est reuelatio facta a prima veritate, nihil enim
diuina fide credere possumus nisi quia reuelatur
a Deo: & tamen in data hypothese nullum
habet errorem, ergo mala est haereticus
assignata definitio. ¶ Vt huic obiectiioni
satisfaciamus, distinctione quippe opus est:
quia vel ille est baptizatus, aut non. Si
baptizatus quidem est, iterum distinguendum,
aut eiusmodi homo habet propositum non
credendi aliquid quia reuelatum a Deo, &
si ita est, id est prolixius confendum erit de
illo, sicut diximus de alio de quo erat sermo
in argumento priori: si autem non habet illud
propositum, sed credit simpliciter omnia quae
credit ecclesia, propter autoritatem alicuius
qui ea proponit illi, sic non admittimus
hypothese, videlicet partim credat sola
autoritate humana, esto quidem credat
autoritate humana, proponentis. Et ratio
sanctae est, quoniam dum ei proponitur
credenda, fides infusa collata eidem in
baptismo creditur tunc ad produ-

endum in eo actu fidei supernaturalem: quia
scilicet fide infusa spiritus sanctus mouet
illum ad credendum: & eam plane motionem,
reuelationem appellamus, sicut motionem
qua spiritus sanctus mouit scriptores diuinae
scripturae, reuelationem esse diximus quae
1. art. 8. disputatio. 3. & ex consequenti
predicatus homo credit quia reuelatum a Deo.
Tantum enim est credere, quia reuelatum: &
credere, per motionem spiritus sancti: quoniam
spiritus sanctus non mouet ad credendum nisi
reuelata: & hac ratione quia scilicet reuelata
sunt.
¶ Neque operum profectio est, vt qui credit
quia reuelatum a Deo, sciat hanc reflexionem
aut reflexiuam (vt more scholasticorum loquamur)
ego credo quia reuelatum a Deo: simplices
namque homines, vt agricolae, certum &
indubitanter credunt omnia quae credit
ecclesia, quia reuelata sunt a Deo, & per
motionem spiritus sancti. Verum ignorat
ipsum in isto pacto credat, hoc enim scire
ad viros doctissimos spectat. ¶ Si autem
praefatus homo non habet fidem infusam,
quia neque baptizatus, neque contritus est,
neque aliquid fecit quod in se aut in
potestate eius erat, vt consequetur
fidem infusam: certe ille non est haereticus,
vt patet ex assignata haereticus definitione:
atque adeo argumentum non militat
aduersus eam: sed est infidelis positus,
si est ei in animo non credere quia
reuelatum a Deo, vt ostendimus priori
argumento: vel est infidelis negatiue, si
talem animum non habeat: esto fidem
humanam omnium quae credit ecclesia
habeat: quemadmodum plures indubitanter
infideles negatiue, cum non habeant
fidem Dei, neque oppositam, & aduerte
quae praefata homo dicitur infidelis
negatiue, esto habeat fidem humanam
positiuam: quia non habet fidem Dei,
hoc est reuelatam & infusam. Et per
haec plene satisfactum esse argumentum,
arbitramur. ¶ Ita autem sit quoniam
assertio, aduersus aliquos qui in fallor
lo-
ge distat a vero. Non solum dissentire
cum pertinacia alicui fidei propositioni,
vel oppositae assentire, haereticus est,
sed cum eadem pertinacia de illa dubitare.
Et probatur ex verbis Sanctae
phanii papae. Dubius in fide infidelis
est de haereticis cap. 1. Fulcitur etiam
Augustini testimonio in Enchiridio
capit. 17. errare (inquit) est approbare
falsa pro veris, aut improbare vera
pro falsis, aut habere incerta pro
certis, aut certa pro incertis. Et eadem
ferme verba reperit cap. 19. ex quibus
sic teximus argumentum. Qui dubitat
ea quae sunt fidei, habet certa pro
incertis: at qui ha-

bet certa pro incertis errat, ex testimonio Augusti allegato: ergo qui dubitat in fide errat: omnis autem qui in fide errat cum pertinacia, haereticus est, ergo assertio vera.

Probat. secund. Quam rursus euidenti ratione ostendimus. Dubium de aliqua propositione (quod est non habere assensum neque dissensum illius) & fides de eadem maxime inter sese pugnant, quando nequeat fieri ut aliquis credat aliquam propositionem, & de illa dubitet: igitur dubium de aliqua fidei propositione, corrumpit atque expellit fidem, & e contra: velut opposita quae se inuicem pellunt: & ex consequenti qui aliquam fidei propositionem dubitat, fidem amittit: ac subinde haereticus est. Huc accedit, quod Christus redemptor noster dixit Thomae Ioan. 20. Noli esse incredulus, sed fidelis, ubi illi infidelitatem & incredulitatem exprobrat atque obicit, ob dubitationem quam de eius resurrectione habuit. Pro hoc etiam facit illud Pauli ad Rom. 4. commendans Abrahamae fide, cum inquit. In repromissione etiam Dei non haesitabit diffidentia, sed confortatus est fide. Quo loco manifestissime ostendit Paulus, eum qui haesitavit non habere fidem. Ille autem dubitat cum pertinacia, qui postquam ei constitit aliqua esse fidei propositionem, non vult desecti, & inclinare in hanc vel illam partem, hoc est, neque habere assensum, neque dissensum illius. In praesentia tamen per quam admonitos esse volumus lectores, quod esto neutiquam liceat, de rebus quae ad fidem spectant dubitare, licet tamen dubitare, quoniam verus scripturae sensus sit: etenim saepe numero contingit, viros doctissimos & sanctitate preclaros circa plura scripturae loca haesitare, quis nam sit eorum germanus sensus, aliis atque aliis diuerso modo sentientibus. Quin etiam virgo sacratissima Luc. 1. angelo annuntianti Dei incarnationem credidit, modum tamen quo mysterium illud esset explendum, plane ad dubitauerit: atque suam dubitationem verbis de promptis, inquit. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? ardentissime nihil tamen de dubitatione integritate fidei suae detraxit: multo secus quam impios Iudaeos fecisse legimus, cum aiebant. Ioan. 6. Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? verbis Christi nullam fidem adhibentes. Ex qua occasione multi Iudaeorum, imo ex discipulis eius abiierunt retror-

sum deserentes illum. Adde his, quod non solum dubium de aliqua fidei propositione cum pertinacia, haereticum hominem constituit, verum etiam opinio de eadem: esto aliqui immerito quidem admirentur concessionem hanc. Quod consimili ratione probamus. Fides & opinio eiusdem propositionis simul esse nequeunt se inuicem expellentes: siquidem fides est assensus sine formidine, opinio cum formidine: igitur qui opinatur aliquam fidei propositionem cum pertinacia, fidem amittit: ac proinde haereticus est. Ille vero cum pertinacia aliquam propositionem opinaretur, qui postquam perperderet eam esse fidei propositionem, nollet eidem assentiri sine formidine, sed cum haesitatione & metu, tanquam propositioni cui possit subesse falsum. Hac etiam omnia probamus: quia nequit fieri (saltem moraliter loquendo, & si leges philosophiae moralis sequamur) quod aliquis perpendat, aliquam esse fidei propositionem, & nollet ei assentiri, neque cum certitudine adhaerere, quin iudicet positum formaliter vel virtualiter (ut scholastici dicunt) non esse cum certitudine assentiendum his quae sunt fidei, & a Deo reuelata: at hoc iudicium aperta haeresis est, & huiusmodi homo maxime haereticus. Fatemur autem, quae ista haec tantis de nomine esse, an sit ille haereticus tantum propter hoc iudicium, an etiam propter dubium, aut opinionem quam de rebus fidei habet, ut nos affirmamus: sed nihil profecto refert, dummodo esse haereticum indubitate asseueremus, & in super poenis iuris obnoxium pro certo statuamus, si dubium huiusmodi aut opinionem contra fidem exteriori manifestet. Proculdubio si aliquis se dubitare euangelium esse verum assereret, aut nollet ei assentiri nisi pro opinionem, & velut rei cui possit subesse falsum, ab omnibus iudicaretur haereticus, aut infidelis. Ita. 4. assertionem tuetur Turrectemata lib. 4. part. 2. cap. 12. & Panor. & Ioanes Andreas super primum caput de haereticis: Adrianus etiam quaest. 2. & archidi. Flor. 3. part. tit. 23. cap. finali, & denique Gabriel in. 3. dist. 23. quaest. 2. Et plures alii celebres doctores. Et reverentia, ut priorius resellamus oppositam sententiam, satis est id ipsum quod defensores eius concedunt: videlicet, eum non esse haereticum, qui sciens & prudens, atque cum pertinacia vult dubitare & dubitat de rebus fidei, aut opinari ea, eisque assentiri, velut rebus quibus possit subesse falsum: quae nempe assertio sententia quidem mea

Adverte

Declaratur, quid autem dubitat cum pertinacia.

Annos. dumaximè

mea palam fidei aduersatur: praesertim quia sola pertinacia facit hominem haereticum. **Obiectio. 1.** Veruntamen aduersus sententiam nostram quis obijcere potest: Primum, nam ex ea sequitur, quod assensus verus est haeresis, ac subinde quod veritas sit haeretica, quod sane pugnat: siquidem haeresis est error, error autem falsus est. Sequelam autem probamus, quoniam opinio huius propositionis, Deus est trinus & vnus, est haeresis, ut das: & illa est assensus verus. Sequitur insuper quod aliquid quod non est falsum est haeresis: nam dubium de rebus fidei non est verum, neque falsum, cum sit assensus & dissensus carencia: & illud tu affirmas haeresim esse. **2. obiectio.** Rursus ex verbis Hieronymi ubi supra ad Titum 3. Haeresis ab electione dicitur, quod scilicet eam haereticus sibi eligat disciplinam, quam putat esse meliorem. Et Augustinus in libro de utilitate credendi ad Honora. cap. 1. Haereticus (inquit) est, qui falsas opiniones vel gignit vel sequitur: at qui dubitat, neque eligat aliquam doctrinam, neque opinionem falsam sequitur, igitur dubium de fide etiam cum pertinacia haeresis esse nequit. **3. obiectio.** Praeterea, si dubium aut opinatio de rebus fidei esset haeresis, ob id praesertim esset, quia expellit fidem, ut dictum est: sed haec ratio nihil est, quia beatitudo atque clara Dei visio expellit fidem, ex Paulo prima ad Corin. 13. cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est: & beatitudo non est haeresis, ergo dubium aut opinatio de rebus fidei non est haeresis: Haec sunt argumenta, quae in fauorem oppositae sententiae adducipossunt.

Responsio ad duas priores obiectiones. Ad duas primas obiectiones respondemus, eas conuincere quod dubium & opinatio de rebus fidei non sunt haereses absque pertinacia, quod quidem ingenue fatemur: verum sunt haereses cum pertinacia & sunt virtualiter errores: quoniam extraneae sunt a rectitudine deficiere, ut qui mittit sagittam in signum, & non attingit ipsum, errare & aberrare dicitur ab scopo, quia recedit a rectitudine: sine recta, quae est inter sagittam & scopum: at per dubium aut opinionem de rebus fidei cum pertinacia, recedit quis a rectitudine fidei: ac subinde virtualiter sunt errores, sunt etiam virtualiter falsa, quia virtute sua expellunt veritatem fidei, quatenus ei opponuntur per negationem aut priuationem. Aduerte praeterea, nos non concedere quod assensus verus est haeresis, ut argumentator cordebat probare in prima obiectio. Absit hoc a

nobis: nam illa propositio videretur facere sensum formalem, hunc videlicet: assensus verus quia verus, est haeresis. & quia verus, opponitur fidei, quod blasphemum erit fateri. Sed opinio huius propositionis Deus est trinus & vnus, quae sumitur in argumento, est haeresis ut opponitur fidei: ipsamque virtute sua pellit, & quatenus habet sibi annexam formidinem contrariae fidei certitudini, & ut est a pertinacia imperata, videlicet ab hac voluntate: volo huic fidei propositioni assentiri cum formidine, & velut propositioni cui possit subesse falsum. Et plane probatur hoc, quia si quis christianus affirmaret se duntaxat opinari euangelium, & non credere ipsum, illico ab omnibus iudicaretur haereticus. Ad tertia obiectio: respondemus, quod qui sciens & prudens dubitat, fidei propositionem eligit falsam, & haereticam doctrinam, & eam sequitur: hanc videlicet, quae est dubitandum de rebus fidei. Ad 4. quippe obiectio: respondemus negando maiorem: sed quia est cum pertinacia dubium, & opinio, est haeresis & pellit fidem: at beatitudo nequit esse cum pertinacia, sicut neque fides: neque est simile de beatitudine respectu fidei, & dubio atque opinio: quoniam fides ordinatur ad beatitudinem ut ad finem suum, ut imperfectum ad perfectum (ut innuit Paulus) adueniente autem perfecto cessat imperfectum: ut adueniente anima rationali, corrumpitur embryonis forma: & haec de causa potissimum beatitudo & visio Dei expellit fidem: & non quia ei opponitur, quauis aliquo pacto repugnaret ratione claritatis & obscuritatis: fides enim est obscura & visio Dei clara. Tandem dicimus quod formido opinionis in rebus fidei ut voluta & imperata, ab eo qui non vult certo & indubitate credere Deo neque ecclesiae: formido (inquam) hac ratione est haeresis, & simile asserimus de dubio. Quod si penitus quae dicta sunt expendantur, inueniet palam lector, quod in definitione haeresis quam superioribus assignauimus, nomine erroris & assertionis, intelligi debet non solum assensus & dissensus, sed etiam dubium & opinio. Quae annotatione, absoluta & perfecta redditur definitio.

Respondio ad obiectio.

Ad 4. obiectio: respondio.

Annos. circa definitionem haeresis.

Quarta commentarij pars.

Dubium.



A ut ut que de pertinacia diximus notiora fiant, dubitamus an homo ille hereticus sit, qui affirmat aliquid contra fidem ex crassa aut supina ignorantia, postquam admonitus est ab episcopo & iudicibus, quibus si dei cognitio commissa est, & viris doctis pifl q; affirmat (in qua) illud, existimas assertionem suam non aduersari Christi doctrinae: hoc est, sacris literis, aut ecclesiae Romanae definitioni: & re ipsa existimat, alios qui oppositum asseuerant, decipi. **R**espondemus sane, cum nequissimum hominem esse, peccare mortaliter, & maxime offendere Deum: superbum, & latum, atque contumacem, insolentem, sapientem haereticum iure optimo appellari posse, atque in numeris alijs huiusmodi nominibus, ob sententiae obstinationem & pernicacem animum, notari dignum. **A** sseueramus insuper, posse sepe contingere in foro exteriori, ut huius generis & conditionis homines iustissime dantur: & ad poenam ignis a patribus fidei celsionibus, velut heretici, merito deponantur: in foro (inquam) exteriori, in quo quidem secundum allegata & probata iudices tenentur iudicare. Verum hic homo proprie hereticus non est, ut aperte colligitur ex his quae diximus: quoniam haereticus aliquis nequit esse sine pertinacia, & pertinax hic non est, ea videlicet: et pertinacia quae hominem haereticum constituit: & nihil aliud est, quam scienter & ex electione ac data opera velle repugnare fidei, & eius opposito assentiri. **A** t qui quod hic proprie haereticus non sit, propter ea quae diximus, probari potest cap. Excommunicamus, de hereticis, ubi habetur: excommunicamus omnem haereticum extollentem se aduersus catholicam fidem. Non inquit, aduersus viros doctos, Salmaticenses, Complutenses, Parisienses, aut Seguntinos, & alios qui fallere & falli possunt: sed aduersus catholicam fidem. Vbi palam insinuat, solum illud haereticum esse, qui scies & prudens cum fide vniuersali ecclesiae Rom. pugnat: & non illum, qui ex ignorantia crassa ei contra dicit. Pro hoc facit illud Pauli. 1. ad Timor. 6. ubi loquens de haeretico homine ait: non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & ei; quae secundum pietatem est, doctrina. Quo nimirum loco expendere oportet, non dixisse Paulum, non acquiescit sanis sermonibus alicuius viri docti, aut alicuius cuiuscumque; qui fallere & falli possit, sed sermonibus domini nostri Iesu Christi. **N**eq; incommodum

aliquid quis putet, istum hominem, de quo est praesens sermo, non esse haereticum: & velut haereticum ad poenam ignis in foro exteriori damnari: quin potius id frequenter iure contingere potest in eodem foro exteriori, in quo iudices tenentur (ut diximus) secundum allegata & probata sententiam ferre: adeo ut si credendum sit diuo Th. 2. 2. quest. 67. art. 2. Iudex nonnunquam tenetur innocentem, quem sibi constat innocentem esse, probatum tamen nocentem morte mulctare. **C**eterum aduersus praefatam assertionem, 1. **A**rgu- obiciamus primum ex diuo Tho. loco superioris allegato. 1. ad Corinth. 11. lectione. 4. qui post verba citata, electio (inquit) firmam importat inhaesionem, & ideo hereticus dicitur, qui spernens disciplinam fidei quae diuinitus traditur, pertinaciter proprium errorem sectatur. Pertinet autem aliquid ad disciplinam fidei dupliciter: vno modo directum, sicut articuli fidei, qui per se credendi ponuntur: unde error circa hos secundum se, facit haereticum si pertinacia ad sit. Non possunt autem a tali errore propter simplicitatem aliquam excusari: praecipue quantum ad ea de quibus ecclesia solennizat, & quae communiter versantur in ore fidelium: sicut mysterium trinitatis, naturae Christi, & alia huiusmodi, haec ille. Quibus verbis palam asseuerat, quod nullus propter ignorantiam, aut simplicitatem potest excusari ab haeresi, circa ea quae communis doctrina in ore omnium versantur: quod nempe opponitur his quae diximus. **R**espondemus, sanctum Th. non dicere hominem non excusari ab haeresi propter ignorantiam, sed ab errore non excusari. At longe dissident inter se error & haeresis, & utique apertum est illum non excusari ab errore, cum erret & peccet mortaliter habendo illum errorem. Insuper vult sanctus Tho. ut diximus initio commentarii, quod ille qui errat in doctrina communi, quam omnes sciunt & scire tenentur, ut quod Deus sit & sit homo, purgatorium esse, non excusabitur in foro exteriori, qui haereticus censetur: & habere occultam pertinaciam. Credibile enim non est, aliquem ignorare, quod communiter omnes sciunt: ita quod in foro exteriori vehementer praesumitur aduersus illum, nisi oppositum probetur: & loquimur de viro, qui est doli capax. Et re vera idem prorsus docet d. Th. hoc art. & loco allegato ad Corinth. 1. iterum opponimus ex Chryostomo, qui homilia. 6. super epistolam ad Titum, cum interpretatur caput. 3. illius

1. Argu- mentum.

Responsio.

1. Argu- mentum.

lius, dicit, verba illa Paul. 2. ad Timotheum. 2. cum modestia corripit eos qui resistunt veritati, ne quasi Deus det illis poenitentiam ad cognoscendam veritatem, dicit (inquam) haec verba intelligenda de illis, qui non aduersandi affectu, sed studio discendae veritatis, veritati resistunt. Ferè verba sunt Chryostomi. Quo praemisso, arguemetamur. Paulus ibi loquitur de hereticis, sed loquitur de illis (ut dicit Chryostomus) qui non ex malitia, & aduersandi affectu, sed studio discendae veritatis, & ex ignorantia veritati resistunt: ergo illi qui ignorantia crassa asserunt aliquid contra fidem, heretici sunt: cuius oppositum nos asserimus. **R**espondemus. **R**espondemus, procul dubio Chryostomum non contra nos, sed pro nobis facere: & negamus Paulum inibi loqui de hereticis: sed si Chryostomi interpretationem sequamur, eo loco Paulus sermonem facit de his, qui ex ignorantia veritati resistunt. **P**raeterea actus peccati, in eadem proflus specie peccati est, cum ignorantia, & sine ea: ut si quis ignorantia supina interficiat hominem, putans se interficere feram, ille quippe actus & occisio est: in specie homicidij, & est verè homicidium, non secus quam si ex scientia & electione eum interficeret: igitur actus peccati haereticus supina ignorantia, est in specie haereticus, & est vera, propria, atque consummata haeresis: cuius quidem oppositum nos decreuimus. **R**espondemus utique negado consequentiam: & ratio perfecta est, quia homo habet peculiare sibi peccatum haereticum, quod de ratione eius est scientia. Nam (ut diximus) de ratione eius est pertinacia, quae habet sibi ipsi annexam scientiam, quae quis scire se fidei repugnare, ut pote scripturae sacrae, aut doctrinae ecclesiae: sed, tamè scientiam non est de ratione aliorum peccatorum. **O**biectio. **O**biectio. **A** r obijciat aliquis. Qui ex ignorantia, quae in vitio & culpa est, asserit aliquid contra fidem, gravissimum committit mortale peccatum: ergo peccatum eius in aliqua specie peccati & vitij constituitur: & non nisi in specie haereticus, ergo eius peccatum haereticum erit: atque subinde ille haereticus. **R**espondemus. **R**espondemus, id quidem peccatum materialiter & reductiue (ut dicunt scholastici) & quasi per accidens, in specie haereticus constituitur, sed non formaliter: & per se. Unde sciendum est, quod peccata, quae quidam sciunt, & de industria committunt, per se & proprie in sua vitij specie perfecta & integra reponuntur: alia verò, quae praeter intentionem ignorantia admittunt, per acci-

dens quodammodo & non ita proprie ad speciem & vitiorum genus reducuntur.

Quinta commentarij pars.



Omnibus plane quae dicitur in Corollariis, consequens & consequens est: apostolos non haereticos fuisse, esto circa quae sunt fidei dubitauerint, quia non ex scientia, sed ex ignorantia & animi perturbatione peccauerunt: ut constare potest ex verbis Luc. 18. ubi cum seruator noster praedixisset eis suam mortem & resurrectionem, subiugit sacer euangelista: & ipsi nihil horum intellexerunt, & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quae dicebantur. Quod si quis argumetur hoc pacto aduersus nos: A postoli fuerunt increduli & duri corde, quia his quibus tenebatur credere non crediderunt, ut liquet Marci ultimo: nouissimè aut recumbentibus illis vnde apparuit, & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis: quia his, qui viderant: eum resurrexisse, non crediderunt. Et ex illo etià Ioan. 20. ad Thomam. Noli esse incredulus sed fidelis: ergo haeretici fuerunt apostoli. Haec sane ratione persequi quidam, affirmarunt: apostolos haereticos fuisse: quod neutiquam concedendum est theologis. **A** r ad argumetum ergo respondemus negando collectionem: quia non fuerunt increduli deo, sed hominibus qui falli poterant: ut claret Marci ultimo verbis citatis, quia his, qui viderant, non crediderunt. **P**orro opponet aliquis. Christo ipsi seruatori nostro praedicenti illis suam mortem & resurrectionem, non crediderunt, ut patet loco allegato Luc. 18. ergo deo non crediderunt: procul dubio concedimus consequentiam, sed negamus assumptum: quoniam apostoli in genere crediderunt, sed peccatores nostrum vera eis dicere, sed speciebus in tantum crediderunt: illam mortuam & resurrexerunt: quia non intelligebant quae Christus illis dicebat, ut affirmat diuus Lucas. Quidam autem tunc, saltem illos ex malitia, aut vitio: sitate peccasse. Quorum certe sententia minime nobis probatur: nam peccatum ex malitia, & ex passione, opposita nepe sunt: manifesta est: eos ex passione & animi perturbatione peccasse: ergo non ex malitia peccauerunt. **I**nferatur praeterea ex praecedentibus, demones & eos oes qui in inferno sunt, & habuerunt fidem infusam,

1. Corollariis.

Obiectio.

Responsio.

Obiectio.

Responsio.

Quorumdam sententiae scilicet.

1. Corollariis.

Nota.

infusam, haereticos sine dubio esse, & peccato haereticis peccare, neque modo habere fidem infusam, quia sunt pertinaces contra Deum, vt confestim ostendemus. De damonibus sanè affirmat sanctus Th. 2. 2. quaest. 7. art. 2. ad secundum vbi ait. Fides, quae est in damonibus, non est donum gratiae: & eadem ratio est de alijs damnatis. ¶ Sed tamè obijciat aliquis partes Durandi agens, qui oppositum defendit in 3. dist. 23. quaestio. 9. obijciat (inquam) hoc pacto. Damones initio suae creationis habuerunt fidem, & per mortale peccatum superbia, quod in eis subsequutum fuit, non perdidit fidem: si desiquidem infusa & mortale peccatum optimè in eodem subiecto esse possunt, & oppositum planè est pestilentissimi Lutheri error: ergo modò damones habent fidem infusam. Eodem tē vera argumento suaderi potest, quòd damnati qui tempore mortis habuerunt fidem, modò habent fidem.

Obiectio.

1. *Cōfirmatio.* ¶ Itē idem persuadetur Iacobi. 2. damones credunt & contremiscunt. Et tandem sanctus Th. 2. 2. quaest. 8. art. 1. ad secundum ait. Magis potest esse fides in formis damnatis, quàm spes. ¶ Patet quidem respondemus, quòd illi omnes tã damones, quàm homines damnati, peccato haereticis peccant, & haeretici sunt: quia fidem infusam amiserunt propter peccatum haereticis, & quia pertinaces sunt contra Deum. Quorum pertinacia in hoc certè consistit, quòd Deum maximo odio prosequuntur. & nihil volūt credere quia reuelatum à Deo: ne ei tribuāt hunc honorem. Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper. Psal. 73. Vt si quis animo proponeret credere aliquid quia reuelatum à Deo, hoc solo proposito amittit fidem: vt ostensum est. Non habent praerea damnati fidem, quia ad infusionem fidei diuinae, & eius conseruationem, necessaria est pia affectio, quam ipsi non habent: quia pia affectio est actus bonus, & nullum actum bonum habent. Rursus etiam quia habitus sunt propter actus, & in inferno nō est actus fidei aliquis, nam fidei actus, ad quē fide infusa inclinat, necessarid est actus bonus (quanuis aliqui perperam contradicāt) at (vt diximus) in inferno nullum actum bonum habent damnati: & per hanc patet solutio ad argumentum. ¶ Ad confirmationē

2. *Cōfirmatio.*

Responsio ad argumentum.

Responsio ad primam confirmationem.

dem habendam necessitantur (vt ita loquamur) velut nos credimus necessarid, Romā esse: neque est in potestate nostra non credere. ¶ Ad secundam denique confirmationem respondemus, quòd non dicit sanctus Th. in damnatis fidem infusam esse (vt constat ex verbis eius citatis) sed quòd magis repugnat statui illorū spes, quàm fides: quia spes repugnat eis ex parte subiecti, nā ad habendam diuinam spem requiritur iudicium, quo quis iudicet se consequi posse vitam aeternam: at oppositum iudicium habent damnati, nempe iudicium quo astant, se secundum legem Dei non posse consequi vitam aeternam, siquidem hoc iudicium est de ratione damnationis, sicut de ratione beatitudinis est iudicium & assensus, quo beati certè existimant semper habituros vitam aeternam. Et hanc rationem virtute assignat sanctus Th. eo loco quaest. 18. art. 3. ad secundum post verba citata, subiungens causam quare damnatis repugnat magis spes quàm fides: quia dona diuina (inquit) non sunt eis futura possibilis, sed sunt eis absentia. De alijs damnatis, qui nūquam habuerunt fidem infusam, certum est eos esse infideles: & peccato infidelitatis peccare. De hac demū re fusius agimus. 2. 2. quaestio. 5. art. 2. in commentariis nostris.

Responsio ad secundam confirmationem.

Sexta commentarij pars.



IAm verò in praesentia optamus omnes sacerdotes, qui simplicium confessiones audiūt, admonitos, ne facile & leuiter ipsis haereticos crimen impingant: nanque euenire solet, vt eorum pluri cupientes synacerè veritatem manifestare, dicant se dubitasse in fide: aut in aliquo contra fidem consensisse, quia videlicet existimāt, solam cogitationem aut tentationē contra fidem, aut apprehensionem impossibilitatis articulorū fidei, esse consensum aduersus fidem, aut fidei dubiū: etenim cum fidei mysteria sint supra rationem (esto ei non repugnent, vt quidam falsò putant) protinus cum intellectu praesentantur, potissimum ante deliberationem rationis, ab ipsa tanquā impossibilia

Obserua. maximè.

bilia apprehenduntur: quod procul dubio nihil fidei derogat. ¶ Insuper diligentissimè examinandus est huiusmodi pœnitens illiteratus, qui faterur se in fide dubitasse, aut aduersus eam consensisse, an id contigerit ante deliberationem, aut ante plenam, & post semiplenam: quoniam si hoc ita est, in nullam profectò lapsus est haeresin: siquidem ante plenam (vt diximus) nequit esse mortale peccatum: ac perinde neque haeresis, quae ex maximis mortalibus est: licet vt obseruatum est à nobis, possit cum semiple na veniale esse, quòd haeresis esse nequit: quandoquidem ipsa auferit fidem, & ex consequenti charitatem: sine fide enim impossibile est placere Deo, ad Romanos. 11. at veniale neque fidem neque charitatem auferre potest. Neque alicui mirum vidēri debet, fateri nos posse reperiri quaecunq; dubium, aut quaecunq; consensum ante plenam deliberationem, quinimò ante deliberationem aliquam, vt in infantibus aut amentibus, qui aliquo modo dicuntur dubitare & consentire, & etiam turpiter somniantes in fornicationem nonnunquā imperfectè consentiant: qui quidem consensus (si tamen consensus appellari debeat) neuriquam ad peccandum sufficit: propriè verò & perfectè consensus ante deliberationē esse nequit: veruntamen in praesentiarum actum voluntatis, videlicet velle aliquid, aut iudicium quod quis habet ante quàm deliberet, istud scilicet, hoc est faciendum, extenso vocabulo consensum vocant doctores. Ex quibus palam colligimus, quàm sit operosum & perdifficile nonnunquam de haeresi censere in foro animae: quandoquidem eius cognitio à cognitione actuum interiorum sit pendenda: quos sanè magna est difficultas laborque interno scerè & perscrutari. Est insuper etiam notitia haereticis interdum pendenda ex notitia plenae & semiplenae deliberationis, ac discriminis inter eas: quod vt constat, theologis cognitu difficilissimum est. ¶ Quo fit, vt non cuius homini

Corollarium.

contingat haeresin posse examinare, & de hac re iudicium facere: hoc enim munus doctissimorum hominum est, & illorum qui in dignoscendis actibus interioribus plurimum exercitati sunt, & feliciter infudarūt. Vnde optimè factum est, quòd ab haeretica prauitatis inquisitoribus, patribusque fidei nostrae cum magna laude obseruari videmus, vt his dubijs explicandis atque cognoscendis haereticis, in suum consilium asciscere doctiores theologos & aduocare soleat. ¶ Quòd verò huic materiae finem imponamus, obseruare nos oportet, eum sanè pertinacem esse, qui his, quae semel ab ecclesia definita sunt, repugnat & contradicit: esto dicat se esse paratum corrigi per ecclesiam aut concilium, vt quamplurimi Lutherani ante concilij congregationem distabant. Si quidem ecclesia de more non habet, vt quae semel statutò decreta sunt, iterum in quaestione verret, vt liquet ex Leone papa epistola. 22. qui scribens Martiano Augusto de his quae in concilio Chalcedonensi agenda erant, ita ait. Per dominum nostrum Iesum Christum, qui regni vestri est autor & rector, obtestor & obsecro clementiam vestram, vt in praesenti synodo fidem, quam beati patres nostri ab apostolis sibi traditā, praedicauerunt, non patiamini quasi dubiam retractari: & quae olim maiorum sunt autoritate damnata, rediuis non permittatis conatibus excitari. Hæc illi. & idem docet epist. 52. ad Leonem Augustum. Hoc etiam docet Gelasius papa, & habetur. 24. quæst. 1. cap. Maiores. Maiores nostri (inquit) diuina inspiratione cernentes, necessario praecauerunt, vt quod contra vnamquamq; haeresin coacta semel synodus pro fidei communiōe, & veritate catholica atq; apostolica promulgasset, non sineret nouis post hæc tractationibus mutari: ne prauis occasio preberetur. De hac re dicta sufficiant: alias verò difficultates ad haeresin pertinentes, licebit videre. 2. 2. quaest. 11.

Obserua. hinc.

Papa Leo.

Gelasius papa.

Q V A E S T I O X X X I I I.

De personis in speciali. Et primo circa personam patris.



Consequenter considerandum est de personis in speciali. Et primo circa personam patris. ¶ Circa quam quaeruntur quatuor. Primo, utrum patri competat esse principium. Secundo, utrum persona patris proprie significet hoc nomine pater. Tertio, utrum per prius dicatur in diuinis pater, secundum quod sumitur personaliter, quam secundum quod sumitur essentialiter. Quarto utrum sit proprium patri esse ingentum.

Articulus primus.

Utrum competat patri esse principium.



Primum sic proceditur. Videtur, quod pater non possit dici principium, filij, vel spiritus sancti. Principium enim, & causa idem sunt secundum phil. Sed non dicimus patrem esse causam filij. Ergo non debet dici quod sit eius principium. ¶ Prae. Principium dicitur respectu principiatum. Si igitur pater est prin-

cipium filij, sequitur filium esse principium, & per consequens esse creatum. Quod videtur esse erroneum. ¶ Prae. nomen principij, a prioritate sumitur. Sed in diuinis non est prius & posterius, ut Athanasius dicit. Ergo in diuinis non debemus uti nomine principij. ¶ Sed contra est quod dicit Augustinus in quarto de tri. Pater est principium totius deitatis. ¶ Respondeo dicendum, quod hoc nomen principium nihil aliud significat quam id a quo aliquid procedit. Omne enim a quo aliquid procedit quocumque modo, dicitur esse principium, & e converso. Cum ergo pater sit a quo procedit alius, sequitur quod pater sit principium. ¶ Ad primum ergo dicendum, quod graeci utuntur in diuinis indifferenter nomine cause, sicut & nomine principij. Sed latini Doctores non utuntur nomine cause, sed solum nomine principij. Cuius ratio est, quia principium comitatus est causa, sicut causa comitatus est elementum. Primus enim terminus vel etiam prima pars rei dicitur principium, sed non causa. Quanto autem aliquid nomen est communius, tanto convenientius assumitur in diuinis, ut supra dictum est. Quia nomina quanto magis specialia sunt, tanto magis determinant modum convenientem creaturae. Vnde hoc

Commentarium.



Espondet diu. Th. affirmante conclusionem. Patri, scilicet, competit esse principium. Quia initio probat hac ratione. Principium (ut constat ex Arist. metaph. tex. 1.) secundum vnam eius significationem, ex pluribus quas ibi assignat, sic definitur. Principium est id, ex quo aliquid est: ut ex patre & matre, filius: & belium ex conuicio (Aristot. exempla sunt eo loco) sed filius est ex patre eterno iuxta illud symbolum, ex patre natum ante omnia secula: ergo pater est principium filij. Fulcit etiam eadem conclusio Augustini. Florentino sessione vltima, quod sic habet. Ex patre simul & filio, & ex utroque eternaliter, itaquam ab vno principio. Et idem habetur capit. vnico de summa trinit. & fide catholica in sexto. ¶ Aduersus tamen conclusionem diu. Th. argumentatur. Principium dicitur a prioritate, at in diuinis non est prius neque posterius (ut patet ex simbolo Athanasij) ergo in diuinis non est principium. ¶ Responder diuus Th. negando consequentiam: quia non est idem, quod significat nomen, & id ad quod nomen impositum est, ut sepe diximus. ¶ Secundo, si pater esset filij principium, ipse filius esset principatus, ac perinde creatus, quod sane est error. Negat diuus Th. collectionem in responsione ad secundum: quia nomen principiatum videtur importare subiectionem, aut iniectionem, que filio quidem & spiritui sancto repugnat quemadmodum testatur Hilario 9. de trinitate, pagina. 181. in editione nostra, haec collectio non valet. Pater est maior filio autoritate donatus, ergo filius est minor patre. Hilarij verba sunt: donatus autoritate pater maior est, sed minor non est filius, cui vnus esse donatur. ¶ Et etiam, ut docet Magister sententiae in 1. dist. 29. ista consequentia nulla est: filius est ex principio, ergo habet principium. Quoniam sensus huius videtur esse quod aliquando inceperit. Observandum tamen, doctores graecos fatent filium & spiritum sanctum principiatos: quod tamen non est in vltimo doctoribus latinis, ne detur occasio Arrianis existimandi ipsos esse creaturas. ¶ In presentia occurrunt aliquot dubia disputanda ad explanationem litterarum. Primum est, an sit concessum quod pater sit principium totius deitatis.

Conclusio

Conclusio d. Th. de fide de trinitate.

1. Argumentum.

Responsio.

2. Argumentum.

Responsio.

Dubium.

& ostendimus, id minimè esse concedendum: bene enim colligitur. Pater est principium totius deitatis, ergo deitas procedit à patre: at in deo nulla alia processio est præter generationem, & spirationem, veliquæ ex præcedentibus, ergo deitas generatur, vel spiratur, & procedit: quod est erroneè fateri, vt constat ex definitione concilij Lateranensis, cuius verba citauimus quæstio. præcedenti articulo. Item, quia si pater esset principium totius deitatis, esset principij sui ipsius: quod pugnat. ¶ Dicunt aliqui August. vti nomine essentia in abstracto, pater nomine personæ in concreto, hoc est, pater est principium trium personarum. Profecto sententia hæc defendi non potest, quia pater non est principium sui ipsius, sed filij, & spiritus sancti. ¶ Verba igitur August. iuxta hunc sensum interpretanda sunt, id est, pater est principium filij, & spiritus sancti, in quibus tota diuinitas est, & isto modo præterat Magister sentent. in. 1. dist. 29. in principio illius. In hunc etiam modum sunt explicanda verba concilij Toletani texti, vbi dicitur quod pater est principium & origo deitatis. ¶ Porro secundum dubium est, vtrum pater sit autor filij, & filius spiritus sancti. Hilarius. 4. de trinita. non longe à principio libri vocat patrem autorem filij: sed diuus Thom. in. 1. sentent. dist. 29. quæstion. 1. articulo. 1. dicit filium non esse autorem spiritus sancti, esto pater sit autor filij: quia de ratione autoris est (inquit) quod sit principium, non de principio: filius autem est de principio: scilicet de patre: verum hoc dixit diuus Thom. in scriptis, & non in summa: & existimamus eius sententiam non esse tenendam, siquidem pater meus est autor mei, & est ab alio principio. Neque est contra auctoritatem sanctorum, appellare filium autorem: nam Hilarius. 2. de trinitate. inquit, à patre & filio autoribus constitendus est spiritus sanctus. & secundum prioriam & germanam significationem, qua hoc nomine Cicero, & alij viri latinissimi videntur, filius verè est autor spiritus sancti: & si non auctor ab augeo pro eo qui auget: longe enim inter sese hæc differunt nomina. Autor verò vt dicitur de filio, sine c. scribendum est, ita enim scriptum, significat eum, qui aliquid facit, aut producit, vnde poeta, ceterique operum conditores dicuntur auctores. De quo nomine vall. libro. 4. capite. 3. & libro. 5. capite. 30.

Aliquo vti responso.

Reprobatur.

Augustini verbis.

Dubium.

¶ Tertia verò dubitatio est, an pater sit causa filij, & filius spiritus sancti. Responderet sanctus Thom. ad primum, partem negantem, cuius rationem assignat, quoniam nomen causæ videtur importare diuersitatem substantiæ, & dependentiam alicuius ab altero, quam non importat nomen principij. hæc sanctus Thom. ¶ Et potest nimirum id probari: nam pater in nullo genere causa est filij: ergo non est causa filij. Assumptum autem ostenditur, quia non in genere causa materialis, neque formalis, vt satis notum est, necque finalis: immo etiam præstantior est his que sunt ad finem, ex Arist. 1. magnorum moralium capite. 3. & alibi: & pater non est præstantior neque perfectior filio: neque ad ipsum partem filij ordinatur, vt mediū ad finem. Insuper, neque pater est causa filij in genere causæ efficietis: immo enim filius est effectus & factus: quod aduersatur illi quod habetur in symbolo: genitum, non factum. Consimili modo probabitur, quod filius non sit causa spiritus sancti, de quo etiam habetur in symbolo Athanasij: spiritus sanctus à patre & filio non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. ¶ Verus, si concederetur patrem esse causam filij, & filium spiritus sancti, cum causa & effectus relate dicantur, oporteret fateri filium & spiritum sanctum esse effectus, ac perinde creaturas: quod est Pelagianum, & contra symbola citata. ¶ Sed in assertionem præfaram surgimus: in initio, Principium & causa pro eodem sumuntur: at pater est principium filij, & filius spiritus sancti: ergo pater est causa filij, & filius spiritus sancti. Negamus maiore: quinimodo ea maxime inter se dissident iuxta Arist. doctrinam. metaph. qui à textu. 1. vlt. ad quintum dist. ferit de principio, causa, & elemento, tanquam de rebus diuersis. Quandoquidè (vt ex Arist. in eodem loco elicitur) ipsa inter se comparantur, vt inferior & superior. Omne namque quod est elementum est causa, non vice versa: & quicquid est causa est principium, non e contrario: quoniam locus seu terminus, à quo incipit motus, est eius principium, sed non causa. Rursum, causa efficiens & finis non est elementum, siquidè duntaxat causa in trinitate, vltima respectu syllaba est elementum. ¶ Secundo efficacius opponimus sancti & doctores appellat patrem causam filij, & filium spiritus sancti: ergo sine quocumque scrupulo atque intrepide possumus appellare patrem causam filij, & filium spiritus sancti.

3. Dubium

Responsio.

1. Probatis

2. Probatur

Primum argumentum contra assertionem.

Solutio.

2. Argumentum quod difficultate continet non parat.

Antecedens probamus de Damasceno lib. 1. cap. 8. & 11. vbi dicit, quod pater est causa filij, & filius est ex hac causa: & etiam omnes alij sancti & grati doctores vocant patrem causam filij, & filium spiritus sancti, vt aperte docet definitio concilij Florentini super allegati, cuius verba sunt: ¶ Declarantes, quod id quod sancti doctores & patres dicunt, ex patre per filium procedere spiritum sanctum, ad hanc intelligentiam tendit: vt per hoc significetur, filium quousque esse secundum grecos quidem causam: secundum Latinos vero, principium substantiæ spiritus sancti: sicut & patrem. Item August. 7. de tri. cap. 1. loquens de patre dicit. Illud quod est causa illi vt sit: est ei causa vt sapiens sit. & Hieronymus ad Ephes. cap. 3. in explicatione illius verbi, ex quo omnis paternitas, sermonem factens de Deo ait. Sui origo est, suæque causa substantiæ: ¶ Videlicet respondebimus, grecos indiscriminatim nuncupare patrem principium aut causam filij, pariterque filium respectu spiritus sancti: vt aperte probatur est. Sed nobis procul dubio id non licet, ne contraire videamur doctoribus & sanctis (latinis inquam) propter rationes, quas assignauimus in probatione assertionis sancti Thome. ¶ Neque nobis fas est, nouum nomen inducere in diuinitis propria auctoritate: quod fieri profecto nequit sine magna temeritate & erroris periculo: vt antea quæstione præcedenti articulo diximus. Er ad Hieronymum & August. asserimus, eos nequaquam nominasse patrem causam filij, neque filium spiritus sancti: sed loquentes de diuinis vobis fuisse nomine causæ, non pro causa quæ effectum producit, sed pro ratione aut causa cognoscendi: vt cum fateamur dei immutabilitatem esse causam eius eternitatis: quoniam deus est æternus, quia est immutabilis: & cognoscimus ipsum esse æternum, quoniam immutabilis est. Nunquam igitur latini doctores vocant patrem causam filij, aut filium spiritus sancti: quod si semel aut bis ita factum conspiceremus, non propterea id nobis liceret. ¶ Obseruandum tamen maxime in præsentia, quod semper sanctorum verba explicanda nobis sunt iuxta catholicum sensum: sed interdum nobis non permittitur vti eorum loquutionibus, ne deus occasione simplicibus errandi, quæ ne utiquam ipsi suo tempore deriderent: oportet enim tempori nos frequenter accommodare. De quo genere loquutionum est illa præfata Augustini loquutio, pater est principium

Diffinitio concilij Florentini.

August.

Hierony.

Responsio notanda.

Aduerte.

Responsio ad testimonium Hierony. & August.

Obserua.

totius deitatis, quæ exponenda est iuxta sensum assignatum. De quo etiam genere est illud Hieronymi testimonium, Deus est causa suæ substantiæ: quod quidem secundum negationem accipi potest: id est, deus profusus non habet, neque habere potest aliam causam. Quorum verborum intelligentia sumitur ex præcedentibus & sequentibus. Sic autem Hieronymus habet. Deus verò, qui semper est, neque habet aliunde principium, & ipse sui origo est, suæque causa substantiæ, non potest intelligi aliunde habere quod subsistit. Explicanda sunt itidem verba Hilarij. 4. de tri. vbi supra: quo in loco ait, filij originem esse ab initio, & ipsum non esse ab initio: sed ab initiabili. Quæ in hunc sensum intellige: hoc est, filius & eius origo est à patre, qui est initium, & omnium principium ingentium, atque initiabile: sed ipse filius principium aut initium non habet. Nam qui diceret filium habere principium aut initium, innueret (vt diximus) illum incepisse. & isto modo intelligit hæc Hilarij verba Magister sentent. loco citato. ¶ Tandem vt finem huic articulo imponamus, nota, quod sicut pater est principium filij, & filius spiritus sancti, ita spiritus sanctus, & pater, ac filius sunt creaturarum principium. Verum principij nomen, vt dicitur de Deo respectu creaturarum, & respectu patris & filij, non vniuocum planè est, sed analogum: vt docet sanctus Thome in. 1. dist. 29. quæst. 1. art. 2. Primarium enim significat patrem, vt est principij filij: & patrem ac filium, vt sunt spiritus sancti principium: & secundario significat Deum, vt est creaturarum principium vniuoce tamen conceptum. Vt ens vniuoce conceptum significat Deum & creaturam (vt ostendimus in opusculis quæstion. 14. libri. 1. ac proximè æquiuocum non est, vt ibidem affirmat sanctus Thomas.

Articulus secundus. Vtrum hoc nomen pater, sit nomen proprie diuine persone.



Secundum sic proceditur. Videtur quod hoc nomen pater, non sit proprie nomen diuini.

diuinę personę. Hoc enim nomen pater significat relationem. Persona autem est substantia indiuidua. Non ergo hoc nomen pater est proprię nomen significatiuę personę.

¶ Pręterea, Generans communius est quā pater. Nam omnis pater est generans, sed non e conuerso. Sed nomen communius magis proprię dicitur in diuinis, vt dictū est. Ergo magis proprium est personę diuinę generas, & genitor, quā pater. ¶ Pręter. Nihil quod secundū metaphoram dicitur, potest esse nomen proprium alicuius. Sed verbum metaphoricę apud nos dicitur genitum vel proles. Et per consequens ille cuius est verbum metaphoricę dicitur pater. Non ergo principium verbi in diuinis potest proprię dici pater.

¶ Pręter, Omne quod dicitur in diuinis, per prius dicitur de deo quā de creaturis. Sed generatio per prius videtur dici de creaturis quam de Deo. Verior enim ibi videtur esse generatio, vbi aliquid procedit ab alio distinctum, non secundum relationem tantum, sed etiam secundum essentiam. Ergo nomē patris, quod à generatione sumitur, non videtur esse proprium alicuius diuinę personę.

¶ Sed cōtra est quod dicitur in ps. Ipse inuocabit me, pater meus tu.

¶ Respondeo dicendum, quod nomē proprium cuiuslibet personę signi-

ficat id per quod illa persona distinguitur ab omnibus alijs. Sicut enim de ratione hominis est anima & corpus, ita de intellectu huius hominis est hæc anima, & hoc corpus, vt dicitur in 7. meta. His autē hic homo ab omnibus alijs distinguitur. Id autem per quod distinguitur persona patris ab omnibus alijs est paternitas. Vnde proprium nomen personę patris est hoc nomen pater, quod significat paternitatem.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod apud nos relatio non est subsistens persona. Et ideo hoc nomen pater, apud nos non significat personā, sed relationem personę, nō autem est ita in diuinis, vt quidam falsō opinati sunt. Nam relatio quam significat hoc nomen pater, est subsistens persona. Vnde supra dictū est, quod hoc nomen persona in diuinis significat relationem, vt subsistentem in diuina natura.

¶ Ad secundum dicendum, quod secundum philosophū in secūdo de anima, denominatio rei maximē debet fieri à perfectiōe, & sine. Generatio autem significat vt in fieri. Sed paternitas significat complementum generationis. Et ideo potius est nomen diuinę personę pater, quā generans vel genitor.

¶ Ad tertium dicendum, quod verbum non est quid subsistens in natura humana, vnde non proprię potest dici genitum, vel filius.

sed

Sed verbum diuinū est aliquid subsistens in natura diuina. Vnde proprię & non metaphoricę dicitur filius, & eius principium pater.

¶ Ad quartum dicendum, quod nomen generationis, & paternitatis, sicut & alia nomina quę proprię dicuntur in diuinis, per prius dicuntur de deo quā de creaturis, quantum ad rem significatam, licet non quantum ad modum significandi. Vnde & Apostolus dicit. Ad Ephē. tertio. Flecto genua mea ad patrē domini mei Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælo, & in terra nominatur. Quod sic apparet. Manifestum est enim, quod generatio accipit speciem à termino, qui est forma generati. Et quantum hic fuerit propinquior formę generantis, tantō verior & perfectior est generatio. Sicut generatio vniuoca est perfectior, quā non vniuoca. Nam de ratione generātis est, quod generet sibi simile secundum formam. Vnde de hoc ipsum quod in generatione diuina est eadem numero forma generātis & geniti (in rebus autē creatis non est eadem numero, sed specie tantum) ostendit quod generatio, & per consequens paternitas, per prius sit in deo quā in creaturis. Vnde hoc ipso quod in diuinis est distinctio geniti à generante secundum relationem tantum, ad veritatem diuinę generationis, & paternitatis pertinet.

Commentarium.



Væstiōis titulus hoc pacto intelligitur, scilicet, an hoc nomen pater conueniat ita primę personę, vt non secundę, neque tercię. Respōdet sanctus Th. affirmante conclusionē.

Conclusio.

¶ Nomen pater est propriū primę personę, quia nomen propriū cuiuslibet personę significat id, per quod vna psona distinguitur ab alijs: & nomen pater significat paternitatem, per quā prima persona distinguitur à filio, & spiritu sancto. ¶ Aduersus conclusionem obijcimus. Pater vnicō conceptu significat primam personam, & patrem in humanis: ergo non est proprium primę personę. Respōdemus negādo consequentiā: id etem vult sanctus Th. quod nomen pater sumptum in propria significatione, & vt dicitur de deo, solum competit primę personę. ¶ Ad cuius maiorem declarationē, oportet recollere ea, quę sanctus Th. docet quæst. 13. art. 5. cuius hoc loco meminim etiam ad quartū, & nos latius explicam⁹. 14. quæst. opuscul. dubio. 4. videlicet, omnia nomina quę de Deo & de creatura dicuntur esse analogā, quę primariō significant Deum, secundariō creaturam. ¶ Quocirca hoc nomen pater analogum est, quod primariō significat patrem æternum, secundariō verō patrē in humanis. Nomen igitur pater secundū primarium significatum est proprium diuinę personę: esto si complexum suę significationis respicias, sit commune deo & creaturis.

Obiectio.

Salutur.

Recole 2

Corollarium.

¶ In responsione ad primum docet. d. Tho. hoc nomē pater, vt dicitur de creaturis, nō significare formaliter personam, sed relationem personę: verū vt de deo prædicatur, non solum formaliter dicit relationē personę, sed personam ipsam: quia importat relationem paternitatis, & ipsa paternitatis relatio, est persona patris per se subsistēs. ¶ In responsione ad secundū dicit, quod hoc nomē generas vel genitor proprię enūntiantur de patre æterno, sed magis proprię hoc nomē pater: quia generans & genitor significant generationem in actu & in fieri (inquit sanct⁹ Tho.) pater verō præsupponit generationē iam perfectā: qualis est diuina generatio. ¶ Ad tertium, litera satis perspicua est ex his quę diximus de verbo quæstion. 27. art. 1. & alijs.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum ¶ Sed ad quartum, inquit difficultatē maximē cognitione dignam: an videlicet omnis creatura paternitas nominetur ex diuina paternitate: vt videtur velle Paulus ad Ephe. 3. flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in caelo & in terra nominatur. Et quoniam eadem est difficultas de quacūque alia creatura perfectione, quae de paternitate, (supponimus in praesentia, relationē nū creatam, tum increatam importare perfectionē, vt ostendimus.) ¶ Dubitamus meritō an quāvis natura perfectio, ex diuina perfectione nominetur. Vt scientia creaturae, ex scientia Dei: & iustitia creaturae, ex iustitia Dei: & de reliquis perfectionibus eodē modo. ¶ Et argumentamur contra partem affirmantem. Omne quod denominat aliud est forma eius: at diuina perfectio nequit esse forma creaturae perfectionis, ergo haec ex illa denominari nequit. Quo huic quaestioni aperte satisfaciamus meminisse opus est quae diximus illo dubio quaestio. 14. opusculi. Et constituimus aliquot assertiones, quarū prior

Dubium.

Argumentum partem negantem.

1. Assertio.

2. Conclusio.

Probatio prima.

Secunda ratio.

fit. ¶ Deus in se eminenter continet omnium creaturarum perfectiones: quoniam nemo dat quod non habet, & ipse oēs creaturas, & earū perfectiones, producit. Et hoc est quod psalmographus diuino percitus spiritu docet, dū ait. Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite: qui plātauit aurē, nō audierat: aut qui finxit oculum, nō considerat? Hoc eodem argumento. Deus omnipotēs Esaię vltimo probat se generare filiū, quē habet: Nūquid ego (inquiens) qui alios parere facio, ipse nō pariam, dicit dominus? Si ego qui generationem ceteris tribuo, stertilis ero? Et adde quōd perfectiones illę quę eminenter continentur in Deo, sunt ipsa diuina essentia, & idē, atq; exemplaria, ad quorum imitationem Deus producit creaturas cū illarū perfectionibus, vt quāmlatissimē expositum est quaest. 15. ¶ Secunda assertio. Qualibet creatura perfectio est similitudo & signum diuinae perfectionis, quod ipsam exprimit & repraesentat. Quā probamus, quia est eius effectus, & omnis effectus est similis suae causae: siquidem omne agens producit sibi simile, teste Arist.

perfectionem: vt perfectio literarum, scribē imaginis verō, pictoris indicat perfectionem. Quod experientia communi nobis constare potest, cū primū enim chartam lineis bene compositis, literisq; integris expōlitisq; exararam conspiciamus, laudem profectō maximā scriptori tribuimus: cū tabulam graphicē depictam, atque ad viuū delineatam oculis nostris quis obrulerit, statim pictoris artem admiramur & extollimus. At omnes creaturae sunt dei opera, vniuersa operatus est dominus, prouerb. 16. ergo earum perfectiones, diuini illius maximiq; artificis expriment perfectionem.

¶ Hinc ortum habet, quōd per creaturas, & earum inter se concinnū ordinem & harmoniam, bonitatem, perfectionem, virtutesq; illarum admittendas, homo ducatur in dei conditoris sui cognitionem. Ex pulchritudine enim corporum caelestium, dei pulchritudinem contemplanur: iuxta illud. Caeli enarrant gloriam Dei Psal. 18. Et ex magnitudine creaturae, dei magnitudinē cognoscimus: iuxta illud sapient. 13. à magnitudine enim speciei & creaturae, cognoscibiliter poterit horū creator videri. & paulo superius. vni autē sunt omnes homines in quibus non subest scientia dei, & de ijs, quae videntur bona, non poterunt intelligere eum, qui est, neque operibus artedentes agnouerūt quis esset artifex. & post pauca. Si specie delectati, deos putauerunt, sciant quantū his dominator eorum speciosior est: speciei enim generator haec omnia constituit. Aut si virtutem & opera eorum mirati sunt, intelligant ab illis, quoniam quihęc fecit fortior est illis. & hoc est quod dicit Paulus ad Rom. 1. Inuisibilia dei &c. Cuius etiam nos meminisse debere, docet Iob dicens capite. 12. Nimirum interroga iunē ra, & docebunt te: & volatilia caeli, & indicabunt tibi: loquere terrae, & respondebit tibi, & narrabunt pisces maris. Quis ignorat, quōd omnia haec manus domini fecerit? ¶ Tertia assertio quaestioni respondens. Quę cūque creatura perfectio, nominatur ex Dei perfectione, quae sibi correspondet. Quam probamus: quia paternitas creaturae nominatur ex diuina paternitate: iuxta Paulum. & cū non sit potior ratio de paternitate, quā de alia perfectione quacūque, omnis nominatur ex perfectione diuina, quę sibi correspondet. vt scientia creaturae, ex scientia dei: & sic de reliquis. ¶ Porro du-

Illatio.

3. assertio.

Dubium.

bium est, quonā pacto intelligi debeat haec assertio: & cur omnis creaturae perfectio, dicitur nominari ex diuina perfectione. ¶ Sit itaque quarta assertio, ad huius dubij explanationem. Quāvis creaturae perfectio, dicitur nominari ex diuina perfectione: quoniam sortitur & accipit nomen ab ea, propter innatam similitudinem quam habet cum illa. vt creaturae paternitas est paternitas, & sic appellatur, quia est similitudo paternitatis diuinae. Sicut enim diuina paternitas refert patrem diuinum ad filium suum aeternum: ita quoque humana paternitas, patrem creatum ad filium suum. & hoc nomen paternitas, primō significat paternitatem diuinam, secundō humanam: ob similitudinem quā haec ab illa derivatam obtinet. Atque eadē prorsus ratione, scientia creaturae nuncupatur scientia, quōd diuinae scientiae refert similitudinem. Atque hoc nomen scientia, primitus significat aeternam, deinceps verō creaturae scientiam: quoniam eius praefert similitudinem. ¶ Sed aduersus assertionem hanc insurgimus, quando institutor imposuit nomen scientia ad significandum creaturae scientiam, non meminuit diuinam: ergo non significat creatam scientiam propter similitudinem à diuina. Consimile argumentum fecimus art. 1. quaest. 27. disput.

Argumentatio.

Responsio.

1. Causa.

2. Causa.

3. contra primam assertionem. ¶ Respondemus igitur, quōd si argumentum hoc esset alicuius robotis, etiā probaret nomen scientia non significare diuinam scientiam: quia institutor non meminuit illius, cū imponeret hoc nomen ad significandum. ¶ Item respondemus negando consequentiā, etenim asserimus nomen scientia significare creatam, propter similitudinem quam habet cū diuina, duabus de causis: prima, quia si creaturae scientia non esset similitudo diuinæ, hoc nomen non significaret eam: siquidem institutum est ad significandum omnem rei euidenter cognitionem: & si creaturae scientia non esset similitudo diuinæ, minimē esset rei euidens cognitio. Altera causa est, quod haec vox excogitata est ad significandum (vt diximus) omnem rei euidenter cognitionem: & quoniam haec ratio perfectissimē reperitur in Dei scientia, & non ita perfectē in humana, sed veluti in similitudine & imagine illius, ob id praecipue significat diuinam, & minus principaliter humanam, quod illius sit quasi de prompta similitudo. ¶ Cōsimilis omnino ratio est de nomine paterni-

tatis, ad inuentum scilicet fuisse, quo significaretur relatio quae refert patrem ad filiū: & quoniam haec ratio maximē proprie inuenitur in diuina paternitate, non ita proprie in humana, sed tanquam in illius transumpta similitudine, propterea primariō significat diuinam: deinde humanā, propter similitudinem quam habet ad illam. Quōd si illa non esset huius similitudo, profectō nomine paternitatis non significaretur. De alijs nominibus analogis quae conditoris Dei & creaturae expriment perfectionem, eadē habenda est consideratio. ¶ Ad summam igitur, quae dicta sunt perscrutantes asserimus hoc tanquam firmum, quod creaturae paternitas sic nominatur, quia est similitudo paternitatis diuinæ: quemadmodū verbis superius allegatis constitit inuuisse Paulum: & pater in humanis copellatur pater, quia est patris aeterni similitudo: & filius creatus eam habet nomenclaturam, ob eam quidem similitudinem quam cum filio aeterno obtinet. Demum generatio creaturarum generatio est & nuncupatur. quoniam est similitudo eterne atque diuinae generationis. ¶ Verum enim vero obseruandum diligenter est hinc ortum habuisse, omnes creaturas producere sibi similes, atque ad hoc maximo ferri appetitū & desiderio, vt assimilentur deo in hoc: videlicet quod quemadmodum deus generat & producit filium sibi similem, sic etiā ipsae quo ad possunt, res sibi similes producant. Quā rationem si Arist. potuisset excogitare atq; adipisci, libentius assignaret, quā quae ab eo adducta est lib. 2. de anima text. 34. affirmat enim eo loco, omnia generare sibi similia, vt similitudinē consequantur cū prima causa in eternitate, saltem in suis effectibus: quando propter corruptionis principia, ipsa in aeternum seruati non possunt. ¶ Atqui vt omnia haec lucidiora fiant, norare oportuerit quae diuus Thom. in hac responsione ad quartum egregiē docet: hoc est, generationem patris aeterni qua filium suum vnicum Iesum Christum saluatorem nostrum gignit, esse propriorem & veriozem generationem creaturae: siquidem de ratione generationis est, quod generans producat sibi simile secundum formam atque naturam, quo ad fieri possit. Vnde. quantū natura geniti magis accedit ad naturam generantis, perfectior & magis propria generatio est: ac proinde generatio vniuersa p-

Nota.

Observanda.

annotatio.

Etior est æquiuoca: at in diuinis natura generati est eadem numero cum natura generantis: in creaturis verò duntaxat secundū speciem: igitur diuina generatio magis propriè generatio est, quàm creaturæ. ¶ Atque eodem argumento satis constat, patrem æternum esse magis propriè patrem, & filiū æternum magis propriè filium, quàm sint pater & filius in humanis: cū patris, qua pater est, sit communicare suam naturam filio: & filij, qua filius est, recipere ex generatione naturam patris: & planè pater æternus communicat suo æterno filio eandem numero naturam, quam habet: in humanis verò minime, nisi secundū speciem. ¶ Quod dicit diuus Tho. nempe, nomina quæ significant Deum & creaturam, prius significant deū, quantum ad rem significatam, & non quantum ad modum significandi, explicatū est à nobis locis allegatis, & in responsione ad illud argumentum, quod proposuimus disput. 3. citata contra primam assertionem: ut superfluum sit hoc loco repetere.

Articulus tertius.

Verūm hoc nomen pater dicatur in diuinis per prius secundum quod personaliter sumitur.



D tertium sic proceditur. Videtur quod hoc nomen pater non dicatur in diuinis per prius, secundum quod personaliter sumitur. Commune enim secundum intellectū est prius proprio. Sed hoc nomen pater, secundum quod personaliter sumitur, est proprium personæ patris, secundum verò quod sumitur essentialiter est commune toti trinitati. Nam toti trinitati

dicimus, pater noster. Ergo per prius dicitur pater essentialiter sumptum quàm personaliter.

¶ Præterea, In his quæ sunt eiusdem rationis, non est prædicatio per prius, & posterius. Sed paternitas & filiationis, secundum vnā rationem videntur dici, secundum quod persona diuina est pater filij, & secundum quod tota trinitas est pater noster, vel creaturæ, cū secundum Basilium accipere sit commune creaturæ, & filio. Ergo non per prius, dicitur pater in diuinis, secundum quod sumitur essentialiter, quàm secundum quod sumitur personaliter. ¶ Præterea, Inter ea quæ non dicuntur secundum rationem vnā, non potest esse comparatio. Sed filius comparatur creaturæ in ratione filiationis, vel generationis, secundum illud Col. primo, qui est imago dei inuisibilis primogenitus omnis creaturæ. Ergo non per prius, dicitur in diuinis paternitas personaliter sumpta quàm essentialiter, sed secundum rationem eandem.

¶ Sed contra est, quod æternum prius est temporali. Ab æterno autem deus est pater filij, ex tempore autem pater est creaturæ. Ergo per prius dicitur paternitas in deo respectu filij, quàm respectu creaturæ.

¶ Respondeo dicendum, quod per prius dicitur nomen de illo in quo saluatur tota ratio nominis perfectè, quàm de illo in quo saluatur secundum ali-

aliquid. De hoc enim dicitur quasi per similitudinem ad id in quo perfectè saluatur, quia omnia imperfecta sumuntur a perfectis. Et inde est quod hoc nomen leo per prius dicitur de animali in quo tota ratio leonis saluatur, quod propriè dicitur leo, quàm de aliquo homine in quo inuenitur aliquid de ratione leonis, ut puta audacia, vel fortitudo, vel aliquid huiusmodi. De hoc enim per similitudinem dicitur. Manifestum est autè ex præmissis, quod perfecta ratio paternitatis & filiationis, inuenitur in Deo patre, & Deo filio, quia patris & filij vna est natura & gloria. Sed in creatura filiationis inuenitur respectu Dei, non secundum perfectam rationem, cū non sit vnā naturā creatoris & creature, sed secundum aliqualem similitudinem. Quæ quātō perfectior fuerit, tantō propinquius acceditur ad veram filiationis rationem. Dicitur enim de alicuius creature pater, propter similitudinem vestigiatam, utpote irrationalium creaturarum, secundum illud Iob. 38. Quis est pluuie pater, aut quis genuit stillas roris? Alicuius verò creature scilicet rationalis, secundum similitudinem imaginis, secundum illud Deuter. 32. Nonne ipse est pater tuus, qui possedit, & fecit, & creauit te? Aliquorum verò est pater secundum similitudinem gratiæ. Qui etiam

dicuntur filij adoptiui, secundum quod ordinantur ad hereditatem eterne gloriæ per munus gratiæ acceptum; secundum illud. Rom. 8. Ipse spiritus reddit testimoniū spiritui nostro, quod sumus filij Dei. Si autem filij & heredes. Aliquorum verò secundum similitudinem gloriæ, prout iam gloriæ hereditatem possident; secundum illud. Ro. 5. Gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Sic igitur patet quod per prius paternitas dicitur in diuinis secundum quod importatur respectus personæ ad personam, quàm secundum quod importatur respectus Dei ad creaturam. ¶ Ad primum ergo dicendum, quod communia absolute dicta secundum ordinem intellectus nostri sunt priora quàm propria, quia includuntur in intellectu propriorum, sed non e conuerso. In intellectu enim personæ patris intelligitur Deus, sed non conuertitur. Sed communia quæ important respectum ad creaturam, per posterius dicuntur quàm propria, quæ important respectus personales: quia persona procedens in diuinis procedit ut principium productionis creaturarum. Sicut enim verbum conceptum in mente artificis per prius intelligitur procedere ab artifice, quàm artificiatum quod producitur ad similitudinem verbi concepti in mente: ita per prius procedit filius à patre quam creatura, de qua nomen filiationis

filiationis dicitur secundum quòd aliquid participat de similitudine filij vel patris: vt patet p illud quod dicitur Roma. 8. Quos præsciuit & prædestinavit fieri conformes imaginis filij eius. ¶ Ad secundum dicendum, quòd accipere dicitur esse commune creature & filio, non secundum vniuocationem, sed secundum similitudinem quandam remotam, ratione cuius dicitur primogenitus creature. Vnde in auctoritate inducta, subditur. Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus, postquam dixerat conformes fieri aliquos imaginis filij Dei. Sed filius Dei naturaliter habet quoddam singulare præ alijs, scilicet habere per naturam id quod accipit, vt idem Basilius dicit. Et secundum hoc dicitur vnigenitus, vt patet Ioan. 1. Vnigenitus qui est in sinu patris, ipse nobis enarrauit. Et per hoc patet solutio ad tertium.

Commentarium.



Notandum.

Vius quæstionis titulum dū aliqui conantur explicare, potius obscurant adductis quibusdam metaphysicis. Sed pro illius intelligentia aduertendum sanè est, nomen pater bifariam sumi: primo modo, vt significat Deum, quia pater est æterni filij sui Iesu Christi domini nostri, iuxta illud Pauli ad Ephes. 3. huius rei gratia flexo genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi: secundo, vt significat Deum, quatenus est creaturarum principium: in qua significatione vtitur Paulus. 1.

Corinth. 1. Pater misericordiarum & Deus, & c. Et primo modo sumptum nomen personæ est, quod duntaxat tribuitur primæ personæ, & eiusdem ad secundam dicit relationem. In altero significato est nomen essentia, conueniens eidem & tribus personis, vt producant creaturas; & importat relationem rationis ipsius Dei ad ipsas: quomodo accipitur in oratione dominica, Pater noster. ¶ Nunc igitur dicimus, sensum tituli non esse hunc: an. Deus prius fuerit pater beuedictissimi filij sui, quam principium creaturarum. Et enim nulli dubium esse poterat huiusmodi quæstio, quoniam fide factus constat, Deum ab æterno fuisse patrem, & quòd incepit aliquando esse principium creaturarum. Verùm germanus sensus tituli est, an hoc nomen pater præcipue significet Deum, vt est pater Iesu Christi domini nostri, quam ipsum Deum, vt est creaturarum principium. ¶ Et respondet partem affirmantem: quam probat in argumento ad oppositum hac ratione. Deus ab æterno fuit pater sui æterni filij, & incepit esse pater creaturarum in tempore, cum mundum creauit: ergo præcipue significat Deum, vt est pater æterni filij sui: quam vt creaturarum principium est. ¶ Sed hoc ipsum efficacius probat in corpore articuli, præmissa quòd nomen præcipue dicitur de eo, in quo reperitur perfecta & completa illius ratio, id est definitio: quam de illo in quo non reperitur, sed duntaxat quædam sui rationis similitudo. Vt nomen leo præcipue dicitur de leone vero, quam de homine, in quo inest quædam similitudo leonis: vt ferocitas, audacia, impetus. ¶ Modò argumentatur, in Deo, vt est pater æterni filij sui, reperitur perfecta ratio patris, quoniam pater, secundum suam propriam rationem & definitionem, is est, qui communicat filio naturam suam per generationem: & Deus per generationem comunicat æterno filio suam suam naturam, vt liquet ex præcedentibus: & in Deo respectu creaturarum non est hæc ratio, quando non communicat illis suam naturam diuinam: ergo nomen pater præcipue dicitur de Deo, & significat ipsum, quia est pater æterni filij sui: quam vt est principium creaturarum. ¶ Ceterum ad maiorem huius explicationem notandum est ex diuo Thoma quòd nomen pater illis duobus modis acceptum, non est vniuocum: nam significat Deum respectu optimi maximiq; filij sui secundum

Explicatur sensus quæstionis.

Conclusio sententiæ Thome affirmans. Ratio conclusio.

Suppositio.

Conclusio 2. conclusio 1. 2.

Annotatione sancti Thome ad maiorem prædicationem claritatis.

quodam propriam eius rationem, & definitionem, vt ostensum est, sed respectu creaturarum, significat ipsum, per metaphoram & similitudinem ad partem vterum. etenim sic patet dat esse filio, ita Deus creatura, & similiter nomen filij, in significando, vterum filium & creaturam, vniuocum: non est significat namque, proprium filium iuxta suam propriam rationem & definitionem: filius siquidem is est, qui recipit naturam à patre per generationem, quo pacto se habet æternus filius respectu patris, ita significat creaturam ipsam, in ordine ad Deum; per hanc metaphoram & similitudinem ad filium: quia quem ad modum filius recipit esse à patre, sic creatura à Deo. ¶ Quo fit, vt quando creatura similitudo ad Deum fuerit perfectior, tanto propius accedat ad veram rationem filiationis: & ad maiori ratione appellatur Deus eius pater. Nimirum irrationalis creatura deus dicitur pater, solum propter similitudinem vestigijs: sicut plura pater, Job. 38. quis est plaur pater? hominis vero dicitur pater, propter similitudinem imaginis Dei: 32. nonne ipse est pater tuus, qui possedit, & fecit, & creauit te? eorum autem, qui sibi grati sunt, pater est ob gratiam similitudinem ad Roma. 8. Ipse spiritus reddit te simonem spiritui nostro, quòd sumus filij Dei. Aliorum tamen, compellatur pater ex similitudine gloriæ ad Roman. 5. gloria mur in spe gloriæ filiorum Dei. ¶ Aduersus hæc assertionem, qua dicimus nomen filius, qua significat secundam personam respectu primæ, & creaturam respectu Dei, esse æquiuocum, argumentatur. Nomen filius vnica ratione ac definitione significat illa: ergo est vniuocum ad ea. Assumptum autem probamus: quia ratio filij & definitio, est accipere esse ab alio, & hæc ratio est communis creaturæ & filio Dei, creatura siquidem recipit esse à Deo, perinde ac filius æternus à patre. ¶ Huic argumento respondet sanctus Thoma ad secundum, quòd accipere esse ab alio est commune creaturæ & filio Dei, non secundum vnam rationem vniuocam, sed secundum similitudinem quandam remotam. ¶ Notandum tamen est, quòd sicut ens & esse sunt analogia Deo & creaturæ, vt supra explicauimus. 14. quæstio: 10. p. 1. sic etiam accipere esse ab alio, est quædam ratio communis filio Dei & creaturæ, non æquiuoca, sed analogia. Verùm quia per ea que sanctus Thoma dicit, non plene satisfactum est argumē

to, respondemus negando assumptum: & ad eius probationem negamus antecedens: quod videlicet ratio filij & definitio, sit accipere esse ab alio, sed est recipere per generationem, patris naturam: quod neutrumquam conueniens potest creaturæ respectu dei: esto enim creatura per creationem recipiat esse à deo, sed non diuinam naturam. ¶ Ceterum dubium est, an nomen filius, quatenus significat dei filium, & creaturam respectu ipsius Dei, sit verè æquiuocum: ita vt ea significet pluribus conceptibus, vt nomen homo, hōmīnem viuū, & pictum. Affirmatè respondemus, quod & probamus. Nomen homo (vt diximus loco allegato opuscul.) est verè æquiuocum, & pluribus conceptibus significat hominem viuū, & eius imaginē: quoniam ipsius definitio, quæ est animal rationale, conuenit viuō & non picto: sed filij definitio, quæ est recipere naturam patris per generationem, conuenit Dei filio (vt constat) & non creaturæ respectu Dei, non enim ea per creationem recipit naturam diuinam à Deo, sed tantum esse creatum, igitur pluribus conceptibus illa significat. Simile profus dicendum est de nomine pater in significando primam personam, qua est secundum principium: & ipsum deum, vt est creaturarum principium: siquidem eius definitio, quæ est communicare propriam naturam filio per generationem, competit primæ personæ respectu secundæ: & non Deo respectu creaturæ. ¶ Aduersus tamen hoc, extrahitur argumentum ex his que diximus in articulo hoc: scilicet, nomen principium, vt significat primam personam respectu secundæ, & primam & secundam respectu tertie, & vt significat Deum respectu creaturæ, esse analogum, & non æquiuocum, neque ea significare pluribus notitijs, vt ibidem diximus: ergo nomen pater consimili ratione est analogum: & non significat pluribus notitijs. ¶ Respondetur negando collectionem: neque esse parem rationem de nomine principium, & de nomine patris: quando principii definitio, quæ est dare esse alteri, vel ei tribuere originem, conuenit sanè primæ personæ respectu secundæ, atque deo respectu creature: etenim prima persona dat esse per generationem æterno filio suo, ceu ipse deus creaturæ: esto non sit omnimoda similitudo: verùm patris definitio, que (vt diximus) est communicare propriam naturam filio, conuenit primæ personæ respectu secundæ: vt li.

Dubium.

Responsio.

Argumentum.

Responsio.

ve liquet, non autem ipsi deo respectu crea- turæ. ¶ In responsione ad primum duo do- cedi diuis Thø annotatione digna: primū, quod absoluta & communia in diuinis, sūt priora secundum intellectum proprijs per- sonarum: & assignationem, quia illa in- eluduntur in intellectu istorum, & non vi- deantur: vt essentia, & deus, & reliqua at- tributa in patre, & non e disterfo ea sequi- dem sunt de intellectu & de ratione intrin- seca patris, & non e conseratio. Quod quide non parum refert ad cognoscendum, quan- do aliqua predicatio in diuinis sit essentia- lis, quando vero non: de quo agemus infra quaest. 49. ar. 6. ad. 2. & de disputatione vnica, quam sibi adducimus vt declaremus verba sancti Thø ad illud. 2. vbi asserit diuis Thø hanc predicationem esse per se, Deus est pater. ¶ Docet itidem secundo, quod pri- dicata communia, quæ significant relationē ad creaturas, vt eausa, creator, & iustificato- ri, sunt posteriora proprijs personarū: vt prius secundum modum intelligendi sunt pater, filius, & spiritus sanctus, quam deus sit creator & iustificato- ri: etiam si deus ab e- terno condidisset creaturas, & ratio quide est, quia diuina personæ sunt creaturarū principia: vt prius secundum rationē Deus est verbum, & verbi principium, quā crea- turarum principium. Sic enim verbum mentis artificis, prius procedit ab ipso arti- ficis, quā artificiatum, quia mediante ipso artificis verbo fit: sic etiam verbum diuinū patris prius procedit à Deo, quā ipse crea- turæ: quando quidem per illud sunt; iuxta illud Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt.

Obiectio. ¶ Contra hoc posset quis obijcere ex diuo Thø. in. 1. sentent. dist. 19. quest. 1. ar. 2. vbi ait, quod deus, vt est principium creatura- rum, prius secundum intellectum est, quā ipse Deus, quatenus est principium diuinæ personæ. Quia primo modo (inquit) princi- pium est essentiale toti trinitati conueniēs, & secundo modo est propriū: & essentia- lia sunt priora proprijs. hæc. d. Thø. in sum- ma. At primo modo, principium dicit re- spectum ad creaturam: secundo modo, ad personam diuinam: ergo diuina predicata, quæ dicunt relationem ad creaturas, sunt priora his quæ dicunt relationes ad perso- nas diuinas oppositum affirmat. d. Thom. in præsentia. ¶ Respondetur iuxta diuū Thø eo loco, quod verbum principii creaturarū, quæ est diuina essentia, prior est secundum

Responsio.

rationem personis: sed principium, vt im- portat respectum ad creaturas, posterius est. ¶ Secundo opponimus aduersus idem: De- 2. Ar. 2. n. m. producit verbum diuinum per notitiam creaturarum; iuxta diuū Thø doctrinam in- fertiūs, quaest. 1. 4. art. 1. ad. 3. & art. 3. ergo prius secundum modum nostrum intelli- gendi, intelligit creaturas, quā producat verbum: & ex consequenti hoc predicatū intelligens creaturas, quod est commune to- ti trinitati, & importat respectum ad ipsas, prius est, secundum intellectum, verbo ip- sa diuina: quod pugnatum doctrina diu- Thø in art. præsentia. ¶ Respondetur, quod doctrina diuū Thø est intelligenda de pra- dicationis diuinis, quæ dicunt relationes ad creaturas, quæ quide relationes consequun- tur actiones transeuntes, vt create: ar. hoc predicatum intelligens creaturas, dicit re- lationem ad creaturas, quæ consequitur ac- tionem immanentem ipsius Dei, quæ est intelligere. ¶ In litera huius responsionis ad primum ait sanctus Thom. quod persona procedēs in diuinis, procedit vt principiu productionis creaturarum: quod ex presel- lo differemus quaest. 4. ar. 6. vbi horū ver- borum intelligentia illustrior fiet. ¶ In res- ponsione ad secundum declarat testimo- nium Pauli ad Colos. 1. qui est imago inuisi- bilis Dei, primogenitus omnis creaturæ: Quod nos interpretati sumus quaest. 27. ar. 1. disput. 1. tertia parte disputationis, ad fi- nem illius.

2. Ar. 2. n. m.

Responsio.

Ad pri- mum.

Ad secu- dum.

Responsio.

Articulus quartus.

Utrum esse ingenitum sit patri pro- prium.



Quartum sic procedit. Vide tur quod esse ingenitum non sit patri propriū. Oīs enim proprietas ponit a- liquid in eo cuius est proprietas. Sed ingenitus nihil ponit in patre, sed remo-

remouet tantum. Ergo non signifi- cat proprietatem patris. ¶ Præterea, Ingenitum aut dicitur priuatiuè, aut negatiuè: si negatiuè tunc quicquid non est genitum po- test dici ingenitum. Sed spiritus sa- ctus non est genitus, neque etiam essentia diuina. Ergo ingenitū etiā eis conuenit. Et sic non est propriū patri. Si autem priuatiuè sumatur, cum omnis priuatio significet im- perfectionem in priuato, sequitur quod persona patris sit imperfecta, Quod est impossibile. ¶ Præterea, Ingenitus in diuinis nō significat relationem, quia non di- citur relatiuè. Significat ergo sub- stantiam: Ingenitus igitur & geni- tus secundum substantiā differunt. Filius autem qui est genitus nō dif- fert à patre secundum substantiā. Pater ergo non debet dici ingenit⁹. ¶ Præterea, Proprium est quod vni soli conuenit. Sed cum sint plures ab alio procedentes in diuinis, nihil videtur prohibere quin etiam sint plures ab alio non existentes. Non igitur est proprium patri esse inge- nitum. ¶ Præterea, Sicut pater est principium personæ genitæ, ita & personæ procedentis. Si ergo pro- pter oppositionem quam habet ad personam genitam, proprium pa- tris ponitur esse quod sit ingenitus, etiā proprium eius debet poni, quod sit improcessibilis. ¶ Sed contra est, quod dicit Hil. 4.

de trinita. Est vnus ab vno, scilicet ab ingenito genitus, proprietate vi- delicet in vnoquoque & innascibili- litatis & originis. ¶ Respondeo dicendum, quod si- cut in creaturis inuenitur princi- pium primum, & principium se- cundum: ita in personis diuinis in- quibus non est prius & posterius; inuenitur principium, non de prin- cipio quod est pater, & principiu à principio quod est filius. In reb⁹ autem creatis aliquod principium primū innotescit dupliciter. Vno quidem modo in quatum est prin- cipium primum, per hoc, quod ha- bet relationem ad ea quæ ab ip- so sunt. Alio modo in quantum est primum principium per hoc quod non est ab alio. Sic igitur & pater innotescit quidem paternitate, & communi spiratione per respectū ad personas ab eo procedentes. In quantum autem est principiu non de principio, innotescit per hoc quod non est ab alio: quod pertinet ad proprietatem innascibilitatis, quā significat hoc nomen ingenitus. ¶ Ad primum ergo dicendum, quod quidā dicunt quod innascibilitas quā significat hoc nomen ingenitus, se- cundū quod est proprietas patris, non dicitur tantum negatiuè, sed impor- tat vel vtrūque simul, scilicet quod pater à nullo est, & quod est principiu aliorum, vel importat vniuersa- lem autoritatem, vel etiam fonta- lem

lem plenitudinem. Sed hoc non videtur verum. Quia sic innascibilitas non esset alia proprietas à paternitate & spiratione, sed includeret eas sicut includitur proprium in communi. Nam fontalitas, & autoritas nihil aliud significant in diuinis quàm principium originis. Et ideo dicendum est, secundum Aug. in .5. de tri. quod ingenitum negationem generationis passiuè importat. Dicit enim quod tantum valet quod dicitur ingenitus, quantum valet quod dicitur non filius. Nec propter hoc sequitur quod ingenitus non debeat poni propria notio patris, quia prima, & simplicia per negationes notificantur. Sicut dicimus punctum esse cuius pars non est. ¶ Ad secundum dicendum, quod ingenitum quandoque sumitur negatiuè tantum. Et secundum hoc Hiero. dicit spiritum sanctum esse ingenitum. id est non genitum. Alio modo potest dici ingenitum aliquo modo priuatiuè. Non tamen aliquam imperfectionem importat. Multipliciter enim dicitur priuatio. Vno modo quando aliquid non habet quod natum est haberi ab alio, etiam si ipsum non sit natum habere illud, sicut si lapis dicatur res mortua, quia caret vita, quam quædam res nature sunt habere. Alio modo dicitur priuatio quando aliquid non habet quod natum est haberi ab aliquo sui generis, sicut si talpa dicatur cæca. Tertio modo quan-

do ipsum non habet quod natum est habere. Et hoc modo priuatio imperfectionem importat. Sic autem ingenitum non dicitur priuatiuè de patre, sed secundo modo, prout scilicet aliquod suppositum diuine nature non est genitum, cuius tamen nature aliquod suppositum est genitum. Sed secundum hanc rationem etiam de spiritu sancto potest dici ingenitum. Vnde ad hoc quod sit proprium soli patri, oportet vel tertius in nomine ingeniti intelligere, quod conueniat alicui personæ diuine, quæ sit principium alterius personæ, ut sic intelligatur importare negationem in genere principii personaliter dicti in diuinis. Vel ut intelligatur in nomine ingeniti, quod omnino non sit ab alio, & non solum, quod non sit ab alio per generationem. Sic enim nec spiritui sancto conuenit esse ingenitum, qui est ab alio per processionem, ut persona subsistens, nec etiam diuine essentie, de qua potest dici quod est in filio vel in spiritu sancto ab alio, scilicet à patre. ¶ Ad tertium dicendum, quod secundum Damascenum ingenitum vno modo significat idem quod increatum. Et sic secundum substantiam dicitur. Per hoc enim differt substantia creata ab increata. Alio modo significat id quod non est genitum. Et sic relatiuè dicitur eo modo quo negatio reducitur ad genus affirmationis, sicut non

non homo ad genus substantiæ, & non alium ad genus qualitatis. Vnde cum genitum in diuinis relationem importet, ingenitum etiam ad relationem pertinet. Et sic non sequitur quod pater ingenitus distinguatur à filio genito secundum substantiam, sed solum secundum relationem, in quantum scilicet relatio filij negatur de patre. ¶ Ad quartum dicendum, quod sicut in quolibet genere oportet ponere unum principium, ita in diuina natura oportet ponere unum principium quod non sit ab alio, quod in genitum dicitur. Ponere igitur duos innascibiles, est ponere duos Deos, & duas naturas diuinas. Vnde Hila. dicit in lib. de synodis. Cum vnus Deus sit, duo innascibiles esse non possunt. Et hoc precipue, quia si essent duo innascibiles vnus eorum non esset ab alio. Et sic non distinguerentur oppositione relatiua. Oportet igitur quod distinguerentur diuersitate nature. ¶ Ad quintum dicendum, quod proprietas patris, prout non est ab alio, potius significatur per remotionem natiuitatis filij, quam per remotionem processionis spiritus sancti: tum quia processio spiritus sancti non habet nomen speciale, ut supra dictum est, tum quia etiam ordine nature præsupponit generationem filij. Vnde remoto à patre quod sit genitus, cum tamen sit principium generationis, sequi-

tur consequenter, quod non sit procedens processionem spiritus sancti, quia spiritus sanctus non est generationis principium, sed à genito procedens.

Comentarium.



Variationis nimirum sensus est, an ingenitum ita sit proprium patri, quod non conueniat creature, neque filio, neque spiritui sancto, neque etiam diuine essentie. & virtute respō-

Responsio

det affirmatè, quod probatur iuxta eius memorem: quia ingenitum est principium non de principio, quod creatura conuenire nequit, siquid est à principio, putà ipso deo: neque filio, neque spiritui sancto, quoniam sunt à principio, videlicet patre: neque diuine essentie, quandoquid est diuina essentia (inquit sanctus Th. ad 2.) dici potest quod est in filio, & in spiritu sancto ab alio, putà à patre. Hanc conclusionem sulcit duabus rationibus in argumento ad oppositum, & in corpore articuli: quæ ad eam clarè & manifestè sunt, ex his quæ diximus quæst. præcedenti art. 2. & 3. ut superuacaneum sit iterum repetere. Quo in loco ea quæ à nobis pertractata sunt de innascibilitate, maxima nos in præsentia & molestia & labore liberauerunt. Quoniam ingenitum, ut inquit sanctus Th. in corpore huius articuli, & ad primum, est concretum innascibilitatis non voce, sed significatione: quæ propter omnia quæ dicta sunt de innascibilitate adaptanda sunt ingenito, dempto discrimine abstracti & concreti, demptis etiam quæ ex his ortu habent. ¶ Atqui Ambrosius lib. de dominicæ incarnationis sacramento cap. 8. & 9. non admittit nomen ingeniti in diuinis, ut sanè labefaceret Arrianorum argumentum, quod nitebatur probare, Iesum Christum redemptorem nostrum non esse eiusdem substantiæ cum patre. Argumentatio itaque illorum hæc erat. ¶ Genitum & ingenitum nequeunt esse eiusdem nature & substantiæ: at pater est ingenitus, filius genitus: igitur non sunt eiusdem substantiæ. ¶ Quam quidem argumentationem profligabat, negans si-

Ingenitum est concretum innascibilitatis.

Sententia Ambrosii.

Ridicula Arrianorum argumentatio. Ambrosii optima do responsio.

de patrem ingentum esse: id autē negabat assignans rationem, ob id quod in scripturis non reperitur ipsum ingentum esse. Et nimirum aduersus Arrianos hæc optima erat solutio: qm̄ ipsi dicebant patrem & filiū non esse eiuſdem substantiæ, solum quia in sacra pagina non habetur: quod falsum esse nos euidenter probauimus quæst. 27. art. 1. disp. 1. Rationem igitur illorū refellit Ambrosius caute & subtiliter ex cōcessis, & ad hominem (vt dicunt) acsi diceret. vos Arriani asseritis filium Dei non esse eiusdem substantiæ cum patre, id pro causa falsō prætexetes, quod non reperitur in sacris biblijs: ego consimili modo dico, deum patrem nō esse ingentum, qm̄ verissimum est hanc nomenclaturam illi sacram paginam non tribuere: atque adeo consequens est argumentum quod obicitur ex vestris assertionibus, futile esse & inane. Verba Ambrosij cap. 8. allegato hæc sunt. Quomodo possunt (scilicet inquit Arriani) ingentus & genitus esse vnus naturæ atq; substantiæ? ego vt respondeam Clementissime imperator, per te mihi propositæ quæstioni, primū omnium ingentum in scripturis diuinis nullam inuenio, non legi, non audiui. Cuius igitur mutabilitatis sunt homines istiusmodi, vt nos dicant ea vsurpare quæ non sunt scripta, cum ea quæ sunt scripta dicamus: & ipsi obijciant quod scriptum non sit? nō ne ipsi sibi aduersantur, & auctoritati calumniæ suæ derogant? Hæc Ambrosius. Verū communiter doctores catholici & sancti, vt sanctus Th. ar. præsentis, & Aug. lib. 5. de tri. cap. 6. & 7. admittunt nomen ingentis in diuinis, tanquam propriū patris æterni: & oppositum allere modo esset error, nedū te meritas. Etiam in concilio Toletano vnde cimo in fidei professione, quæ habetur initio eius, definitur hæc veritas: cuius verba sunt. Patrem quidem non genitū, non creatum, sed ingentum profitemur. Et notandum est doctores catholicos & sanctos indere nomen ingentis patri æterno tanquam proprium, vt influent ipsum non esse genitum, quemadmodum in humanis videmus quemuis patrem esse genitum: atque etiam non abiri in infinitum in processione diuinarum personarum. Literam ad primum abunde explicauimus quæst. præcedenti ar. ad secundū 3. In responsione ad 2. inquit hanc difficultatem: an ingentis nō ē dicat negationem duntaxat, & non affirmationem. Consimi-

Ambrosij verba.

Dicere patrem non esse ingentum, error.

Concilium Toletanū vnde cimo.

Nota.

ad primū

ad secundū

lem difficultatem agitauius de innascibilitate loco citato, atque ibidem pro comperito asserimus, innascibilitatem non importare affirmationem: quod etiam videtur dicendum de nomine ingentis, quando duntaxat discriminatur velut abstractū & cōcretum, vt præmissum est. Et hoc insuper docet August. eodem quē allegauimus lib. de trin. 5. cap. 6. vbi ait. Cum verò ingentū dicitur, non quid sit, sed quid non sit, ostenditur. Huic sententiæ palam subscribit. d. Th. hic ad 2. etenim (ait) intelligatur in nomine ingentis, q̄ omnino non sit ab alio. Verū obijciat aliquis ex verbis eiusdem Obiectio. S. Th. in præsentis articulo, siquidem in corpore dicit, q̄ ingentum est principium non de principio: at hæc definitio non solum significat negationem, quin affirmationem simul, hoc est principij rationem. Præterea in hac eadem responsione ad 2. subiungit, oportet vterius in nomine ingentis, intelligere q̄ conueniat alicui personæ diuinæ, quæ sit principij alterius personæ. Quibus verbis manifestè affirmat, nomen ingentis non solum dicere negationem, quinimo affirmationem quoque, ac positiuū ens (vt dicunt dialectici) videlicet alterius personæ principium. Huic argumento satisfactum fuerit, si discrimen abstracti & concreti, attendamus inter ingentum & innascibilitatem. Respondemus itaq; innascibilitatem nullam dicere affirmationem, vt loco citato ostendimus, neq; itidem ingentum de formali (dialecticorum more loquimur) at qm̄ ingentis nomen concretum est, de materia li ens, positiuū significat, videlicet principium: & pro eo accipitur. Quod quidem exemplo apposito planū faciendū est. Quæ admodum cæcitas nullam affirmationē dicit, verū cæcum quod est eius concretū, secundum materiale significatum dicit animal: & pro eo accipitur. Quo fit vt S. Th. verba, quibus innuit ingentis nomen solam negationem importare, accipienda sint iuxta formalem significationem: Cum verò insinuat id affirmationem dicere, intelligendum planè est iuxta materiale. Aduersus tamen assertionem, quæ affirmamus innascibilitatem duntaxat dicere negationem, videlicet ab alio non esse, opponimus, argumento quod fecimus, quæstione præcedenti illo art. 3. cuius solutionem consulto vsq; ad hunc locum distulimus. Hæc negatio, non esse ab alio, conuenit rebus possibilibus, quæ

Nomen in geniti signi- ficat negationem.

Obiectio.

Responsio.

Argumentum.

quæ nunquam erūt: & rebus etiam impossibilibus, quoniam de eis verum est affirmare, quod non sunt ab alio: igitur non esse ab alio, seu innascibilitas, non est propria patri, neq; spectat ad eiuſdem dignitatem, quādo conuenit rebus quæ non sunt, cuius oppositum docet sanctus Th. eodem articulo ad quartū. Si cui autem visum fuerit dicere q̄ innascibilitas non est pura negatio, quin imò priuatio, obijciamus argu. 2. sancti Th. huius articuli: quoniam omnis priuatio importat imperfectionem, quæ in Deo esse nequit. Quod istud argumentū intelligamus, notandum est quod docet sanctus Th. hic ad secundum iuxta Arist. doctrinam. 5. metaph. tex. 27. & cap. 22. de priuatione, q̄ scilicet sunt tria genera priuationum: priuatio siquidem primi generis est, aliquid non habere aliquam rem, quā tamen res alia habere potest: & isto modo vitæ priuatio est in lapide, quod nempe significamus dum cōmuni sermone dicimus, lapidem esse rem mortuam. Et hæc profectō priuatio non est imperfectio, quoniam cum lapis habeat omnia quæ spectant ad ipsius naturā & perfectionem eiusdem, nullius imperfectionis est, cum habere vitam illi à natura negatur. Secundi autem generis priuatio est, non habere quod alia sui generis habent, vt in talpa, non habere visum, quem habent alia animalia. Hæc etiam priuatio non est imperfectionis, quia habere visum non spectat ad naturam talpæ, quæ talpa. Denique tertij generis priuatio est, aliquid non habere perfectionem, quam ipsum naturā suā aptum est habere. Et hæc sanè priuatio imperfectionē dicit, vt in homine cæcitas. Hac itaq; præmissa Arist. doctrina, asserit sanctus Th. q̄ ingentū formaliter, seu innascibilitas, quæ est patrem non habere originē ab aliquo, est priuatio secundi generis, quia p̄ originē nō habet: sed alia eiusdem naturæ supposita, hoc est filius, & spiritus sanctus habent illam. Respondio. Nunc verò præfato argumento respondeamus, quod innascibilitas est secundi generis priuatio, quæ nullā præ se fert imperfectionem: & cum omnis priuatio præsupponat subiectū vel suppositum, vt cæcitas, animal: ea quidē præsupponit primū principij, atq; solum in eo reperiri potest. Quocirca neq; solus impossibilibus, neq; impossibilibus tribui potest, sicut neq; cæcitas: sed duntaxat patri æterno: ac subinde est propria illi, Vñ notandum, diuersa quidem esse, præsuppo-

Obiectio.

Triplex priuatio.

Responsio.

nerens, aut illud importare: etenim in nascibilitas præsupponit priuatio principij, patrem scilicet, sed nullum dicit ens: vt cæcitas præsupponit quidē animal, cum tamē nullā affirmationē dicat. Obijciat aliquis: non habere quod supposita alia eiusdem naturæ habent, imperfectionis est: vt Sortes non habere visum, quē cæteri homines: ergo innascibilitas patris, quæ est non habere originē ab alio, quā filius & spiritus sanctus eiuſdem naturæ habent, est imperfectio. Respondemus indubiè, q̄ aliquid non habere id quod posset habere nota imperfectionis est: verū carere aliquo, quod nō potest habere, minimè: quanuis alia eiusdem naturæ supposita id habeant. Quod vel hoc exēplo cōstare potest, præmissis q̄ filius secundū naturæ ordinem & facultatem, in humanis nequeat esse sui genitoris pater, & demus Sortem patrem esse Platonis qui quidē Plato plures sibi filios gignat: nunc dicimus, quod Sortes nō habet originem à Platone, neque habere potest, esto plures alij homines, nepotes nimirum eius, habeant eam à Platone: verū ipsum Sortem non habere originem à Platone, nullius imperfectionis est: quinimo ad eius attinet auctoritatem & dignitatem. Quod simile intelligēdum est de patre æterno, videlicet eum non habere originem ab alio, neq; posse habere, quam tamen filius & spiritus sanctus habet, nullius imperfectionis esse: quin ad eius auctoritatem & dignitatem pertinere: vt inquit sanctus Thom. illo articulo. 3. ad quartum. Dubiū in primis hoc loco sese offert: an spiritus sanctus ingentus dici possit. Et partem affirmantem probamus: in primis, quia Hieronymus, quē citat diuus Th. hic ad secundum, id asserit: etiam Gregorius Nazanzenus in sermone de Epiphania. Secundo ratione fulcimus: non genitum & ingentum mutuo conuertuntur, vt docet August. cap. 7. 5. libri de trinit. Sed spiritus sanctus est non genitus, eo quod nō generatur ergo est ingentus. Itē ingentus & nō filius tantum significat, vt etiam docet August. eo loco: at spiritus sanctus est non filius, quādo quidem nō est filius: ergo est ingentus. Cæterū tenendū est quod in præsentia docet sanctus Th. & August. vbi supra, spiritum sanctū videlicet nō esse ingentum, eū sit propriū patri: & oppositū in triplicem censemus errorē dānatum iam in concilio Toletano vnde cimo, verba concilij sic

Obiectio.

Solutio.

Dubium.

Veritas & plectenda.

habent. Hic etiam spiritus sanctus neq; ingenuus, neque genitus creditur. Et in simbolo beatisimi papae Damasi, quod ascriptum est. 4. tomo operu diui Hieronymi serie prima, idem definitur: cuius verba sunt. spiritum verò factū nō genitū neq; in genitū. Itē Athanasius in epistola ad Serapionē, spiritus sanctus (inquit) non est ingenuus: quia imprincipiatū esse & ingenuum, soli Deo patri catholica ecclesia apud Nicæam cōgregata rectē & fideliter tribuit: & de solo patre hoc esse credendum & prædicandū, tōti mundo sub anathemate mandauit. Hæc

Athanasius. ¶ Ad Hieronymi testimonium & Nazanzeni respondet sanctus Tho. 1. o. p. scul. cap. 8. nomē ingenui bifariam sumit: primo modo, pro principio quod caret principio: quo pacto duntaxat tribuitur patri. Secūdo modo, pro eo quod non est genitū, esto ducat originē ab alio: & in hac significatione accipiunt diuus Hieronymus & Gregorius Nazænus, cum affirmant spiritum sanctum esse ingenuum. Et idē diuus Tho. in. 1. sentent. dist. 13. ar. vltimo, aliam triplicem huius nominis diuisionē constituit:

quam ibidem licebit videre. ¶ Nos autem dicimus, nomē generationis accipi duobus modis: primo, extenso vocabulo pro quacūq; rei productione: vt in communi sermone dici solet, quod in visceribus terre generatur autem, generatur argētum. In qua significatione vlturpat Arist. in libris de generatione, & meteororum cap. 12. li. 1. quo loco de generatione grandinis agit. Cicero identidem tum aliis locis, tum libro de vniuersitate nomen generationis, quemadmodum nos, accipit: inquit, semper ne fuerit mundus nullo generatus ortu, an ortus sit. Secūdo modo nomē generationis strictius sumitur, vt solum significet productionem, qua pater siue in humanis siue in diuinis, producit filiū. Iam nunc asserimus, q̄ etiam nomen ingenui bifariam sumitur: primo, vt dicit negationem generationis in prima significatione: & tantundem significat, sicut q̄ à nullo producitur, & à nullo est: qua ratione duntaxat tribuitur æterno patri. Secūdo assumitur, vt dicit negationem generationis in secunda significatione: & hoc pacto competit (vt ait sanctus Th. loco allegato) patri æterno, spiritui sancto, diuinæ essentiæ, & creaturis non genitis. Sed iam nō fas nobis erit, simpliciter vt hoc nomine in hac significatione, nisi in prima tantūm. ¶ Pro declara

tionem tamen rationis, quæ dubij propofiti partem affirmantem confirmat, obseruādū est, q̄ Magister sentent. in. 1. dist. 28. refert duas theologorum sententias: quarum prior tuetur ingenuum, nō genitum, & nō filium æquipollere. Cui opinioni ascriptari videtur August. loco citato. Alij verò tutatur oppositum argumēto præfato persuasi: quos videtur imitari magister ibidem: & ad Aug. testimonia respōdet his verbis. Quod autem August. supra ait, tantūm valere cum dicitur ingenuus, quantum cum dicitur nō genitus, vel non filius: etymologiā nominis ostendendo, eum hoc dixisse dicunt, non ratione prædicationis, hæc Magister. ¶ Cæterū dicendum existimamus iuxta ea quæ diximus, q̄ ingenuus & nō filius non tantūm valent: nā spiritus sanctus verē est nō filius, cum filius non sit: non tamē ingenuus dicitur est: at ingenuum & non genitum, si vtrunq; negationem generationis in prima significatione accipit, eisdē sanē significatus sunt: mutuoq; conuertuntur. Et tandem vt nomē ingenui tribuatur patri, tanquam proprium, necessum est id importare negationem cuiuscūq; productionis & processionis: siue creaturæ, siue filij, siue spiritus sancti. ¶ Porro aduersus ea quæ diximus insurgendum planē est præmissio dogmate quodam ex cōmuni consensu doctorum & sanctorum, quod itidē præsupponit diuus Th. in responsione ad quartum ita fidei cōsilio, vt oppositum existimemus apertum errorem: vt ostendemus dist. 4. o. art. 2. hoc videlicet, personas diuinas duntaxat distinguuntur realiter, distinguuntur secundū substantiam, vel secundum relationem. Cum ergo diuinarum personarum sit realis distinctio, & non secundū substantiam, vt fide liquet: consequens est, illas distingui penes relationes: & quia nequit esse oppositio relationū inter eas, nisi vna ab alia sit, colligitur palā eas solum distingui realiter, per relationes originis. Et huic fundamentum innititur Hilarius, dum affirmat in Deo minime posse reperiri duo innascibilia: & q̄ illa asserere, manifestū sit duos asserere Deos. Quod diuus Th. nepe in responsione ad quartū dilucidē probat in hūc modum: quia da oppositum, sunt duo innascibilia, ergo sunt duæ personæ: quartū vna neq; est, neq; nascitur, neque ab alia trahit originē: igitur nō distinguuntur

tur secundum relationem (ex iacto fundamento) & distinguuntur realiter: igitur distinguuntur secundum substantiā: atq; adeo habent diuersas substantias: & ex consequenti sunt duo dii: quod neq; ratione cōprehendi potest. Hilarij verba in libro de synodis definitione. 2. sunt. Si quis innascibilē, & sine initio dicat filium, tanquam duo sine principio, & duo innascibilia, & duo innata dicens, duos faciat Deos: anathema sit. ¶ Iam verò ex præmissio fundamentō insurgimus. Genitum dicit quod ingenuum: negat: sed genitum dicit relationē, ergo ingenuum eā negat: ingenuum ergo non est relatiuum: neq; secundū relationē genito opponitur. Modō colligamus in hanc formā: genitum & ingenuum distinguuntur realiter, & nō secundum relationē (vt probatum est) ergo secundum substantiam: ac subinde genitū & ingenuum, hoc est filius & pater, non sunt eiusdem substantiæ: quod est hæreticū. Hanc difficultatē inquit diuus Tho. in. 3. argumēto: & quidem argumētum hoc maximū facescit negotiū Augustino vbi supra cap. 6. & 7. ¶ Cui responder diuus Tho. hic ad. 3. & August. illo cap. 7. quod negatio reducit ad genus affirmationis: sicut nō homo, ad substantiam: & non alium ad genus qualitatis. Quo fit, quod cum genitum in diuinis relationem dicat, ingenuum etiam ad relationem pertineat: & ex consequenti, non colligitur q̄ pater ingenuus à filio genito secundū substantiam, sed solum secundum relationē distinguatur: quatenus relatio filij negatur de patre. Verba autē August. quæ illo loco habentur, hæc sunt. Negatiua porro ista particula, non id efficit, vt quod sine illa relatiuē dicitur, eadem præposita substantialiter dicatur: sed id tantūm negatur, quod sine illa aiebatur, sicut in cæteris prædicamentis: velut cum dicimus homo est, substantiā designamus. Qui ergo dicit non homo est, nō aliud genus prædicamēti enuntiat: sed tantūm illud negat. Et vt hanc doctrinā dilucidiorē nobis exhiberet, pluribus subiectis exēplis, omnia percurrunt prædicamenta. Et inferius. Non ergo receditur à relatiuo prædicamēto cum ingenuus dicitur. Sicut enim genitus non ad se ipsum dicitur, sed q̄ ex genitore sit: ita cum dicitur ingenuus, non ad se ipsum dicitur, sed quod ex genitore non sit ostēditur. Et post

Argumentum.

Responsio.

pauca. Quāuis diuersum sit genitus & ingenuus, non indicat diuersam substantiam: quia sicut filius ad patrem, & non filius ad non patrem refertur: ita genitus ad genitorem, & non genitus ad non genitorem referatur necesse est. Hæc August. ¶ Ex verbis itaque his vltimis August. perspicua est responsio ad argumentum: quod dicitur ingenuus, hoc est pater, & non genitor, hoc est filius & spiritus sanctus, sunt relatiua: & secundum relationem distinguuntur, & non secundum substantiam: ¶ Secūdo respondere possumus, quod quāuis daremus argumentatori (quod tantūm nequitiam damus) ingenuum nō importare relationem: non proinde sequeretur, patrem & filium distinguere secundum substantiam. Nam esto non distinguerentur secundum relationē, qua ingenuum & genitum: nihilominus qua pater & filius sunt distinguuntur secundum relationem. Quod satis est vt distinguantur secundum relationem, & non secundum substantiam. ¶ Scorus in. 1. dist. 2. Carpio. d. quest. 5. reprehendit rationem. d. Tho. ad. 4. qua virtute probat non esse duo innascibilia, hac videlicet ratione. Personæ diuinæ solum distinguuntur per relationes: ergo non sunt duo innascibilia in diuinis. Affirmat, inquam, Scorus probationem istā bonam non esse: nam (inquit) antecedens nō est proprius consequenti. ¶ Cui nempe respondemus negando: quoniam antecedens est notū iuxta catholicam doctrinam (vt præmissimus) & magis notum quā consequens, siquidem est causa consequentis. Etenim ratio & causa quare in Deo non sunt innascibilia duo, est omnes diuinas personas realiter distinguere secundum relationes originis. Si quid superest in hoc articulo quod explanatione indigeat, ex prædictis petenda est solutio: omnibus siquidem assatim satisfecimus. ¶ Solum ad quintum extat dubitatio, an improductum & improcessum (vt quidam dicunt) hoc est non productū & non processum, sint propria patri. Cui nimirum respondemus neganter: tum quia barbara atque horrida nomina sunt, tum etiam quia sancti doctores nusquam vsū sunt illis. Verum si latina & integra essent, aut sancti eis vterentur, iam tunc faceremur ea esse patri propria, sicut ingenuum: quando eiusdem essent significationis.

QVAESTIO XXXIII.

De persona filij.



Lquidem nunquam in animo habui magna conficere volumina, atque adeo quæ à me olim suo loco dicta sunt, quam maxima diligentia curo ne iterum repetantur: tum quia si id fieret, nunquam profectò negotium aliquod suis numeris absolueretur: tum etiam quia iisdem rebus identidem molestè reperitis, candidum lectorem enecare magis ac perdere, quam edocere videremur. Quod sanè in præsentia vsuuenit, et eam omnia quæ hisce duab⁹ quæstionib⁹ habètur, hoc est, 34. & 35. sunt in quæst. 27. per plures disputatiões assatim explicata: adeo vt si illa quæ ibi differimus penitus cõtepleris, vix vnicū reperiatur verbum in explicatum. Quamobrem ab earum commentario prorsus superledendum censuimus: esto in tota sacræ theologiæ disciplina nullæ quæstiones difficultiores his quodam modo reperiantur. Superest nunc, calumniam diluamus, qua me inculcare contendat aliquis curiosus rerum inuestigator, ex postulans quæ me causa compulerit, vt præpostero ordine ea disputemus. Nam si hoc loco à diuo Tho. cuius enarratorem profitemur disputata sunt, quare nos ita pridem illa anticipauimus. Respondemus quippe, necessitate compulso id fecisse: siquidem vt experientia docuit, arduæ res, quæ hæctenus de trinitatis arcano diligentè scrutata sunt, minimè poterant explicari, nisi plenè perfectèq; declararentur ea, quæ his quæstionibus, præsertim 34. disputat diuus Tho. Nempe, cur dei filius sit verbum, & propriè verbum compelleretur, & id genus alia, quæ ad verbi diuini quantulameunque explicationē attinent: ad quam rem cumulatè illustrandam subiungendæ necessariò nobis fuerunt sex disputationes in initio, quum aggredere materiam istam differere illo art. 1. quæst. 27. Iam vt etiam inde non colligas, diuum Tho. ordinem debitum non seruasse in disputatione, dū plura differat quæ præmittenda esset: quoniam aliud est agere doctorem, qui seria grauitate cuncta complectitur, aliud explanatorem, cuius interest curiosè atque ad viuum omnia refecare, nihil omitto eorum quæ rebus intelligendis quam maximè necessaria fuerunt.

Signat autor ratio nem, cur his duabus, quæstionibus, nempe 34. & 35. nullum adiecerit commentariū quando disputaretur. Super omnibus quæ continentur in Theologia diuini Tho. vindicat à calumnia.



Considerandum deinde est de persona filij. Attribuuntur autem tria nomina filio, scilicet filij verbum, & imago. Sed ratio filij ex ratione patris consideratur. Vnde restat considerandum de verbo, & imagine. Circa verbum queruntur tria. Primo vtum verbum dicatur essentialiter in diuinis, vel personali-

ter: Secundo, vtum sit proprium nomen filij. Tertio, vtum in nomine verbi importetur respectus ad creaturas.

Articulus primus.

Vtrum verbum in diuinis sit nomen personale.



Ad primum sic proceditur. Videtur, quod verbum in diuinis, non sit nomen personale.

personale. Nomina enim personalia proprie dicuntur in diuinis, vt pater, & filius. Sed verbum metaphorice dicitur in diuinis, vt Origene dicit super Ioan. Ergo verbum non est personale in diuinis. Præterea, secundum Augustinum in libro de tri. Verbum est notitia cum amore. Et secundum Anselmum in monol. dicere summo spiritu, nihil aliud est quam cogitando intueri. Sed notitia & cogitatio, & intuitus in diuinis essentialiter dicuntur. Ergo verbum non dicitur personaliter in diuinis. Præterea, de ratione verbi est quod dicatur. Sed secundum Anselmum sicut pater est intelligens, & filius est intelligens, & spiritus sanctus est intelligens: ita pater est dicens, filius est dicens, & spiritus sanctus est dicens, & similiter quilibet eorum dicitur. Ergo nomen verbi essentialiter dicitur in diuinis & non personale. Præterea, nulla persona diuina est facta, sed verbum dei est aliquid factum. Dicitur enim in psal. Ignis, gradus, nix, glacies, spiritus pcellarum quæ faciunt verbum eius. Ergo verbum non est nomen personale in diuinis. Sed contra est quod dicit Augustinus in 7. de trinitate. Sicut filius refertur ad patrem, ita & verbum ad eum cuius est verbum. Sed filius est nomen personale, quia relatiue dicitur. Ergo & verbum. Respondeo dicendum, quod nomen verbi in diuinis si proprie

sumatur est nomen personale, & nullo modo essenziale. Ad cuius euidenciam sciendum est, quod verbum tripliciter quidem in nobis proprie dicitur. Quarto autem modo dicitur improprie siue figuratiue. Manifestius autem & comunius in nobis dicitur verbum quod voce profertur: quod quidem ab interiori procedit, quantum ad duo quæ in verbo exteriori inueniuntur scilicet vox ipsa & significatio vocis. Vox enim significat intellectus conceptum secundum philosophum libro 1. perihier. Et iterum vox ex significatione vel imaginatione procedit, vt in libro de anima dicitur. Vox autem quæ non est significatiua verbum dici non potest. Ex hoc ergo dicitur verbum vox exterior, quia significat interioris mentis conceptum. Sic igitur primo & principaliter interioris mentis conceptus verbum dicitur. Secundario vero ipsa vox interioris conceptus significatiua. Tertio vero ipsa imaginatio vocis verbum dicitur. Et hos tres modos verbi ponit Damascenus in primo libro cap. 17. dicens quod verbum dicitur naturalis intellectus motus secundum quem mouetur, & intelligit & cogitat, velut lux & splendor quantum ad primum. Rursum verbum est quod non verbo profertur, sed in corde pronuntiat quantum ad tertium. Rursum etiam verbum est angelus, id est

nuntius intelligentiae quantum ad secundum. Dicitur autem figuratiue quarto modo verbum, id quod verbo significatur vel efficitur: sicut consueuimus dicere, hoc est verbum, quod dixi tibi, vel quod mandauit rex, demonstrato aliquo factore, quod verbo significatum est, vel simpliciter enuntiantis, vel etiam imperantis. Dicitur autem proprie verbum in Deo, secundum quod verbum significat conceptum intellectus. Vnde Augustinus dicit in. 15. de trinitate. Quisquis potest intelligere verbum, non solum antequam sonet, verum etiam antequam sonorum eius imagines cogitatione inuoluatur, iam potest videre aliquam verbi illius similitudinem, de quo dictum est. In principio erat verbum. Ipse autem conceptus cordis de ratione sua habet, quod ab alio procedat, scilicet a notitia concipientis. Vnde verbum secundum quod proprie dicitur in diuinis, significat aliquid ab alio procedens. Quod pertinet ad rationem, nominum personalium in diuinis: eo quod personae diuinae distinguuntur secundum originem, ut dictum est. Vnde oportet, quod nomen verbi secundum quod proprie in diuinis accipitur, non sumatur essentialiter, sed personaliter tantum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod

Arriani, quorum fons. Origenes inuenitur, posuerunt filium a patre esse in diuersitate substantiae. Vnde conati sunt (quod filius Dei verbum dicatur) astruere non esse proprie dictum, ne sub ratione verbi procedentis cogerentur fateri filium Dei non esse extra substantiam patris. Nam verbum interius sic a dicente procedit, quod in ipso manet. Sed necesse est si ponitur verbum Dei metaphoricè dictum, quod ponatur verbum Dei proprie dictum. Non enim potest aliquid metaphoricè verbum dici, nisi ratione manifestationis. Quia vel manifestat sicut verbum, vel est verbo manifestatum. Si autem est manifestatum verbo, oportet ponere verbum quo manifestetur. Si autem dicitur verbum, quia exterius manifestat: ea quae exterius manifestant non dicuntur verba, nisi in quantum significant interiorum mentis conceptum, quem aliquis etiam per exteriora signa manifestat. Si ergo verbum aliquando dicatur metaphoricè in diuinis, tamen oportet ponere verbum proprie dictum, quod personaliter dicatur.

¶ Ad secundum dicendum, quod nihil eorum, quae ad intellectum pertinent personaliter dicitur in diuinis, nisi solum verbum. Solum enim uerbum significat ali-

quid

quid ab alio emanans. Id enim quod intellectus in concipiendo format est verbum. Intellectus autem ipse secundum quod est per speciem intelligibilem in actu, consideratur absolute. Et similiter intelligere, quod ita se habet ad intellectum in actu, sicut esse ad ens in actu. Non enim intelligere significat actionem ab intelligente exeuntem, sed in intelligente manentem. Cum ergo dicitur, quod verbum est notitia, non accipitur notitia pro actu intellectus cognoscentis, vel pro aliquo eius habitu, sed pro eo, quod intellectus concipit cognoscendo. Vnde & Augustinus dicit, quod verbum est sapientia genita. Quod nihil aliud est quam ipsa conceptio sapientis. Quae etiam pari modo, notitia genita dici potest. Et per eundem modum potest intelligi, quod dicere in Deo, sit cogitando intueri, in quantum scilicet intuitu cogitationis diuinae concipitur verbum Dei. Cogitationis tamen nomen Dei verbo proprie non conuenit. Dicit enim Augustinus. 15. de trinitate. Ita dicitur illud verbum Dei, ut cogitatio non dicatur: ne aliquid esse quasi uolubile credatur in deo, quod non accipiat formam, ut verbum sit, eamque dimittere possit, atque in-formiter quodammodo voluta-

ri. Cogitatio enim proprie in inquisitione veritatis consistit, quae in Deo locum non habet. Cum uero intellectus iam ad formam veritatis pertingit non cogitat, sed perfecte veritatem contempletur. Vnde Anselmus improprie accipit cogitationem pro contemplatione.

¶ Ad tertium dicendum, quod sicut proprie loquendo verbum dicitur personaliter in diuinis, & non essentialiter, ita & dicere. Vnde sicut verbum non est commune patri, & filio & Spiritui sancto, ita non est verum, quod pater & filius & Spiritus sanctus sint vnus dicens. Vnde Augustinus dicit septimo de trinitate. Illo coeterno verbo non singulus intelligitur in diuinis. Sed dici conuenit cuilibet personae. Dicitur enim non solum verbum, sed res, quae verbo intelligitur vel significatur. Sic ergo vni soli personae, in diuinis conuenit dici eo modo quo dicitur verbum. Eo uero modo quo dicitur res in verbo intellecta cuilibet personae conuenit dici. Pater enim intelligendo se & filium & spiritum sanctum, & omnia alia quae in eius scientia continentur concipit verbum, ut sic tota trinitas verbo dicatur, & etiam omnis creatura. Sicut intellectus hominis, verbo quod

O ; concipit

concipit intelligendo lapidem, dicit. Ansel. verò improprie accepit dicere pro intelligere, quæ tamen differunt. Nam intelligere importat solam habitudinem intelligentis, ad rem intellectam. In qua nulla ratio originis importatur, sed solum informatio quedam in intellectu nro, prout intellectus noster fit in actu per formã rei intellectæ. In Deo autem importat omnimodã identitatem, quia in Deo est omnino idem intellectus & intellectũ, vt supra ostensum est. Sed dicere importat principaliter habitudinẽ ad verbum cõceptum. Nihil enim est aliud dicere quàm proferte verbum, sed mediante verbo importat habitudinem ad rem intellectã quæ in verbo prolato manifestatur intelligenti. Et sic sola persona quæ profert verbum, est dicens in diuinis, cum tamen singula personarum sit intelligens & intellecta; & per consequens verbo dicta.

¶ Ad quartum dicendum, quod verbum sumitur ibi figuratiuè, prout significatum, vel effectus verbi dicitur verbum. Sic enim creature dicuntur facere verbum dei, in quãtum exequuntur effectum aliquem ad quem ordinatur ex verbo concepto diuinæ sapientiæ, sicut aliquis dicitur facere verbum regis, dum facit opus ad quod ex verbo regis instigatur.



Inito tractatu de persona patris, orationem conuertit vt de persona filij a gar: est ergo conclusio satisfaciens questioni. verbum est nomen personæ, & non essentiæ: quia omne quidem nomen, quod in diuinis significat relationem originis, est nomen personæ: & verbum significat relationem originis à dicente: est enim verbum quod à dicente profertur.

Articulus secundus.

Verbum verbum sit proprium nomen filij.



¶ D secundum sic proceditur. Videtur quod verbum non sit proprium nomen filij. Filius enim est persona subsistens in diuinis. Sed verbum non significat rem subsistentem, vt in nobis pater, ergo verbum non potest esse proprium nomen personæ filij. ¶ Præter. Verbum prolato quadã procedit à dicente. Si ergo filius est proprie verbum, non procedit à patre, nisi per modum prolatois. Quod est hæresis Valerini, vt patet per Augustinum in libro de hæresibus. ¶ Præter. Omne nomen proprium alicuius personæ significat proprietatem aliquam eius. Si igitur verbum sit proprium nomen filij, significabit aliquam proprietatem eius. Et sic erunt plures proprietates in diuinis quã supra enumeratæ sunt. ¶ Præter. Quicumque intelligit intelligendo concipit verbum. Sed filius intelligit. Ergo filij est aliquod verbum. Et sic non est proprium filij esse verbum. ¶ Præter. Hebr. primo dicitur de filio

lio. Portans omnia verbo virtutis suæ. Ex quo Basilius accipit, quod spiritus sanctus sit verbum filij. Non est ergo proprium filij, esse verbum.

¶ Sed contra est quod Augustinus dicit in 6. de trinita. Verbum solus filius accipitur.

¶ Respondeo dicendum, quod verbum proprie dictum in diuinis personaliter accipitur, & est proprium nomen personæ filij. Significat enim quandam emanationem intellectus. Persona autem quæ procedit in diuinis, secundum emanationem intellectus, dicitur filius: & huiusmodi processio dicitur generatio, vt supra ostensum est. Vnde relinquitur, quod solus filius proprie dicitur verbum in diuinis.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod in nobis non est idem esse & intelligere. Vnde illud quod habet in nobis esse intelligibile, non pertinet ad naturam nostram. Sed esse Dei est ipsum eius intelligere. Vnde verbum Dei non est aliquod accidens in ipso, vel aliquis effectus eius, sed pertinet ad ipsam naturam eius. Et ideo oportet, quod sit aliquid subsistens. Quia quicquid est in natura Dei subsistit. Et ideo Damascenus dicit, quod verbum Dei est substantiale, & in hypostasi ens. Reliqua verò verba, scilicet nostra virtutes sunt anime.

¶ Ad secundum dicendum, quod non propter hoc error Valerini est

damnatus, quia filium dixit prolatoione natum, vt Arriani calumnia bantur, sicut Hil. refert in 6. de trinita. sed propter varium modum prolatois quem posuit, sicut patet per Augustinum in libro de hæresibus.

¶ Ad tertium dicendum, quod in nomine verbi eadem proprietates importatur, quæ in nomine filij. Vnde dicit Augustinus. Eo dicitur verbum quo filius. Ipsa enim natiuitas filij, quæ est proprietates personalis eius, diuersis nominibus significatur, quæ filio attribuuntur ad exprimendum diuersimode perfectionem eius. Nam vt ostendatur connaturalis patri dicitur filius: vt ostendatur coeternus dicitur splendor: vt ostendatur omnino similis, dicitur imago: vt ostendatur immaterialiter genitus, dicitur verbum. Non autem potuit vnum nomen inueniri, per quod omnia ista designarentur.

¶ Ad quartum dicendum, quod eo modo conuenit filio esse intelligentem, quo conuenit ei esse Deum, cum intelligere essentialiter dicatur in diuinis, vt dictum est. Est autem filius, Deus genitus, non autem generans deus. Vnde est quidem intelligens, non vt producens verbum, sed vt verbum procedens, prout, scilicet in deo verbum procedens secundum rem non differt ab intellectu diuino, sed relatione sola distinguitur à principio verbi.

¶ Ad

¶ Ad quintum dicendum, quòd cum de filio dicitur portans omnia verbo virtutis sue: verbum figuratè accipitur pro effectu verbi. Vnde glo. ibi dicit, quòd verbum sumitur pro imperio, in quantum scilicet ex effectu virtutis verbi est, quòd res conferuntur in esse: sicut ex effectu virtutis verbi est, quòd res producantur in esse. Quod verò Basilius interpretatur verbum pro spiritu sancto, improprie & figuratè locutus est, prout verbum alicui dici potest omne illud quod est manifestatiuum eius: vt sic ea ratione dicatur spiritus sanctus verbum filij, quia manifestat filium.



Respondetur affirmatè: quoniam verbum producit per actum intellectus, & solum filius æternus inter diuinas personas producit per actum intellectus patris.

Articulus tertius.

Utrum in nomine verbi importetur respectus ad creaturam.



Ad tertium sic proceditur. Videtur, quòd in nomine verbi non importetur respectus ad creaturam. Omne enim nomen connotans ef-

fectum in creatura, essentialiter in diuinis dicitur. Sed verbum non dicitur essentialiter, sed personaliter, vt dictum est. Ergo verbum non importat respectum ad creaturam.

¶ Præterea, Quæ importat respectum ad creaturas, dicuntur de Deo ex tempore, vt Dominus & creator. Sed verbum dicitur de Deo ab æterno. Ergo non importat respectum ad creaturam.

¶ Præterea, Verbum importat respectum ad id à quo procedit. Si ergo importat respectum ad creaturam, sequitur quòd procedat à creatura.

¶ Præterea, Ideè sunt plures secundum diuersos respectus ad creaturas. Si igitur verbum importat respectum ad creaturas, sequitur, quòd in Deo non sit vnum verbum tantum, sed plura.

¶ Præterea, Si verbum importat respectum ad creaturam, hoc non est nisi in quantum creature cognoscuntur à Deo. Sed deus non solum cognoscit entia, sed etiam non entia, ergo in verbo importabitur respectus ad non entia. Quod videtur falsum.

¶ Sed contra est, quod dicit Augustinus in libro. 83. questionum, quod in nomine verbi significatur non solum respectus ad patrem, sed etiam ad illa quæ per verbum facta sunt operatiua potètia. ¶ Respondeo dicendum, quod in verbo importat respectus

ctus

ctus ad creaturam. Deus enim cognoscendo se cognoscit omnem creaturam. Verbum igitur in mente conceptum est representatiuum omnis eius quod actu intelligitur. Vnde de nobis sunt diuersa verba secundum diuersa quæ intelligimus. Sed quia Deus vno actu, & se, & omnia intelligit, vnicum verbum eius est expressiuum non solum patris, sed etiam creaturarum. Et sicut Dei scientia, Dei quidem est cognoscitiua tantum, creaturarum autem cognoscitiua, & factiua: ita verbum Dei eius quod est in deo patre, est expressiuum tantum, creaturarum verò est expressiuum, & operatiuum. Et propter hoc dicitur in psalmo. 32. Dixit, & facta sunt. quia importatur in verbo ratio factiua eorum quæ Deus facit.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod in nomine personæ includitur etiam natura obliquè. Nam persona est rationalis nature individua substantia. In nomine igitur persone diuine quantum ad relationem personalem non importatur respectus ad creaturam, sed importatur in eo, quod pertinet ad naturam. Nihil tamen prohibet in quantum includitur in significatione eius essentia, quod importetur respectus ad creaturam. Sicut enim proprium est filio, quod sit filius: ita proprium est ei, quod sit genitus Deus, vel genitus creator. Et per hunc modum impor-

tatur ratio ad creaturam in nomine verbi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd cum relationes consequantur actiones, quædam nomina important relationem Dei ad creaturam, quæ consequitur actionem Dei in exteriorem effectum transeuntem, sicut creare & gubernare. Et talia dicuntur de Deo ex tempore. Quædam verò ratio est quæ consequitur actionem non transeuntem in exteriorem effectum, sed manentem in agente, vt scire & velle. Et talia non dicuntur de Deo ex tempore. Et huiusmodi ratio ad creaturam importatur in nomine verbi. Nec est verum, quòd nomina importantia relatione Dei ad creaturas, omnia dicantur ex tempore. Sed sola illa nomina quæ important relationem consequentem actionem Dei in exteriorem effectum transeuntem, ex tempore dicuntur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd creature non cognoscuntur à Deo per scientiam à creaturis acceptam, sed per essentiam suam. Vnde non oportet, quòd à creaturis procedat verbum, licet verbum sit expressiuum creaturarum.

¶ Ad quartum dicendum, quod nomen ideè principaliter est positum ad significandum respectum ad creaturam. Et ideo pluraliter dicitur in diuinis, neque est personale.

Sed

Sed nomen verbi principaliter impositum est ad significandum relationem ad dicentem, & ex consequenti ad creaturas, in quantum Deus intelligendo se intelligit omnem creaturam, & propter hoc in diuinis est vnicum tantum verbum & personaliter dictum.

¶ Ad quintum dicendum, quod eo modo quo scientia Dei est non entium, & verbum dei est non entium: quia non est aliquid minus in ver-

bo Dei quam in scientia dei, vt Augustinus dicit. Sed tamen verbum est entium vt expressiuum & factiuum: non entium autem, vt expressiuum, & manifestatiuum.



¶ Serit diuus Thom. partem affirmantem, rationem que subiungit: nam diuinum verbum representat omnia quae reuertuntur in diuina essentia: videlicet, tres personas, & creaturas: & signi representantis ad rem quae representatur est rationis respectus.

QV AESTIO XXXV.

De imagine.



¶ Veritur deinde de imagine. ¶ Et circa hoc quaeruntur duo. Primo, vtrum imago in diuinis dicatur personaliter. Secundo, vtrum sit proprium filij.

Articulus primus.

Vtrum imago in diuinis dicatur personaliter.



¶ Ad primum sic proceditur. Videtur, quod imago non dicatur personaliter in diuinis. Dicit enim

August. in libr. de fide ad Pe. Vna est sanctae trinitatis diuinitas & imago, ad quam factus est homo. Igitur imago dicitur essentialiter, & non personaliter. ¶ Praeter. Hila. dicit in libr. de syno. quod imago est eius rei ad quam imaginatur species indifferens. Sed species siue forma in diuinis dicitur essentialiter, ergo & imago. ¶ Prae. imago ab imitando dicitur. In quo importatur prius, & posterius. Sed in diuinis personis nihil est prius, & posterius, Ergo imago non potest esse nomen personale in diuinis. ¶ Sed contra est, quod dicit Augustinus. Quid est absurdius quam imaginem ad se dicitur: ergo imago in diuinis relatiue dicitur. Et

sic

sic est nomen personale.

¶ Respondeo dicendum, quod de ratione imaginis est similitudo. Non tamen quaecunque similitudo sufficit ad rationem imaginis, sed similitudo quae est in specie rei, vel saltem in aliquo signo speciei. Signum autem speciei in rebus corporeis maxime videtur esse figura. Videmus enim, quod diuersorum animalium secundum speciem sunt diuersae figurae, non autem diuersi colores. Vnde si depingatur color alicuius rei in pariete non dicitur esse imago, nisi depingatur figura. Sed neque ipsa similitudo speciei sufficit vel figurae, sed requiritur ad rationem imaginis origo. Quia vt August. dicit in libr. 83. quaestionum. Vnum ouum non est imago alterius, quia non est de illo expressum. Ad hoc ergo quod verum aliquid sit imago, requiritur quod ex alio procedat simile ei in specie, vel saltem in signo speciei. Ea vero quae processionem siue originem importat in diuinis sunt personalia. Vnde hoc nomen imago est nomen personale.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod imago proprie dicitur, quod procedit ad similitudinem alterius. Illud autem ad cuius similitudinem aliquid procedit, proprie dicitur exemplar, improprie vero imago. Sic tamen Augustinus vtritur nomine imaginis cum dicit diuinitate san-

ctae trinitatis esse imaginem ad quam factus est homo.

¶ Ad secundum dicendum, quod species (prout ponitur ab Hila. in diffinitione imaginis) importat formam deductam in aliquo ab alio. Hoc enim modo imago dicitur esse species alicuius, sicut id quod assimilatur alicui, dicitur forma eius in quantum habet formam illi similem. ¶ Ad tertium dicendum, quod imitatio in diuinis personis non significat posteritatem, sed solam assimilationem.



¶ Responder, quod imago est nomen personale, & non essentialiter: quia significat relationem originis ab eo cuius est imago, vt constat ex imaginis definitione: scilicet, alterius similitudo, & ad id referentandum expressum. Quo fit, vt ortum atque originem ducat a suo exemplari.

Articulus secundus.

Vtrum nomen imaginis sit proprium filio.



¶ Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod nomen imaginis non sit proprium filio. Quia sicut dicit Damasc. Spiritus sanctus est imago filij. Non est ergo proprium filij.

¶ Praeterea, De ratione imaginis est similitudo cum expressione.

vt

(vt August. dicit in libro. 83. quaestionum) sed hoc conuenit spiritui sancto. Procedit enim ab alio secundum modum similitudinis. Ergo spiritus sanctus est imago. Et ita non est proprium filij, quod sit imago. ¶ Præterea, Homo etiam dicitur imago dei secundum illud primæ Corin. 2. Vir non debet velare caput suum, quoniam imago & gloria dei est. Ergo non est proprium filij. ¶ Sed contra est quod Augustinus dicit in septimo de trinitate, quod solus filius est imago patris. ¶ Respondeo dicendum, quod doctores graecorum communiter dicunt spiritum sanctum esse imaginem patris & filij. Sed doctores latini soli filio attribuunt nomen imaginis. Non enim inuenitur in canonica scriptura nisi de filio. Dicitur enim colo. primo. Qui est imago Dei inuisibilis primogenitus creature. Et ad hebraeos primo. Qui cum sit splendor gloriae, & figura substantiae eius. Huius autem rationem assignant quidam ex hoc, quod filius conuenit cum patre, non solum in natura sed etiam in notione principij, spiritus autem sanctus non conuenit cum filio, nec cum patre in aliqua notione: sed hoc non videtur sufficere, quia sicut secundum relationes non attenditur in diuinis, neque equalitas, neque inequalitas (vt Augustinus dicit) ita neque similitudo, quae requiritur ad rationem imagi-

nis. Vnde alij dicunt, quod spiritus sanctus non potest dici imago filij, quia imaginis non est imago. Neque etiam imago patris, quia etiam imago refertur immediate ad id cuius est imago. Spiritus autem sanctus refertur ad patrem per filium. Neque etiam est imago patris, & filij, quia sic esset vna imago duorum. Quod videtur impossibile. Vnde relinquitur quod spiritus sanctus nullo modo sit imago. Sed hoc nihil est, quia pater & filius sunt vnum principium spiritus sancti, vt infra dicitur. Vnde nihil prohibet sic patris & filij, in quantum sunt vnum, esse vnam imaginem, cum etiam homo totius trinitatis sit vna imago. Et ideo aliter dicendum est, quod sicut spiritus sanctus (quauis sua processione accipiat naturam patris, sicut & filius, non tamen dicitur natus,) ita licet accipiat speciem similem patris non dicitur imago: quia filius procedit, vt verbum, de cuius ratione est similitudo speciei ad id à quo procedit, non autem de ratione amoris: quauis hoc conuenit amor, qui est spiritus sanctus, in quantum est amor diuinus.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod Damascus, & alij doctores graecorum communiter vtuntur nomine imaginis pro perfecta similitudine.

¶ Ad

¶ Ad secundum dicendum, quod licet spiritus sanctus sit similis patri & filio, non tamen sequitur quod sit imago ratione iam dicta. ¶ Ad tertium dicendum, quod imago alicuius dupliciter in aliquo inuenitur. Vno modo in re eiusdem nature, secundum speciem. vt imago regis inuenitur in filio suo. Alio modo in re alterius naturae, sicut imago regis inuenitur in denario. Primo autem modo filius est imago patris. Secundo autem modo dicitur homo imago Dei. Et ideo ad designandum in homine imperfectionem imaginis homo non

solum dicitur imago, sed ad imaginem, per quod motus quidem tendentis in perfectionem designatur. Sed de filio Dei non potest dici quod sit ad imaginem, quia est perfecta patris imago.




Ffirmatè respōdet sanctus Tho. quandoquidē imago (vt imago) procedit ab eo, cuius est secundum rationem similitudinis: & duntaxat filius inter diuinas personas procedit à patre secundum rationem similitudinis.

QVAESTIO XXXVI.

De his quae pertinent ad personam Spiritus Sancti.



Hgreditur diuus Thom. hoc tertio loco disputationem de spiritu sancto, vt est tertia persona in sanctissima trinitate: quam non ea breuitate absoluemus, quae duae proximae quaestiones absolutae sunt.



¶ Ost considerationem praedictam, considerandum est de his quae pertinent ad personam spiritus sancti, qui non solum dicitur spiritus sanctus, sed etiam amor & donum Dei.

¶ Circa spiritum sanctum ergo queruntur quatuor. Primum, vtrum hoc nomen spiritus sanctus sit proprium alicuius diuinae personae. Secundum, vtrum illa persona diuina, quae spiritus sanctus dicitur, procedat à patre & filio. Tertium, vtrum procedat à patre per filium. Quartum, vtrum pater & filius sint vnum principium spiritus sancti.

P Arti-

Articulus primus.

Vtrum hoc nomen Spiritus sanctus sit proprium nomen alicuius diuinae personae.



D primū sic proceditur. Videtur quod hoc nomen spiritus sanctus non sit proprium nomen alicuius diuinae personae. Nullum enim nomen commune tribus personis est proprium alicuius personae. Sed hoc nomen spiritus sanctus est commune tribus personis. Ostendit enim Hila. 7. de trinit. in spiritu Dei aliquādo significari patrem, ut cū dicitur. Spiritus domini super me. Aliquando significari filium, ut cū dicitur filius. In spiritu Dei eijcio demonia, naturae suae potestate eijcere se demonia demonstrans. Aliquando de spiritu sancto, ut tibi. Effundam de spū meo super omnem carnem. Ergo hoc nomen spiritus sanctus non est proprium alicuius diuinae personae.

¶ Præterea. Nomina diuinarū personarū, ad aliquid dicuntur, ut Boetius dicit in libro de trinitate. Sed hoc nomen spūs sanctus non dicitur ad aliquid. Ergo hoc nomen non est proprium diuinae personae.

¶ Præterea. Quia filius est nomē ali-

cuius diuinae personae, non potest dici filius huius vel illius. Dicitur autem spiritus huius vel illius hominis. Ut enim habetur Num. 11. dixit dominus ad Moysen. De spū tuo accipiam tradāque eis. Et. 4. Reg. 2. Requieuit spiritus Helie super Heliseum. Ergo spiritus sanctus non videtur esse proprium nomen alicuius diuinae personae.

¶ Sed contra est, quod dicitur primū Ioā. vlti. Tres sunt qui testimonium dant in celo: pater, verbum, & spiritus sanctus. Ut autem Augustinus dicit. 7. de trinit. cū queritur quid tres, dicimus tres personae. Ergo spiritus sanctus, est nomen diuinae personae.

¶ Respondeo dicendum, quod cū sint duae processiones in diuinis, altera earum quae est per modum amoris non habet proprium nomen, ut supra dictum est. Unde & relationes, quae secundū huiusmodi processiones accipiuntur, in nominatę sunt: ut etiam supra dictū est. Propter quod & nomen personae hoc modo procedentis, eadem ratione non habet propriū nomē, sed sicut sunt accommodata aliqua nomina ex vsu loquētium ad significandum praedictas relationes, cū nominamus eas nomine processions & spirationis, quae secundum proprietatem significationis magis videtur significare actus notionales quam relationales: ita ad significandū diuinā

uinā personā quae procedit per modum amoris, accommodatum est ex vsu scripturae, hoc nomen spiritus sanctus. Et huius quidem conuenientiae ratio sumi potest ex duobus. Primò quidem ex ipsa communitate eius quod dicitur spiritus sanctus. Ut enim Augustinus dicit. 15. de trinit. Qui communis est ambobus, id vocatur ipse proprie, quod ambo communiter. Nam & pater est spiritus, & filius est spiritus, & pater est sanctus, & filius est sanctus. Secundò verò ex propria significatione. Nam nomen spiritus in rebus corporeis impulsione, & motionem significare videtur. Nam flatum & ventum spiritum nominamus. Est autem proprium amoris quod moueat & impellat voluntatem amantis in amatum. Sanctitas verò illis rebus attribuitur quae in Deum ordinatur. Quia igitur persona diuina procedit per modum amoris quo Deus amatur, conuenienter spiritus sanctus nominatur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod hoc quod dico spūs sanctus, prout sumitur in virtute duarum dictionum, commune est toti trinitati: quia nomine spiritus significatur immaterialitas diuinae substantiae. Spiritus enim corporeus inuisibilis est, & parum habet de materia. Unde omnibus substantijs immaterialibus & inuisibilibus, hoc no-

men attribuimus. Per hoc verò quod dicitur sanctus, significatur puritas diuinae bonitatis. Si autem accipiat hoc quod dico spiritus sanctus, in vi vnius dictionis, sic ex vsu ecclesiae est accommodatum ad significandum vnā trium personarum, scilicet quae procedit per modum amoris ratione iam dicta.

¶ Ad secundum dicendum, quod licet hoc quod dico spiritus sanctus relatiuè non dicatur, tñ pro relatiuo ponitur, in quantum est accommodatum ad significandum personam, sola relatione ab alijs distinctam. Potest tamen intelligi in nomine aliqua relatio, si spiritus sanctus intelligatur quasi spiratus.

¶ Ad tertium dicendum, quod in nomine filij, intelligitur sola relatio eius, qui est à principio ad principium. Sed in nomine patris intelligitur relatio principij, & similiter in nomine spūs, prout importat quādam vim motiuam. Nulli autem creaturae competit esse principium, respectu alicuius diuinae personae, sed e conuerso. Et ideo potest dici pater noster, & spiritus noster, non tamen potest dici filius noster.

Commentarium.



Vd perfecte intelligamus significationem huius complexi nominis, scilicet spūs sanctus, necessum est vt prius de simplicibus dictionib⁹ ex quibus cōponitur breui agam⁹: hoc est de nomine spūs, & nomine sanctus. ¶ Nomen itaq; spūs iuxta eius

eius natiam & propriam significationem, accipitur pro corpore, nempe vento & flatu: & formaliter significat quòd impellatur vel impetu quodam citetur: aer enim quiescens ac serenus propriè spiritus nò dicitur. Quo fit, vt hoc nomen spiritus formaliter importet motionem & impulsu quendam. verùm hoc nomen ex communi hominum vsu accommodatum est ad significandas substantias spirituales: quoniam sicut flatus & ventus non videntur, & parum habent de materia: sic prorsus spirituales substantiæ, vri Deus & intelligentiæ, videri nequeunt: & nihil omnino habent de materia. Atqui nomen spiritus commune est patri, filio, & spiritui sancto: sed peculiari quadam ratione tribuitur tertiæ personæ: cuius ratione assignat sanctus Thom. quia nomè spiritus, vt de reb⁹ corporatis dicitur, significat motionem & impulsu: at tertia persona producit per amorem, cuius munus est impellere ac mouere voluntatem amantis in rem amatam. ¶ Rursus nomen sanctus omnibus diuinis personis conuenit, verùm assignari solet tertiæ personæ ob id præsertim (inquit sanctus Thom.) quòd sanctitas dicitur de ijs rebus, quæ Deo consecrantur, & ordinantur in illum: & tertia persona procedit per amorem, quo omnia ad Deum ordinantur, & in ipsum feruntur. At verò quàm ego assequi possum, alia ratio assignari potest: quia videlicet sanctitas in voluntate est, atq; ad illam spectat: & spiritus sanctus per voluntatem producit. ¶ His igitur vt cunq; explicatis, ex mente sancti Thom. respondemus quæstioni per duas assertiones: quarum prior sit. Tertia persona non habet proprium nomen: quoniam vt dictum est supra quæstio. 27. artic. 4. ad. 3. & quæstio. 28. artic. 4. processio tertiæ personæ non habet nomen proprium, & proinde neque relationes, quæ secundum hanc processio- nem accipiuntur: neque itidem ipsa tertia persona. Cæterum Theologi ex frequenti vsu, illam relationem, quæ est spiritus sancti ad patrem & filium, appellant processio- nem: aliam verò oppositam, quæ est patris & filij ad spiritum sanctum nuncupant spi- rationem. Quæ nimirum nomina secundum germanam significationem, potius signifi- cant actiones, & notionum actus atque ori- gines quàm relationes. ¶ Sit altera con- clusio, quam constituit Diuus Thom. in corpore, & in responsione ad primum. No-

2. Supple-
tio

1. Conclusio

2. Conclusio

men spiritus sancti bifariam sumitur: primo modo, vt complexum, & in virtute duarum dictionum: & isto modo commu- ne est toti trinitati. Secundo, vt incomple- xum, & loco vnius dictionis innominatæ: quo pacto ex vsu ecclesiæ & scripturæ ac- commodatum est vt significaret tertiã per- sonam, quæ procedit per modum amoris: iuxta illud, r. Ioan. vltimo. Trës sunt qui testimonium dant in cælo: Pater, verbum, & spiritus sanctus: velut si hæc dictio ho- mo bonus, institueretur ad significandum Petrum: atque adeo præfata dictio in hac acceptione est proprium nomen tertiæ per- sonæ: & vt affirmat sanctus Thom. ad. 2. pro relatiuo tertiæ personæ sumitur. ¶ In *Dubitatiõ* responsione ad tertium existit quædam du- bitatiuncula, cur Deus appelletur Pater no- ster vt constat ex oratione dominica, & spi- ritus etiam hominum, iuxta illud. 4. regum. 2. requieuit spiritus Helix super Heliseum: & tamen Deus non dicitur, neque dici po- test filius noster. Rationem assignat diuus Thom. quòd pater relationem principij si- gnificat, qua de causa quia Deus principium nostrum est, dicitur pater noster: & etiam spiritus noster nominatur, quoniam nomè spiritus significat (vt diximus) quædam vim motricem, & mouet nos: atque vita no- stra & esse nostrum ab ipso promanat. At fi- lius noster dici nequit, quando nomen filij significat relationem procedentis per gene- rationem à suo principio: ac perinde hæc e- nuntiatio, Deus est filius noster significaret atq; innueret esse nos Dei principium.

Articulus secundus.

Vtrum Spiritus sanctus procedat à filio.



D secundum sic proceditur. Videtur, quòd spūs sanctus nò pcedat à filio. Quia secundū Dio. nò est au- dedū dicere aliqd de substiãiali diui- nitate, præter ea quæ diuinitus nobis

ex

ex sacris eloquijs sunt expressa. Sed in scriptura sacra nò exprimitur q spūs sanctus à filio procedat, sed so- lum q procedat à patre, vt patet Ioan. 15. Spiritum veritatis qui à pa- tre procedit. Ergo spiritus sanctus non procedit à filio. ¶ Præterea. In symbolo Cõstantino politanæ synodi sic legitur. Credi- mus in spiritũ sanctum dominũ & viuificantẽ ex patre procedentem cum patre & filio adorandum & glorificandum. Nullo igitur mo- do debuit addi in symbolo nostro q spiritus sanctus procedat à filio, sed videntur esse anathematis rei, qui hoc addiderunt. ¶ Præterea. Damasco. dicit, spiritũ sanctum ex patre dicimus, & spiri- tum patris nominamus: ex filio au- tem spiritum sanctum non dici- mus: spiritũ verò filij nominamus. Ergo spūs sanctus nò procedit à fi- lio. ¶ Præterea. Nihil procedit ab eo in quo quiescit. Sed spiritus san- ctus quiescit in filio. Dicitur e- nim in legenda beati Andree. Pax vobis, & yniuersis qui credunt in vnum Deum patrem, & vnum fi- lium eius vnicum dominum no- strum Iesum Christũ, & in vnum spiritum sanctum procedentem, ex patre in filio permanentem. Er- go spiritus sanctus non procedit à filio. ¶ Præterea. Filius procedit vt verbum. Sed spiritus noster in no- bis, non videtur procedere à ver-

bo nostro. Ergo spiritus sanctus nò procedit à filio. ¶ Præterea. Spūs sanctus perfectè p- cedit à patre. Ergo superfluum est dicere q procedit à filio. ¶ Præterea. In perpetuis non diffe- runt esse & posse (vt dicitur in. 3. phys.) & multo minus in diuinis. Sed spūs sanctus pòt distingui à fi- lio etiã si ab eo non procedat. Dicit enim Ansel. in lib. de processione spūs sancti. Habent vtique à patre esse filius & spiritus sanctus, sed di- uerso modo: quia alter nascendo, & alter procedendo, vt alij sint per hoc abinuicem. Et postea subdit. Nam si per aliud nò essent plures fi- lius, & spiritus sanctus, per hoc so- lum essent diuersi. Ergo spiritus san- ctus distinguitur à filio ab eo non existens. ¶ Sed contra est quod di- cit Athana. Spiritus sanctus à pa- tre & filio non factus, nec creatus, nec genitus: sed procedens. ¶ Respondeo dicendum: q necesse est dicere spiritũ sanctum à filio ef- se. Si enim nò esset ab eo nullo mo- do posset ab eo personaliter distin- gui. Quod ex supra dictis patet. Non enim est possibile dicere, q secundum aliquid absolutum di- uinæ personæ ab inuicem distin- guantur, quia sequeretur, quòd non esset trium vna essentia. Quic- quid enim in diuinis absolute di- citur, ad vnitatem essentiæ perti- net. Relinquitur ergo, quòd solum

P 3 relatio-

relationibus diuinae personae adin-
uicem distinguuntur. Relationes
autem personas distinguere non
possunt, nisi secundum quod sunt op-
positae. Quod ex hoc patet. Quia
pater habet duas relationes, qua-
rum vna refertur ad filium, & alia
ad spiritum sanctum, quae tamen
quia non sunt oppositae, non consti-
tuunt duas personas, sed ad vnam
personam patris tantum pertinet.
Si ergo in filio & in spiritu sancto
non esset inuenire nisi duas relatio-
nes, quibus vterque refertur ad pa-
trem, illae relationes non essent ad-
inuicem oppositae, sicut neque duae
relationes quibus pater refertur ad
illos. Vnde sicut persona patris
est vna, ita sequeretur quod perso-
na filij & spiritus sancti esset vna
habens duas relationes oppositas
duabus relationibus patris: hoc au-
tem est hereticum cum tollat fi-
dem trinitatis. Oportet ergo quod
filius & spiritus sanctus adinui-
cem referantur oppositis relatio-
nibus. Non autem possunt esse in
diuinis aliae relationes oppositae ni-
si relationes originis: vt supra pro-
batum est. Oppositae autem relatio-
nes originis accipiuntur secundum
principium, & secundum quod est a
principio. Relinquitur ergo quod ne-
cesse est dicere, vel filium esse a
spiritu sancto (quod nullus dicit)
vel spiritum sanctum esse a filio,
quod nos confitemur. Et huic qui

dem consonat ratio processionis
vtriusque. Dictum enim est supra, quod
filius procedit per modum intelle-
ctus, vt verbum: spiritus sanctus autem
per modum voluntatis, vt amor.
Necessè est autem quod amor a verbo
procedat. Non enim aliquid ama-
mus nisi secundum quod conceptione
mentis apprehendimus. Vnde
& secundum hoc manifestum est,
quod spiritus sanctus procedit a filio.
Ipse etiam ordo rerum hoc docet.
Nusquam enim hoc inuenimus, quod
ab vno procedant plura absque ordi-
ne, nisi in illis solum quae materia-
liter differunt. Sicut vnus faber pro-
ducit multos cultellos materialiter
ab inuicem distinctos, nullum or-
dinem habentes ad inuicem. Sed
in rebus in quibus non est sola ma-
terialis distinctio semper inueni-
tur in multitudine productorum
aliquis ordo. Vnde etiam in or-
dine creaturarum productarum,
decor diuinæ sapientiae manifesta-
tur. Si ergo ab vna persona patris
procedunt duae personae, scilicet fi-
lius & spiritus sanctus, oportet esse
aliquem ordinem eorum ad in-
uicem. Nec potest aliquis ordo a-
lius assignari, nisi ordo naturae
quo alius est ex alio. Non est igitur
possibile dicere, quod filius &
spiritus sanctus sic procedat a pa-
tre, quod neuter eorum procedat
ab alio, nisi quis poneret in eis ma-
teriale distinctionem. Quod est impossi-

impossibile. Vnde etiam ipsi graeci
processionem spiritus sancti a-
liquem ordinem habere ad filium
intelligunt. Concedunt enim spi-
ritum sanctum esse spiritum filij &
esse a patre per filium. Et quidam
eorum dicuntur concedere, quod sit a fi-
lio, velut profluat ab eo, non tamen quod
procedat. Quod videtur vel ex igno-
rantia, vel ex proteruita esse. Quia si
quis rectè consideret, inueniet pro-
cessionis verbum inter omnia quae
ad originem qualicumque pertinet,
comunissimum esse. Vt inuenimus enim
eo ad designandum qualicumque ori-
ginem. Sicut quod linea procedat a
puncto, radius a sole, riuus a fonte.
Et similiter in quibuscumque alijs.

Vnde ex quocumque alio ad origi-
nem pertinente potest concludi quod
spiritus sanctus procedat a filio.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod
de Deo dicere non debemus, quod in
sacra scriptura non inuenitur vel
per verba vel per sensum. Licet au-
tem per verba non inueniatur in sa-
cra scriptura quod spiritus sanctus
procedit a filio, inuenitur tamen quan-
tum ad sensum, & praecipue vbi di-
cit filius Ioan. 16. de spiritu sancto
loquens. Ille me clarificabit, quia
de meo accipiet. Regulariter etiam
in sacra scriptura tenendum est,
quod id quod de patre dicitur, o-
portet de filio intelligi, etiam si di-
ctio exclusiua addatur, nisi solum
illis in quibus pater & filius secun-

dum oppositas relationes distin-
guuntur. Cum enim dominus,
Matth. 11. dicit. Nemo nouit fi-
lium nisi pater, non excluditur quin
filius seipsum cognoscat. Sic igitur
cum dicitur, quod spiritus san-
ctus a patre procedit, etiam si ad-
deretur quod a solo patre proce-
dit, non excluderetur inde filius:
quia quantum ad hoc quod est esse
principium spiritus sancti, non
opponatur pater & filius, sed so-
lum quantum ad hoc, quod hic est pa-
ter, & ille filius.

¶ Ad secundum dicendum, quod
in quolibet concilio institutum fuit
symbolum aliquod propter erro-
rem aliquem qui in concilio dam-
nabatur. Vnde sequens concilium
non faciebat aliud symbolum
quam primum, sed id quod im-
plicitè continebatur in primo sym-
bolo, per aliqua addita explanaba-
tur contra haereticos insurgentes. Vn-
de in determinatione chalcedonè-
sis synodi dicitur, quod illi qui fuerunt
congregati in concilio Constanti-
nopolitano, doctrinam de spiritu
sancto tradiderunt: non quod mi-
nus esset in praecedentibus qui a-
pud Nicæam congregati sunt in-
ferentes, sed intellectum eorum ad-
uersus hereticos declarantes. Quia
igitur in tempore antiquorum con-
ciliorum, nondum exortus fuerat
error dicentium spiritum sanctum
non procedere a filio, non fuit ne-

cessarium q̄ hoc explicitè ponere-
tur. Sed postea insurgente errore
quorundam, in quodam concilio
in occidentalibus partibus congre-
gato expressum fuit autoritate ro-
mani pontificis, cuius autoritate
etiam antiqua concilia congrega-
bantur & confirmabantur. Conti-
nebantur tamen implicitè in hoc
ipso, quod dicebatur spiritus san-
ctus à patre procedere.

¶ Ad tertium dicendum, quòd spi-
ritum sanctum non procedere à fi-
lio, primò fuit à Nestorianis intro-
ductum, vt patet in quodam sym-
bolo Nestorianorum damnato in
Ephesina synodo. Et huc errorem
secutus fuit Theodericus Nestoria-
nus, & plures post ipsum, inter
quos fuit etiam Da. Vnde in hoc e-
ius sententia non est standum: Quia
uis à quibusdam dicatur, q̄ Dama-
sicus non confiteretur spiritum san-
ctum esse à filio; ita etiam non ne-
gat ex vi illorum verborum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd
per hæc quòd spiritus sanctus di-
citur quiescere, vel manere in filio,
non excluditur quin ab eo proce-
dat: quia & filius in patre manere
dicitur, cum tamen à patre proce-
dat. Dicitur etiam spiritus sanctus
in filio quiescere, vel sicut amor a-
mantis quiescit in amato, vel quã-
tum ad humanam naturã Christi
propter id quòd scriptum est Ioan.
1. Super quem videris spiritum des-

cedentem, & manentem super
eum, hic est qui baptizat.

¶ Ad quintum dicendum, quòd
verbum indiuisis non accipitur se-
cundum similitudinem verbi vo-
calis, à quo non procedit spiritus,
quia sic tantum metaphoricè dice-
retur, sed secundum similitudinẽ
verbi mentalis, à quo amor proce-
dit. ¶ Ad sextum dicendum, q̄
per hoc q̄ spiritus sanctus perfecte
procedit à patre, non solum non su-
perfluum est dicere q̄ spiritus san-
ctus procedat à filio, sed omnino
necessarium: quia vna virtus est pa-
tris & filij. Et quicquid est à patre
neceffe est esse à filio, nisi propieta-
ti filiationis repugnet. Non enim fi-
lius est à seipso, licet sit à patre.

¶ Ad septimum dicendum, quòd
spiritus sanctus distinguitur perso-
naliter à filio in hoc, q̄ origo vnus
distinguitur ab origine alterius.
Sed ipsa differentia originis est pro-
pter hoc quòd filius est solum à pa-
tre, spiritus sanctus verò à patre &
filio. Non enim aliter processiones
distinguerentur, sicut supra osten-
sum est.

Commentarium.



Commentarium in duas
diuiditur partes: in pri-
ma nanque disputaturi
sumus cum hæreticis, in
secunda verò cum ca-
tholicis.

Prima

Prima commentarij pars.

Conclusio
sancti Th.



Onstituit iam san-
ctus Tho. affirman-
tem conclusionem
de fide tenendam,
vt demonstrat in ar-
gumento ad oppo-
situm ex simbolo
Athanasij, & nos
etiam fusiùs de in-
ceptis demonstrabimus: verum eam probat,
vt sui moris est, rationibus scilicet tribus an-
notatione dignis, quarum prior præcipua
quidem est: ad cuius explicationem præmit-
tit tria. ¶ In initio, quòd diuina persona tan-
tum distinguuntur per relationes, vt ex in-
stituto disputat quaest. 40. art. 2. quòd itidẽ
probat virtute in hanc formam. Omnia ab-
soluta in diuinis sunt cõmunia omnibus tri-
bus personis, sicut essentia, & quæ ad essen-
tiam pertinent: vt bonitas, sapientia, & cæ-
tera (nam alioqui non esset eadem essentia
omnium trium personarũ, cum quicquid
essentia spectat) ergo persona non distin-
guuntur per absoluta: quia nihil distingui-
tur ab alio per aliquid quòd est commune
vtriq̄: igitur distinguuntur per relationes.
Rursus corroborari potest. Quicquid repe-
ritur in vna persona, reperitur in alia præ-
ter relationem: ergo distinguuntur dõtaxat
per relationes. ¶ Secundò supponit: relatio-
nes, quæ non sunt oppositæ, vt est paterni-
tas & spiratio, & eadem spiratio & filiatio,
non sufficere ad distinguendum personas,
quando atinont ad vnam personam: paterni-
tas siquidem & spiratio reperiuntur in pa-
tre: & eadem spiratio & filiatio in filio. ¶ Ex
quibus colligit diuus Tho. quòd si filius &
spiritus sanctus non haberent nisi duas rela-
tiones, quibus referrentur ad patrem, hoc
est filiationem & processionem, non distin-
guerentur inter se, sed essent vna persona:
quandòquidẽ filiatio & processio non sunt
relationes oppositæ, vt constat: & huiusmo-
di relationes non valent distinguere perso-
nas, vt patet ex secunda suppositione proxi-
mè adducta, ac subinde omnis distinctio
realis in diuinis est per oppositionem rela-
tionum: atque omnia sunt vnum vbi non
obuiat relationis oppositio. Quæ est Ansel-
mi sententia in libro de processione spiritus
sancti cap. 2. de quo latissimè agimus infe-

rius quaest. 40. artic. 2. ¶ Tertio præmittit, q̄
relationes oppositæ in diuinis tantum sunt
relationes originis, quia vna persona ducit
originẽ ab alia, vt ostensum est supra quaest.
28. art. 4. & quaest. 32. art. 3. Veluti paterni-
tas & filiatio sunt oppositæ relationes origi-
nis, quia filius est à patre: & spiratio itidem
atq; processio sunt oppositæ relationes ori-
ginis, quia spiritus sanctus est ab vtroque.

¶ His præmissis, diuus Th. præfatam cõclu-
sionem probat ad hunc modum. Si spiritus
sanctus non procederet à filio nõ distingue-
retur ab illo: sed distinguitur vt ex fide ca-
tholica habemus, & ostensum est à nobis
quaest. 27. ar. 1. disput. 1. ergo spiritus sanctus
procedit à filio. Maiorem autem probati-
etiam bene sequitur, spiritus sanctus non
procedit à filio: igitur spiritus sanctus non
ducit originem ab eo: ergo inter filium &
spiritum sanctum non sunt relationes oppo-
sitæ originis: igitur non distinguuntur: quo-
niam (vt præmissum est) tantum diuina per-
sona distinguuntur per relationes oppositas
originis. Bene ergo colligitur de primo ad
vltimum, quòd si spiritus sanctus nõ proce-
deret à filio, non distingueretur ab eo: ac
perinde maior est vera. ¶ Secundò probat
eandem conclusionem. Filius procedit per
actum intellectus, spiritus sanctus per actum
voluntatis: at quòd procedit per actum vo-
luntatis nempe amor, procedit ab eo quòd
est per actum intellectus nepe verbo (nihil
enim est volitum, quin priùs sit cognitum,
& ex consequenti amor oritur à verbo &
notitiã rei amata) ergo spiritus sanctus pro-
cedit à filio. Dei & verbo. Perpulchra est
hæc ratio, atque maximè annotanda: at verò
candide lector expende quã esset laborio-
sum & perdifficile intelligere modò eam,
nisi quaest. 27. explicata essent abunde quæ
in ea assumuntur tanquam manifesta. ¶ Ter-
tio corroborat eandem cõclusionem. Si spi-
ritus sanctus non procederet à filio, sed tan-
tummodo filius & spiritus sanctus proce-
derent à patre, sequeretur non esse aliquem
ordinem inter personam filij & personam
spiritus sancti: at necessum est ponere ali-
quem ordinem inter eas, alioqui esset con-
fusio, & ex consequenti imperfectio in eis
(quòd esset blasphemum fateri) sed non est
alius ordo, quã originis & processio: igitur
ergo vna earum ab altera procedit: necessum
ergo est affirmare, vel quòd filius procedit
ab spiritu sancto, quòd nullus vnquam di-

P 5 xit:

xit: vel spiritus sanctus à filio, quod nitimur probare. Et quod inter has diuinas personas, filij videlicet atq; spiritus sancti, sit statuendus alius ordo, vel ipsi graeci, qui oppositum nostrae conclusionis tuerentur, affirmant: dicentes spiritum sanctum esse spiritum filij, & esse à patre per filium. Et quidam eorum concedebant, quod spiritus sanctus erat à filio, & profuebat ab eo: etsi non fatebantur ab ipso procedere. Quod vel ex ignorantia, vel ex proteruita videtur habere ortum: siquidem nomen processiois significat qualemcumq; originem: vti dici solet quod linea procedit à puncto: radius à sole: riuus à fonte. Cum ergo ipsi concedant spiritum sanctum aliquam originem ducere à filio, oportet profectò ipsos concedere spiritum sancti processioem ab eo. Lege sanctum Thomae de potentia quaestio. 10. artic. 5. qui planè fusiùs & clariùs de hac re agit,

Gracorum & etiam articu. 4. Et iam verò etiam oportet scire graecos & Armenios & plures alios, quorum meminit diuus Thomae ad 3. de quorum numero fuit Damascenus, affirmasse oppositum nostrae conclusionis. Quorum sanè error in pluribus est damnatus concilijs: siquidem conciliū Toleranum tertium in quo interfuerunt omnes Hispaniarum episcopi, sic habet. Spiritus quoq; sanctus consistens à nobis est, & predicandus à patre & filio procedere. Et in concilio Toletano. 4. habentur insuper haec verba. Spiritum sanctum procedentem ex patre & filio profitemur. & idem definit concilium Toleranum 8. & 11. & 12. & in concilio Lateranensi habentur haec verba. Pater à nullo, filius à patre solo, ac spiritus sanctus pariter ab utroq; & habetur de summa trinitate & fide capi. firmiter. Item in concilio Lugdunensi leguntur haec alia verba. Fidei ac deuota professione fatemur, quod spiritus sanctus aeternaliter est ex patre & filio. & post pauca. Nos huiusmodi erroribus viam pracludere cupientes, hoc sacro approbante concilio damnamus & reprobamus omnes qui negare praesumpserint, aeternaliter spiritum sanctum ex patre & filio procedere. & refertur in 6. de lumina trinitate & fide, capitulo vnico. Verum ne Graeci resellendi haec concilia ansam sibi sumant, dicendo ea esse celebrata à latinis, adducamus concilium ipsorum Graecorum, quod minimè possint resellere. Etenim in concilio Ephesino quod sub Theo-

Concilium Ephesinu.

doso iuniore celebratum est, & tertia synodus appellatur, in epistola à toto concilio ad Nestorium missa circa finem epistolae, ita ait concilium. Veritas Christus est, vnde & ab isto similiter sicut à Deo patre, procedit scilicet spiritus sanctus. Possent forsitan calumniari Graeci hanc epistolam, dicentes missam à Cyrillo, non ab ipso concilio: at diluitur calumnia, quoniam initium epistolae sic inscribitur. Religioso & Deo amabili confacerdoti Nestorio cyrillus, & quicumq; sunt apud Ephesi synodus. Vbi satis liquet, eam epistolam à toto concilio fuisse missam, quauis cyrillus praeposatur: praesidebat enim in concilio ex commissione Celestini papae.

Gracorum calumnia. Diluitur.

Rursus in concilio Florentino Graecorum & Latinorum, habentur haec verba. Approbante hac sancta synodo Florentina definitum, vt haec fidei veritas ab omnibus Christianis credatur & suscipiatur, quia spiritus sanctus à patre & filio aeternaliter est. Sententiam hanc non solum latini omnes vno consensu amplexi sunt, sed etià ex ipsismet graecis quamplurimi: vt affirmat praefatum concilium Lugdunense. Cum primum enim decreuit spiritum sanctum procedere ab vtroq; subiunxit. Hoc firmiter tenet & praedicat, profitetur & docet sacrosancta Romana ecclesia mater omnium fidelium, & magistra: hoc habet orthodoxorum patrum atq; doctorum latinorum pariter & Graecorum incommutabilis & vera sententia. Quamobrem placet modò aliquos ex Graecis doctoribus recensere, qui hanc eandem sententiam defenderunt. Didymus quidem libro. 2. de spiritu sancto exponens illam Ioan. 16. autoritatem. Cum venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem: non enim loquetur à semetipso, sed quaecumq; audiet loquetur. Inquit, non enim loquetur à semetipso, hoc est non sine me, & sine meo & patris arbitrio: quia inseparabilis à mea & patris est voluntate: quia non ex se est, sed ex patre & me est. Hoc enim ipsi quod subsistit & loquitur, à patre & me illi est. Item Chryostomus in homilia quadam de expositione symboli ait. Iste est spiritus procedens de patre & filio. Item Athanasius in symbolo. Spiritus sanctus à patre & filio non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. Tandem vltimo, ipsi Graeci fatentur quod spiritus sanctus profuit à filio: in quo re idem intelligunt quod nos, quanuis verbis differre videntur: vt affirmat magister sentent.

Concilium Florentinu.

Spiritu sanctum procedere à filio affirmatio solū latini, sed quam plurimi eu graeci.

Didymus

Chryostomus.

Athanasius.

1. Argumentum.

1. Responsio.

2. Responsio.

3. Annotatio.

sentent. in. 1. quaest. 11. Porro in hanc catholicam sententiam Graeci insurgunt quamplurimis argumentis: & eorum potissimum est primum sancti Thomae. quod in hanc formam procedit. In sacra scriptura non legitur spiritum sanctum procedere à filio, sed dicitur à patre. Ioan. 15. spiritum veritatis qui à patre procedit: ergo spiritus sanctus non procedit à filio: non enim fas est nobis aliquid asserere de diuinis personis, praeter id quod nos docet reuelata doctrina. Huic argumento respondemus iuxta sancti Thomae mentem, negando consequentiam: quia plura sunt fidei dogmata, quae non continentur apertè in sacris literis, sed habentur ex ecclesiae definitione, aut ex traditione apostolorum: at ecclesia (vt ostensum est) decreuit spiritum sanctum procedere à filio, quauis id non formaliter contineatur in sacro eloquio.

Secundò respondemus, spiritum sanctum procedere à filio, virtute quidem contineri in sacra scriptura: quandoquidem omnia quae ibidem dicuntur de patre, intelligenda pariter sunt de filio demptis relationibus oppositis secundum illud Ioan. 16. quod identidè à nobis allegatum est, omnia quaecumq; habet pater, mea sunt. Cum ergo in sacris literis reperitur, spiritum sanctum à patre procedere, consequens etiam est procedere à filio: siquidem pater & filius non opponuntur secundum relationem, in eo quod est esse principium spiritus sancti: quinimò vt deinceps demonstrabimus, sunt vnicum eius principium. Et est planè memoriam commendandum quod annotat sanctus Th. in responsione ad primum: videlicet, sacram paginam non affirmare quod spiritus sanctus procedat à patre solo: verum adiciit, quod si id expressè haberetur, spiritum sanctum scilicet procedere à solo patre, per ea verba non excluderetur filius à productione spiritus sancti. Etenim vt explicuimus quae st. 27. arti. 1. disp. 1. parte. 3. in diuinis particula exclusiua non dicit exclusionem personae, sed naturae: cum enim Math. 11. legitur, nemo nouit filium nisi pater: spiritus sanctus non excluditur à cognitione filij, neq; ipse filius à cognitione sui ipsius: siquidem sensus eorum verborum est, nulla res alterius naturae à patre, ex propriis viribus cognoscit filium. Tertio asserimus, euidenter colligi ex euangelio, spiritum sanctum à filio procedere: quod multis modis ostendimus. Initio, vnam diuinam personam ali-

quid accipere ab alia, nihil aliud est quam recipere illa quae habet alia persona per productionem: vt filius accipit à patre omnia quae habet, per generationem: at spiritus sanctus accipit aliquid à filio, vt constat Ioan. 16. ille me clarificabit, quia de meo accipiet: ergo spiritus sanctus producitur & procedit à filio. Verum hoc ipsum euidentiori argumento conuincimus, à quo nulla tergiversatione liceat effugere. Et texamus in hunc modum argumentum. Quaecumque habet pater, habet filius, Ioan. 16. Omnia quaecumque habet pater, mea sunt: at pater habet virtutem producendi spiritum sanctum Ioan. 15. spiritum veritatis qui à patre procedit: ergo filius habet virtutem producendi spiritum sanctum: ac perinde illum producit, & ab eo procedit: siquidem in aeternis, vt dicit Arist. 3. phys. tex. 32. idem est esse & posse. Aduerte animum, & perspicuum erit tibi quam sint omnia huius argumenti euidentissima, & luce meridiana clariora: Nam consequentia ipsa manifestissima est, atq; maior & minor apertissime vel continetur in scriptura, vel ex contentis in ea deducuntur. Et haec est ratio August. 2. de trinit. cap. 3. & hac eadem ferme ratione vitur concilium Florentinum, ad probandum spiritum sanctum procedere à filio: quod quidem concilium in definitione ita ait. Et quoniam omnia quae patris sunt, ipse pater vni genito filio suo gignendo dedit, praeter esse patrem, hoc ipsum quod spiritus sanctus procedit ex filio, ipse filius à patre aeternaliter habet: à quo etiam aeternaliter genitus est. haec concilium. Diximus verò hanc rationem esse August. esse etiam Florentini concilij, quid ergo immoramur ne tribuamus illam Christo domino? qui loquatur de spiritu sancto. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet: & annuntiabit vobis: omnia quaecumq; habet pater mea sunt: propterea dixi, quia de meo accipiet. Et quia alius obsecro, istorum verborum potest esse sensus, quam ille quem praefata ratio explicat? Videlicet, quia ego habeo omnia, quae habet pater: & quoniam pater habet virtutem producendi spiritum sanctum, ego itidem pariter cum eo illam virtutem habeo. Rursus, spiritus sanctus procedit à patre, quia est spiritus patris Matth. 10. non estis vos qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur

Ratio conuincens errorem Graecorum, quae videtur à Augustino concilium Florentinu, quoniam christus genitor non est in euangelio.

Augustinus. Concilium Florentinu.

Servator noster christus 1. 1. 1.

Confirmatio.

quitur in uobis. & ad Roman. 8. si spiritus eius qui suscitauit Iesum a mortuis habitat in uobis: at etiam spiritus sanctus est spiritus filij, ergo procedit a filio. Minorem autem probamus ad Roma. loco proximè citato: si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius: & ad Galat. 4. misit

2. argumt. Deus spiritum filij sui in corda uestra. ¶ Secundò argumentantur Græci: in præcipuis concilijs, ut Nicæno, Ephesino, Chalcedonensi, & Constantinopolitano solùm definitum est spiritum sanctum procedere à patre, neq; vlla in eis fit mentio de processione spiritus sancti à filio: igitur spiritus sanctus à filio non procedit. ¶ Responder sanctus Thom. ad secundum, quòd tempore conciliorum antiquorum nondù ortus fuerat error asserentium spiritum sanctum nõ procedere à filio: sed deinceps pullulante

3. argumt. hoc errore ecclesia definiuit. ¶ Tertio, in symbolo quòd Leo tertius reliquit Romæ post altare beati Pauli in tabula argentea exculptum, pro amore (ut ipse ait) & cautela si dei orthodoxæ, solùm dicitur quòd spiritus sanctus procedit à patre, ubi habetur: & in spiritum sanctum dominum & uiuificantem ex patre procedentem: cum patre & filio coadorandum & conglorificandum &c. quòd quidem est symbolum: quòd in missa cantatur, editum in Nicæno concilio, in sine cuius subiunctum est: qui aliud docuerit, uel aliter prædicauerit, anathema sit: igitur Latini (aiunt Græci) anathematis uinculo nexi sunt. ¶ Huic argumento respon-

Responsio. det Magister sentent. loco allegato, quòd nos latini non aliud, id est oppositum, prædicamus: sed ad maiorem explicationem illa particula, filioq; addita est ab ecclesia ad symbolum Nicæni concilij. Etenim longè inter se differunt, aliud docere, & aliquid addere ad explicationem eorum quæ edicta sunt. Quòd Pauli exemplo per facile erit nobis intelligere, qui cum ad Galat. 1. cõ similem anathematis pœnam statuat, inquit: si quis uobis euangelizauerit præter id quòd accepistis, anathema sit. uerum ut constat, ad Theſſalonicens. 1. cap. 3. pollicitus est futurum ad eos, ad complendum ea quæ deierant fidei illorum: quam prius eos docuerat, dicens. Orantes ut uideamus faciem uestram, & compleamus ea quæ desunt fidei uestræ. Ecce quo pacto Paulus adiderit ad fidem iam receptam, hoc est ad explicationem illius. Et profectò proprium

munus est ecclesiæ catholicæ, ut est magistra ueritatis, fidei antiquæ addere: non quidem aliam, id est diuersam fidem docendo, sed eandem explicando.

Secunda commentarij pars.



Dubium. Aterum dubitatur, an ea cõditionalis, quam affirmat Diuus Tho. in articulo, uera sit: uidelicet, si spiritus sanctus non procederet à filio non distinguere-

tur ab eo. Haecenus tenuimus disputationem cum hæreticis: superest modò, ut cõ catholicis & scholasticis agamus. ¶ Pro cuius explicatione aduertendum maxime est, ad theologum nempe pertinere ut sciat spiritum sanctum à filio procedere: sed parum ad ipsum theologum spectat scire quid sequatur dato hoc impossibili, uidelicet, spiritum sanctum non procedere à filio: & an sequatur inde, eos non distinguere inter se. Quocirca non oportet theologos circa huiusmodi disputationem esse anxios & torqueri: uerum ut tempori aliquid demus, in hac materia aliquantulum immorabimur.

¶ Sit igitur conclusio quaestioni respondens, illa scilicet, conditionalem ueram esse. Quæ affirmat Diuus Thom. & eam non alia ratione fulcimur, quam sancti Thom. adducta: quæ profectò magni ponderis est. Hæc sancti Thom. sententiam defendit Durandus in. 1. distinct. 11. quaest. 2. & egregiè respondet ad argumenta aduersariorum: eandem habet Marsilius in. 1. quaest. 15. arti. 3. in responsione ad. 3. ¶ Verum Scotus & Scoristæ in eodem primo distinct. 11. quaest. 2. mordicus tenent oppositam Diui Thom. opinionem: qui quamplurimis argumentis insurgunt aduersus illum: atq; potissima eorum adducemus in mediũ, ut eis satisfaciamus. ¶ Sit itaq; primum atq; præcipuum eorum argumentum. Si spiritus sanctus non procederet à patre sed à solo filio, distingueretur ab ipso patre, ut ostendimus modò: ergo quauis nõ procederet à filio distingueretur ab eo. Cõsequètia uidetur nota, quia utrobq; est consimilis ratio: assumptum autem probamus, quoniam da oppositum: uidelicet,

ctum: & per illam mediatam oppositionem relationum, distingueretur pater & spiritus sanctus: sed si spiritus sanctus non procederet à filio, inter eos nulla esset prioris oppositio mediata neq; immediata, per quam filius & spiritus sanctus possent distinguari: atq; ad eum essent una eademq; persona. ¶ Secundò. Processiones per actum uoluntatis, & per actum intellectus repugnât eidem personæ: nequit enim eadem persona produci per actum intellectus & per actum uoluntatis (quia processio per actum uoluntatis originem ducit à processione per actum intellectus, ut innuit sanctus Th. quaestio. 27. art. 3. ad tertium) ergo esto spiritus sanctus non procederet à filio, distingueretur inter se: quoniam vnus procederet per intellectum, alius per uoluntatē. Et hoc planè asserit Anselmus in libro de processione spiritus sancti, ubi ait. Habent utiq; à patre esse filius & spiritus sanctus, sed diuerso modo: quia alter nascendo, & alter procedendo: ut alij sint per hoc ab inuicē. Et postea subdit. Nam si per aliud non essent plures filius & spiritus sanctus, per hoc solùm essent diuersi: ¶ Quòd materiã huius argumenti exactius percipiamus aduertendum est, qd supponere spiritum sanctum non procedere à filio, est supponere qd nõ procedat per modum amoris, neque per actum uoluntatis: nam si non procederet à filio, nõ procederet à uerbo, neque à uoluntate, & ex consequenti non procederet per modum amoris, neque per actum uoluntatis: etenim amor & actus uoluntatis procedunt à uoluntate, siquidem nihil est uoluntatis, quin prius sit cognitum. Et hoc annotat Marsilius ubi supra in responsione ad sextum argumentum. ¶ Hoc præmissis, respondemus negando consequentiã: quia si spiritus sanctus non procederet à filio, non procederet per actum uoluntatis, ut constat ex suppositione. ¶ Secundò respondent aliqui Thomistæ, qd processiones secundum actum intellectus & actum uoluntatis, repugnant eidem personæ, supposito ordine quem nunc quidem inter se habent: ita quòd una ab altera originem ducit: tamen secluso isto ordine inter illas, sicut tu secludendum expostulas, cum ais: si spiritus sanctus nõ procederet à filio (nã clarum est qd si nõ procederet spūs sanctus à filio, processio spiritus sancti per actum uoluntatis, non esset à processione filij per actum intellectus: atque adeo nullus originis ordo esset inter eas)

Annotatio.

Responsio.

ctum: & per illam mediatam oppositionem relationum, distingueretur pater & spiritus sanctus: sed si spiritus sanctus non procederet à filio, inter eos nulla esset prioris oppositio mediata neq; immediata, per quam filius & spiritus sanctus possent distinguari: atq; ad eum essent una eademq; persona. ¶ Secundò. Processiones per actum uoluntatis, & per actum intellectus repugnât eidem personæ: nequit enim eadem persona produci per actum intellectus & per actum uoluntatis (quia processio per actum uoluntatis originem ducit à processione per actum intellectus, ut innuit sanctus Th. quaestio. 27. art. 3. ad tertium) ergo esto spiritus sanctus non procederet à filio, distingueretur inter se: quoniam vnus procederet per intellectum, alius per uoluntatē. Et hoc planè asserit Anselmus in libro de processione spiritus sancti, ubi ait. Habent utiq; à patre esse filius & spiritus sanctus, sed diuerso modo: quia alter nascendo, & alter procedendo: ut alij sint per hoc ab inuicē. Et postea subdit. Nam si per aliud non essent plures filius & spiritus sanctus, per hoc solùm essent diuersi: ¶ Quòd materiã huius argumenti exactius percipiamus aduertendum est, qd supponere spiritum sanctum non procedere à filio, est supponere qd nõ procedat per modum amoris, neque per actum uoluntatis: nam si non procederet à filio, nõ procederet à uerbo, neque à uoluntate, & ex consequenti non procederet per modum amoris, neque per actum uoluntatis: etenim amor & actus uoluntatis procedunt à uoluntate, siquidem nihil est uoluntatis, quin prius sit cognitum. Et hoc annotat Marsilius ubi supra in responsione ad sextum argumentum. ¶ Hoc præmissis, respondemus negando consequentiã: quia si spiritus sanctus non procederet à filio, non procederet per actum uoluntatis, ut constat ex suppositione. ¶ Secundò respondent aliqui Thomistæ, qd processiones secundum actum intellectus & actum uoluntatis, repugnant eidem personæ, supposito ordine quem nunc quidem inter se habent: ita quòd una ab altera originem ducit: tamen secluso isto ordine inter illas, sicut tu secludendum expostulas, cum ais: si spiritus sanctus nõ procederet à filio (nã clarum est qd si nõ procederet spūs sanctus à filio, processio spiritus sancti per actum uoluntatis, non esset à processione filij per actum intellectus: atque adeo nullus originis ordo esset inter eas)

ctum: & per illam mediatam oppositionem relationum, distingueretur pater & spiritus sanctus: sed si spiritus sanctus non procederet à filio, inter eos nulla esset prioris oppositio mediata neq; immediata, per quam filius & spiritus sanctus possent distinguari: atq; ad eum essent una eademq; persona. ¶ Secundò. Processiones per actum uoluntatis, & per actum intellectus repugnât eidem personæ: nequit enim eadem persona produci per actum intellectus & per actum uoluntatis (quia processio per actum uoluntatis originem ducit à processione per actum intellectus, ut innuit sanctus Th. quaestio. 27. art. 3. ad tertium) ergo esto spiritus sanctus non procederet à filio, distingueretur inter se: quoniam vnus procederet per intellectum, alius per uoluntatē. Et hoc planè asserit Anselmus in libro de processione spiritus sancti, ubi ait. Habent utiq; à patre esse filius & spiritus sanctus, sed diuerso modo: quia alter nascendo, & alter procedendo: ut alij sint per hoc ab inuicē. Et postea subdit. Nam si per aliud non essent plures filius & spiritus sanctus, per hoc solùm essent diuersi: ¶ Quòd materiã huius argumenti exactius percipiamus aduertendum est, qd supponere spiritum sanctum non procedere à filio, est supponere qd nõ procedat per modum amoris, neque per actum uoluntatis: nam si non procederet à filio, nõ procederet à uerbo, neque à uoluntate, & ex consequenti non procederet per modum amoris, neque per actum uoluntatis: etenim amor & actus uoluntatis procedunt à uoluntate, siquidem nihil est uoluntatis, quin prius sit cognitum. Et hoc annotat Marsilius ubi supra in responsione ad sextum argumentum. ¶ Hoc præmissis, respondemus negando consequentiã: quia si spiritus sanctus non procederet à filio, non procederet per actum uoluntatis, ut constat ex suppositione. ¶ Secundò respondent aliqui Thomistæ, qd processiones secundum actum intellectus & actum uoluntatis, repugnant eidem personæ, supposito ordine quem nunc quidem inter se habent: ita quòd una ab altera originem ducit: tamen secluso isto ordine inter illas, sicut tu secludendum expostulas, cum ais: si spiritus sanctus nõ procederet à filio (nã clarum est qd si nõ procederet spūs sanctus à filio, processio spiritus sancti per actum uoluntatis, non esset à processione filij per actum intellectus: atque adeo nullus originis ordo esset inter eas)

cas) negamus quòd eo casu non possint conuenire eidè personæ: quiniòd hac data hypothese, eadem persona procederet per actum intellectus & actum voluntatis: putà persona filij & persona spiritus sancti, quæ essent vnica persona. Et istam solutionem innuit sanctus Thom. ad. 7. si verba eius bene expendantur: Tertio, quod constituit aliquid, distinguit illud à quocunq; alio: vti rationale constituit hominem, & distinguit eum ab omnino quod non est homo: at filiatio constituit filium in esse personæ, ergo per filiationem filius distinguitur à persona spiritus sancti: igitur etsi spiritus sanctus non procederet à filio, adhuc filius per filiationem distingueretur ab illo: & ex consequenti falsum est dicere, quod si spiritus sanctus non procederet à filio, non distingueretur ab eo. Respondemus negando maiorem propositionem: quæ licet vera sit in rebus absolutis, veruntamen in rebus loci non habet: & ratio est, quia esse relati est ad aliud se habere. Quo fit, vt relatio tantum distinguat relatiuum in ordine ad terminum ad quem refertur: atq; adeo filiatio duntaxat distinguit filium in ordine ad patrem: & ex consequenti filius per filiationem solum distinguitur à patre, & non ab spiritu sancto: sed ab ipso distinguitur realiter per spirationem. At obijcimus in fauorem Scoti: filius distinguitur personaliter ab spiritu sancto, quia est alia persona: at nò distinguitur personaliter per spirationem, vt statim ostendimus: ergo per filiationem: ac proinde per filiationem non solum distinguitur à patre, sed etiam ab spiritu sancto. Minorem autè probamus, quia spiratio est communis patri & filio, & non constituit personam: vt docuit diuus Thom. quaest. 32. arti. 3. Respondemus negando hanc collectionem: spiratio non constituit personam, ergo filius per eam personaliter non distinguitur ab spiritu sancto: nam filius dicitur personaliter distingui ab spiritu sancto per spirationem, non quia spiratio constituit personam filij, sed quia personam filij constitutam per filiationem distinguit realiter ab spiritu sancto. Quarto, spiritus sanctus est ens, ergo vnus, ab æquipollentibus: at vnus est propria passio entis, qua quilibet res est eadem sibi ipsi, & distincta à qualibet alia: igitur spiritus sanctus, quatenus vnus, est eadem persona sibi ipsi, & distincta à qualibet alia persona: patre scilicet, & filio: ergo per vni-

tatem distinguitur ab eis, & non per relationem: ac perinde, esto nò procederet à filio, neq; ei opponeretur per relationem, distingueretur ab illo quatenus vnus est. Et confirmatur. Quauis spiritus sanctus non procederet à filio, esset vnus: sed quia vnus est, distinguitur à filio: ergo etsi nò procederet ab eo, distingueretur ab illo. Hoc idem argumentum solent texere in aliam formam, videlicet: spiritus sanctus prius natura est ens, quam spiritus sanctus: ergo prius natura est vnus, quam spiritus sanctus: at quatenus vnus, est persona eadem sibi ipsi, & distincta à qualibet alia: ergo quauis non procederet à filio, ab eo distingueretur quatenus vnus, & per vnitatem suam. Respondemus, quòd quia vnus est propria passio entis, qua quilibet res est eadem sibi ipsi, & distincta à quolibet alio ente, ob id spiritus sanctus, quatenus vnus est, distinguitur à quolibet alio ente, quod non est Deus. Ceterum in quantum vnus, & per entis vnitatem, non distinguitur ab alia persona diuina: quoniam omnes res sunt eadem substantia, & idem ens, atq; idem vnus, nò est ipsa diuina essentia: iuxta illud. 1. Ioan. vlt. mo, & hitres vnus, sunt: sed duntaxat per relationem vna persona diuina est eadem persona sibi ipsi, & alia atq; distincta à quacunq; diuina persona, ad quam refertur, & relatiuè se habet. Insuper nos in fauorem Scoti arguemur, & vt lucidius procedam, præmittendū est, seu potius in memoriam reuocandū quod in præcedentibus diximus, hoc est filiationem & paternitatē esse oppositas relationes inter sese: & simili modo spirationem actiuam atque passiuam, qua est processio in spiritu sancto: nam per illas, pater & filius inuicem referuntur: & per has spirator & spiritus sanctus. Attamè processio & filiatio, & eadem processio & paternitas, item filiatio & spiratio, & eadem spiratio & paternitas: non sunt inter sese oppositæ relationes, sed potius impertinentes: siquidem relata per eas non mutuo referuntur, vt filius quæ filius: & spiritus sanctus quæ spiritus sanctus: & reliqua. Hac præmissa igitur suppositione, argumentamur. Fundamentū cuius sanctus Thom. innuitur, dum affirmat conditionalem illam, vt constat in litera, est: quod omnis distinctio realis in diuinis sit per oppositionem relationis. Sed hoc fundamentum falsum est, vt nos proximè planum faciemus, ergo & conclusio. Minorem autem ostendimus, siquidem processio quæ est in spiritu sancto, & filiatio in filio realiter distinguuntur, & non sunt relationes oppositæ, vt liquet ex suppositione. Et idem argumentum potest fieri de processione & de paternitate. Huic argumento solent respondere, quòd hæ relationes distinguuntur nò per se, & per oppositionem aliquam quæ sit inter eas, sed per accidens, & ratione oppositionis, quæ est inter processionem & spirationem, cui est idem realiter filiatio. In summa itaq; respondēt, quòd spiratio & filiatio realiter distinguuntur: quia filiatio est idem realiter cum spiratione, quæ distinguuntur realiter à processione. Veruntamen in hac solutionem infurgimus: tum quoniam in diuinis nihil per accidens constitui debet, sed quicquid est in Deo per se est in ipso: tum verò quia si ratio quam assignant locum haberet, sequeretur filiationem & spirationem in filio distingui realiter: cuius oppositum satis claret ex his quæ dicta sunt, & sanctus Thom. docet in articulo præsentis. Quòd autè id sequatur sanè demonstramus. Tu asseris processionem spiritus sancti & filiacionem distingui realiter, quoniam filiatio est idem realiter cum spiratione, quæ realiter distinguuntur à processione: sed spiratio est idem realiter cum paternitate, quæ realiter distinguitur à filiacione: ergo spiratio & filiatio distinguuntur inter sese eadem proterus ratione. Explosa igitur de medio hac solutione, aliam Thomista afferunt dicentes, quòd processio spiritus sancti & filiatio distinguuntur realiter, quia sunt diuersæ relationes, existentes in diuersis personis & non in eadem: at verò etiam filiatio & spiratio, esto sint diuersæ relationes, sunt tamen in eadè persona. Ceterum in dicto nostro neque hæc responsio exorbitat totam rei difficultatem: quandoquidem ipsæ personæ, filius videlicet & spiritus sanctus, realiter distinguuntur, & non opponuntur relatiue inter sese: neque sunt in alijs personis distinctis. Quòd si cui visum fuerit respondere quod filius quatenus spirator, & spiritus sanctus, opponuntur, & hac ratione distinguuntur, & non opponuntur relatiue inter sese: neque sunt in alijs personis distinctis. Argumentamur planè. Spiritus sanctus, quatenus spiritus sanctus, & filius, quatenus filius, distinguuntur realiter, vt nunc palam nobis erit: & hac ratione non opponuntur, vt manifestum est: igitur non omnis distinctio in diuinis est per oppositionem relationis. Maiorem nimirum probamus. Filius quatenus

Confirmatio

Responsio

Argumentum. Suppositio.

argum.

Responsio.

Obiectio.

Solutio.

argum.

ostendimus, siquidem processio quæ est in spiritu sancto, & filiatio in filio realiter distinguuntur, & non sunt relationes oppositæ, vt liquet ex suppositione. Et idem argumentum potest fieri de processione & de paternitate. Huic argumento solent respondere, quòd hæ relationes distinguuntur nò per se, & per oppositionem aliquam quæ sit inter eas, sed per accidens, & ratione oppositionis, quæ est inter processionem & spirationem, cui est idem realiter filiatio. In summa itaq; respondēt, quòd spiratio & filiatio realiter distinguuntur: quia filiatio est idem realiter cum spiratione, quæ distinguuntur realiter à processione. Veruntamen in hac solutionem infurgimus: tum quoniam in diuinis nihil per accidens constitui debet, sed quicquid est in Deo per se est in ipso: tum verò quia si ratio quam assignant locum haberet, sequeretur filiationem & spirationem in filio distingui realiter: cuius oppositum satis claret ex his quæ dicta sunt, & sanctus Thom. docet in articulo præsentis. Quòd autè id sequatur sanè demonstramus. Tu asseris processionem spiritus sancti & filiacionem distingui realiter, quoniam filiatio est idem realiter cum spiratione, quæ realiter distinguuntur à processione: sed spiratio est idem realiter cum paternitate, quæ realiter distinguitur à filiacione: ergo spiratio & filiatio distinguuntur inter sese eadem proterus ratione. Explosa igitur de medio hac solutione, aliam Thomista afferunt dicentes, quòd processio spiritus sancti & filiatio distinguuntur realiter, quia sunt diuersæ relationes, existentes in diuersis personis & non in eadem: at verò etiam filiatio & spiratio, esto sint diuersæ relationes, sunt tamen in eadè persona. Ceterum in dicto nostro neque hæc responsio exorbitat totam rei difficultatem: quandoquidem ipsæ personæ, filius videlicet & spiritus sanctus, realiter distinguuntur, & non opponuntur relatiue inter sese: neque sunt in alijs personis distinctis. Quòd si cui visum fuerit respondere quod filius quatenus spirator, & spiritus sanctus, opponuntur, & hac ratione distinguuntur, & non opponuntur relatiue inter sese: neque sunt in alijs personis distinctis. Argumentamur planè. Spiritus sanctus, quatenus spiritus sanctus, & filius, quatenus filius, distinguuntur realiter, vt nunc palam nobis erit: & hac ratione non opponuntur, vt manifestum est: igitur non omnis distinctio in diuinis est per oppositionem relationis. Maiorem nimirum probamus. Filius quatenus

Aliqua res respicitur

Obiectio.

Resistitur respicere, & alia substituuntur.

Reijcitur hac etiam.

Responsio alia.

Cõsuetur

filius, procedit per actum intellectus, & spiritus sanctus, quatenus spiritus sanctus, procedit per actum voluntatis: at ista processiones sufficiunt ad distinguendas personas, quia neutriquid eadè personæ re ipsa conuenire possunt (vt præmissum in secundo argumento, & aperte affirmat Anselmus loco allegato) ergo filius quæ filius, & spiritus sanctus quæ spiritus sanctus, realiter distinguuntur. Fortè Thomista respondēt, quòd esto filius quæ spirator, & spiritus sanctus quæ spiratus, realiter distinguuntur, & impossibile sit eos non distingui: verum filius quæ filius, & spiritus sanctus quæ spiritus sanctus non distinguuntur. Nam dato impossibili, spiritus sanctus non procederet à patre, esset filius quæ filius, & spiritus sanctus quæ spiritus sanctus, & non distinguerentur, sed essent vna persona: atq; adeo ista collectio non tenet, filius & spiritus sanctus distinguuntur realiter, ergo filius quæ filius, & spiritus sanctus quæ spiritus sanctus distinguuntur realiter. Quemadmodum hoc animal, ostensio Petro, & hoc animal, ostensio Paulo, distinguuntur realiter, sed non distinguuntur realiter quatenus animalia. Et tandem in ultimo argumentamur. Ipsæ diuinæ processiones secundum actum in intellectu & voluntatis realiter distinguuntur, quia vna originem ducit ab alia (vt docet sanctus Thom. quaestione. 27. arti. 3. ad tertium) & tamè non opponuntur relatiue, quia sunt actiones, & non relata neq; relationes: ergo in diuinis plures sunt distinctiones reales, quæ non oriuntur ex oppositione relationum: & ex consequenti funditus conuellitur totum diui Thom. fundamentum, atq; eius doctrina in præsentis. Porro ne lector longius protrahamus, quòd iam est vt post tot solutiones à nobis improbatas, propria diui Thom. statuamus sententiam: quæ & dilucidam rem faciat, & animos theologorum perfecte expleat. Pro cuius explicatione obseruandum maximè est, quod omnis distinctio realis in diuinis, iuxta sententiam diui Thom. est per oppositionem: nempe aut per oppositas relationes, aut per oppositas origines: quod aperte docet infra quaestio. 40. arti. 2. vbi ait, personas bifariam distingui, aut per origines, aut per relationes: etsi proprius per relationes distinguatur. Inueniuntur (inquit) in diuinis personis duo, secundum quæ differunt & origo & relatio. Et in præsentis articulo in responsione ad septimum manifestè affirmat, quòd spiritus sanctus & filius distinguuntur realiter.

Ultimum argumentum

Anterior sententia.

Annosatio.

distinguuntur per origines oppositas: illa autem sunt origines oppositae quarum una est ab alia (nam profectio si una ab alia est, eadem per se competere non possunt: sicut neque una persona potest producere se ipsam, ac proinde sunt oppositae) ut processio & origo secundum voluntatem, est a processione & origine secundum intellectum: sicut actus voluntatis & amor, ab actu intellectus, verbo, & notitia: & natiuitas filij, a generatione patris: atque spiratio passiva spiritus sancti ab inspiratione actiua.

Dictum summa.

In pauca itaque omnia conferentes, tenendum est secundum D. Tho. mentem, quod triplici de causa aliqua distinguuntur realiter in diuinis: vel quia sunt relatae oppositae, ut pater filius, paternitas filiatio, spirator & spiratum, spiratio & processio: vel quia habent oppositas origines, ut filius & spiritus sanctus: vel quia vnum est ab alio, ut processio secundum voluntatem a processione secundum intellectum.

Observatio.

Aduertendum tamen est, quod distinctio realis, quae reperitur in diuinis propter origines oppositas, reducitur ad distinctionem per relationes oppositas: quoniam secundum omnes origines oppositas, sumuntur oppositae relationes. Quia de causa communiter conceditur, quod omnis distinctio realis in diuinis, est per oppositionem relationis. De hac re liceat legere Caietanum quaest. 30. arti. 2. ad 2. dubitatione, qui subtiliter haec annotat.

Obiectio.

At forsitan adhuc quis obijciat, fundamentum diui Thome, falsum esse: scilicet, omnem distinctionem realem in diuinis, esse per oppositionem relationum.

1. solutio.

Negamus proculdubio, nam intelligendum est formaliter, vel in virtute: siquidem distinctio realis quae est per origines oppositas, aut quia vnum ab altero originem ducit, reducitur (ut proxime diximus) ad distinctionem, quae est per oppositas relationes.

2. solutio.

Vel dicimus, quod fundamentum cui innititur sanctus Thome, est, omnem distinctionem in diuinis esse per oppositionem relationis vel originis. Caietanus tamen vbi supra respondet, quod relatae oppositae sunt duplicis generis: altera ratione relationis, altera ratione originis. Relatae oppositae (inquit) ratione relationis, duntaxat sunt ea quae vicissim sibi respondent, ut pater filius, spirans & procedens. Ratione vero originis, sunt quaecumque ita comparantur inter se, quod vnum est ab alio. Sed patrum refert isto vel illo modo respondere, dummodo a veritate

Caietani responsio non respellenda.

non discedamus. Ex his satis nota est solutio argumenti que fatemur, quod filius quia filius, & spiritus sanctus quia spiritus sanctus, non sunt relatiue oppositae: distinguuntur tamen realiter, quia habent oppositas origines & processiones. etenim filius procedit per actum intellectus, & spiritus sanctus per actum voluntatis. Et haec etiam processiones sunt oppositae, & realiter distinguuntur: non quia relatae oppositae sunt, sed quia vna habet originem ab altera, ut diximus, & asserit sanctus Thom. vbi supra. Et ad quintum argumentum respondemus, quod processio & filiatio non sunt oppositae relationes: & tamen realiter distinguuntur, quia vna originem ducit ab alia secundum rem: nempe processio a filiatione: sicut spiritus sanctus a filio: & idem dicendum est de processione & paternitate. Consulto diximus secundum rem, quoniam formaliter (ut visum est in precedentibus, quaest. 32. arti. 2. ad 2.) filiatio non producit spirationem: sicut neque paternitas generat filium: ac proinde neque processio formaliter producit a filiatione: & ex consequenti formaliter, & ut suppositum, ab ea originem non ducit: bene tamen secundum rem, quia ipsa processio per se existens est spiritus sanctus, qui originem ducit a filio, qui nihil aliud est quam ipsa filiatio per se subsistens. Et de hac molesta disputatione dicta sufficiant.

Responsio ad quintum.

Articulus tertius.

Utrum Spiritus sanctus procedat a patre per filium.



D tertium sic proceditur. Videtur quod spiritus sanctus non procedat a patre per filium. Quod enim procedit ab aliquo per aliquem, non procedit ab eo immediate. Si igitur spiritus sanctus procedit a patre per filium,

non procedit a patre immediate. Si igitur spiritus sanctus procedit a patre per filium,

lium, non procedit a patre immediate: quod videtur inconueniens.

Præterea. Si spiritus sanctus procedit a patre per filium, non procedit a filio nisi propter patrem. Sed propter quod vnuquodque, & illud magis, ergo magis procedit a patre quam a filio.

Præterea. Filius habet esse per generationem. Si igitur spiritus sanctus est a patre per filium, sequitur quod prius generetur filius, & postea procedat spiritus sanctus: & sic processio spiritus sancti non est æterna. Quod est hæreticum.

Præterea. Cui aliquis dicitur per aliquem operari, potest e conuerso dici. Sicut enim dicimus quod rex operatur per ballium, ita potest dici, quod ballius operatur per regem. Sed nullo modo dicimus quod filius spiritus sanctum per patrem. Ergo nullo modo potest dici, quod pater spiritus sanctum per filium.

Sed contra est, quod Hilarius dicit in li. de trinitate. Conserua hanc oro fidei meae religionem, ut semper obtineam patrem, scilicet te: & filium tuum vna tecum adorem, & spiritum sanctum tuum, qui est per vniuersum tuum, promerear. Respondeo dicendum, quod in omnibus locutionibus, in quibus dicitur aliquis per aliquem operari, hæc præpositio per designat in causali aliqua causam, seu principium illius actus. Sed cum actio sit media inter faciem & factum, quoadque illud causale cui adiungi-

tur hæc præpositio per est causa actionis, secundum quod exit ab agente: & tunc est causa agendi quod agat, siue sit causa finalis, siue formalis, siue effectiua, siue motiua. Finalis quidem, ut si dicamus quod artifex operatur per cupiditatem lucrari. Formalis vero, ut si dicamus, quod operatur per artem suam. Motiua vero, si dicamus, quod operatur per imperium alterius. Quandoque vero dictio causalis cui adiungitur hæc præpositio per, est causa actionis secundum quod determinatur ad factum: ut cum dicimus artifex operatur per martellum. Non enim significatur, quod martellus sit causa artificii quod agat: sed quod sit causa artificiatio, ut ab artifice procedat, & hoc ipsum habeat ab artifice. Et hoc est quod quidam dicunt quod hæc præpositio per, quandoque notat autoritatem in recto, ut cum dicitur rex operatur per ballium. Quandoque autem in obliquo, ut cum dicitur, ballius operatur per regem. Quia igitur filius habet a patre quod ab eo procedat spiritus sanctus, potest dici, quod pater per filium, spirat spiritum sanctum, vel quod spiritus sanctus procedat a patre per filium. Quod idem est.

Ad primum ergo dicendum, quod in qualibet actione est duo considerare, scilicet suppositum agens, & virtutem qua agit. Sicut ignis calefacit calore. Si igitur in patre & filio

& filio consideretur virtus qua spirant spiritum sanctum, non cadit ibi aliquod medium: quia haec virtus est una & eadem. Si autem considerentur ipsae personae spirantes, sic cum spiritus sanctus communiter procedat a patre & filio, inuenitur spiritus sanctus immediate a patre procedere, in quantum est ab eo: & mediate in quantum est a filio. Et sic dicitur procedere a patre per filium, sicut etiam Abel processit immediate ab Adam, in quantum Adam fuit pater eius; & mediate in quantum Eua fuit mater eius, quae processit ab Adam, licet hoc exemplum materialis processions inceptum videatur, ad significandum immaterialem processionem diuinarum personarum.

¶ Ad secundum dicendum, quod si filius acciperet a patre aliam virtutem numero ad spirandum spiritum sanctum, sequeretur quod esset sicut causa secunda & instrumentalis. Et sic magis procederet a patre quam a filio. Sed una & eadem numero virtus spiratiua est in patre & filio. Et ideo equaliter procedit ab utroque, licet aliquando dicatur principaliter vel proprie procedere de patre, propter hoc quod filius habet hanc virtutem a patre.

¶ Ad tertium dicendum, quod sicut generatio filii est coaeterna generanti (unde non prius fuit pater,

quam gigneret filium) ita processio spiritus sancti est coaeterna suo principio, unde non fuit prius filius genitus, quam spiritus sanctus procederet, sed utroque aeternum est.

¶ Ad quartum dicendum, quod cum aliquis dicitur per aliquid operari, non semper recipitur conuersio. Non enim dicimus, quod martellus operetur per fabrum, dicimus autem quod balliuus operatur per regem. Quia balliui est agere cum sit dominus sui actus, martelli autem non est agere, sed solum agi. Unde non designatur, nisi ut instrumentum. Dicitur autem balliuus operari per regem, quamuis haec propositio per denotet medium, quia quanto suppositum est prius in agendo, tanto virtus eius est immediatior effectui, quia virtus causae primae coniungit causam secundam suo effectui. Unde & prima principia dicuntur immediata in demonstratione scientiarum. Sic igitur in quantum balliuus est medius, secundum ordinem suppositorum agentium, dicitur Rex operari per balliuum, secundum ordinem vero, virtutum dicitur balliuus operari per regem, quia virtus regis facit quod actio ballini consequatur effectum. Ordo autem non attenditur inter patrem & filium, quantum ad virtutem, sed solum quantum ad supposita. Et ideo dicitur quod

quod pater spirat per filium, & non e converso.

Commentarium.



uestionem hanc mouet diuus Tho. duntaxat ut explicet verba Hilarij, de Trinitate in fine, quae refert in argumento ad oppositum, qui quidem asserit spiritum sanctum esse & procedere a patre per filium: etenim hic articulus, & quae in eo disputantur non tanti sunt, ut longam requirant orationem ad sui commentarium: litera enim cuius philosophiae candidato, etiam si modica adhibeat operam, peruia est atque perfacilis.

Annotatione.

¶ Pro intelligentia tamen quaestionis propositae, annotare oportet ex ipso sancto Tho. in responsione ad primum, quod sicut Abel processit ab Adamo immediate & mediate, immediate scilicet, quatenus filius: mediate autem, in quantum processit Abel ab Eua; & ipsa Eua ab Adamo ex eius costa: sic quoque spiritus sanctus procedit immediate (ut constat) a patre aeterno, & mediate etiam, quia procedit a filio; & filius a patre. Obseruat verò sanctus Thabidem, quod spiritus sanctus non procedit a patre mediate, ratione virtutis spirandi, quia in utroque est eadem virtus: sed ratione suppositorum, quia tertium est a secundo, & secundum a primo. Nunc dicimus, quod si consideremus spiritum sanctum ut mediate procedit a patre, concedendum est procedere eum a patre per filium, sicut Abel ab Adamo per Eua: non tamen concedendum est (ut docet sanctus Th. in. 4. argumento) quod spiritus sanctus procedit a filio per patrem: id est per patrem, tanquam per medium per quod filius producat spiritum sanctum: posset tamen concedi in hoc sensu, id est pater dat filio virtutem spirandi spiritum sanctum: sicut concedimus quod pretor operatur per regem. Plures alios sensus assignat diuus Tho. huic propositioni, qui non indiget explanatione: perlege literam.

Responsio ad quaestio nem.

1. Dubium

¶ Solum se offerunt duo parua dubia: primum est, an sit asserendum spiritum sanctum principaliter procedere a patre. Et ratio dubitationis est, quoniam id affirmat August. 15. de Trinit. cap. 17. Verum in oppositam partem argumentamur. Spiritus sanctus prin-

cipaliter procedit a patre: ergo minus principaliter a filio, quod est haereticum. Bre. Responsio ui respondemus, illud affirmasse August. ut insinaret, quod filius habet a patre quod producat spiritum sanctum. Et hoc constat ex verbis eius, qui cum primum dixit spiritum sanctum principaliter procedere a patre, subiunxit: ideo addidi principaliter, quia & de filio spiritus sanctus procedere reperitur, sed hoc quoque illi pater dedit. Et ad argumentum respondemus negando consequentiam: quia principaliter est ab utroque. ¶ Dubitatio alia extat, an concedendum sit, spiritum sanctum proprie procedere de patre. Et apparet id non esse concedendum, nam quid asseueraret, videretur innuere, quod spiritus sanctus improprie procedit a filio: quod idem est haereticum. Quod autem debeat concedi, constat ex beato Hieronymo in expositione catholicae fidei, Nicenaeque symboli tomo. 4. ad Cyrillum scribente, cuius verba sunt. Credimus in spiritum sanctum, qui de patre processit proprie. Et iterum, spiritum sanctum uerum Deum inuenimus in scriptura: & de patre proprie esse. ¶ Paucis, itaque dicimus, spiritum sanctum a patre & filio, praesertim esse: uerum Hieronymus asserit, spiritum sanctum a patre proprie esse, ut denotet patrem a se habere producere spiritum sanctum: & filium, a patre.

Articulus quartus.

Utrum pater & filius sint unum principium spiritus sancti.



Ad quartum sic proceditur. Videtur quod pater & filius non sint unum principium spiritus sancti. Quia spiritus sanctus non videtur a patre, & filio procedere in quantum sunt unum: neque in natura: quia spiritus sanctus sic etiam procederet a seipso qui est unum cum

cū eis in natura: neq; etiam in quantum sunt vnum in aliqua proprietate, quia vna proprietate non potest esse duorum suppositorum vt videtur. Ergo spiritus sanctus procedit à patre & filio, vt sunt plures. Non ergo pater & filius sunt vnum principium spiritus sancti.

¶ Præterea. Cū dicitur pater & filius sunt vnum principium spiritus sancti, non potest ibi designari vnitas personalis, quia sic pater & filius essent vna persona. Neq; etiam vnitas proprietatis. Quia si propter vnam proprietatem pater & filius sunt vnum principium spiritus sancti, pari ratione propter duas proprietates pater videtur esse duo principia filij & spiritus sancti. Quod est inconueniens. Non ergo pater & filius sunt vnum principium spiritus sancti.

¶ Præterea. Filius non magis conuenit cū patre, q̄ spiritus sanctus. Sed spiritus sanctus, & pater non sunt vnum principium respectu alicuius diuine personę. Ergo neque pater & filius.

¶ Præterea. Si pater & filius sunt vnum principium spiritus sancti, aut vnum quod est pater, aut vnum quod non est pater. Sed neutrum est dare. Quia si vnum quod est pater, sequitur q̄ filius sit pater. Si vnum quod non est pater, sequitur q̄ pater non est pater. Non ergo dicendum est, q̄ pater & filius sint vnum principium spiritus sancti.

¶ Præterea. Si pater & filius sunt vnum principium spiritus sancti, videtur econuerso dicendum, q̄ vnum principium spiritus sancti sit pater & filius. Sed hæc videtur esse falsa. Quia hoc quod dico principium oportet q̄ supponat, vel pro persona patris, vel pro persona filij. Et vtroq; modo est falsa. Ergo etiã hæc est falsa, pater & filius sunt vnum principium spiritus sancti.

¶ Præterea. Vnum in substantia facit idē. Si igitur, pater & filius sunt vnum principium spiritus sancti, sequitur q̄ sint idē principium. Sed hoc à multis negatur, ergo non est concedendum, q̄ pater & filius sint vnum principium spiritus sancti.

¶ Præterea. Pater & filius & spiritus sanctus, quia sunt vnum principium creaturę, dicuntur esse vnus creator. Sed pater & filius non sunt vnus spirator, sed duo spiratores, vt à multis dicitur. Quod etiã consonat dictis. Hil. qui dicit in. 2. de trinitate q̄ spiritus sanctus à patre & filio autoribus cōfiteus est. Ergo pater & filius non sunt vnum principium spiritus sancti. ¶ Sed contra est quod Aug. dicit in. 7. de trinitate q̄ pater & filius non sunt duo principia, sed vnum principium spiritus sancti. ¶ Respondeo deo dicendum, q̄ pater & filius in omnibus vnū sunt, in quibus nō distinguitur inter eos relationis oppositio. Vnde. cū in hoc quod est esse principium spiritus sancti nō opponantur

tur relatiuè, sequitur q̄ pater & filius sunt vnū principium spiritus sancti. Quidam tamē dicunt hæc esse impropria, pater & filius sunt vnū principium spiritus sancti. Quia cū hoc nomen principium singulariter acceptum non significet personam, sed proprietatem: dicunt q̄ sumitur adiectiuè. Et quia adiectiuū non determinatur per adiectiuū, non potest conuenienter dici q̄ pater & filius sunt vnum principium spiritus sancti, nisi vnū intelligatur quasi adverbialiter positum: vt sit sensus sunt vnum principium, id est, vno modo. Sed simili ratione posset dici pater duo principia filij & spiritus sancti, id est, duobus modis. Dicendum est ergo, q̄ licet hoc nomen principium significet proprietatem: tū significat eā per modum substantiui: sicut hoc nomen pater & filius etiam in rebus creatis. Vñ numerum accipit à forma signata, sicut & alia substantiua. Sicut igitur pater & filius sunt vnus Deus propter vnitatem forme signate per hoc nomen Deus, ita sunt vnum principium spiritus sancti, propter vnitatem proprietatis signate in hoc nomine principium. ¶ Ad principium ergo dicendum, q̄ si attendatur virtus spiratiua, spiritus sanctus procedit à patre & filio in quantum sunt vnum in virtute spiratiua, quę quodam modo significat naturam cum proprietate: vt infra diceretur. Neq;

est inconueniens, vnā proprietatem esse in duobus suppositis: quorum est vna natura. Si verò considerentur supposita spirationis: sic spiritus sanctus procedit à patre & filio, vt sunt plures. Procedit enim ab eis vt amor vnitiuus duorum.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ cū dicitur, pater & filius sunt vnum principium spiritus sancti, designatur vna proprietate quę est forma significata per nomen, non tamē sequitur q̄ propter plures proprietates possit dici pater plura principia, quia implicaretur pluralitas suppositorum. ¶ Ad tertium dicendum, q̄ secundum relatiuas proprietates non attenditur in diuinis similitudo vel dissimilitudo, sed secundum essentiam. Vnde sicut pater non est similior sibi quā filio: ita neq; filius similior patri quā spiritus sanctus. ¶ Ad quartum dicendum, q̄ hæc duo, scilicet pater & filius sunt vnum principium, quod est pater, aut vnū principium, quod non est pater, non sunt contradictorie opposita. Vnde non est necesse alterum eorum dare. Cū enim dicimus pater & filius sunt vnum principium, hoc quod dico principium non habet determinatam suppositionem, imo commusam pro duabus personis simul. Vnde in processu est fallacia figure dictionis, à confusa suppositione ad determinatam.

¶ Ad quintum dicendum, quod hæc etiam est vera, vñu principiu spūs sancti est pater & filius, quia hoc quod dico principium nō supponit pro vna persona tātum, sed indistinctè pro duabus, vt dictum est.

¶ Ad sextum, q̄ conuenienter pōt dici q̄ pater & filius sunt idē principium, secundum q̄ ly principiu supponit confusè & indistinctè p̄ duabus personis simul.

¶ Ad septimum dicendum, q̄ quidam dicunt q̄ pater & filius licet sint vnum principium spiritus sancti, sunt tñ duo spiratores, propter distinctionem suppositorum: sicut etiā duo spirantes, quia actus referuntur ad supposita. Nec est eadē ratio de hoc nomine creator, quia spiritus sanctus procedit à patre & filio, vt sunt duæ personæ distincte (vt dictum est,) non autē creatura procedit à tribus personis, vt sunt personæ distincte, sed vt sunt vnum in essentia. Sed videtur melius dicendum, quod quia spirans adiectiuum est, spirator verò substantiuum, possumus dicere, quod pater & filius sunt duo spirantes p̄pter pluralitatem suppositorum: non autem duo spiratores propter vnam spirationem. Nam adiectiua nomina habent numerum secundum supposita, substantiua verò à seipsis, secundum formam significatam. Quod verò Hilar.

dicat, quod spiritus sanctus est à patre & filio autoribus, exponendum est q̄ ponitur substantiuum pro adiectiuo.

Commentarium.



Commentariū hoc, in tres diuiditur partes: in prima planè declaratur litera, atque statuitur sancti Thom. conclusio de fide tenēda, & probatur: in secunda autem disputamus nonnulla dubia huic articulo germana: in tertia verò respondemus argumento, quod sit contra sanctum Thom. atque difficultatem quam illud argumentum inquirat, absoluiamus: necnō excitamus aliqua alia parua dubia.

Prima commentarij pars.



Efert san. Thom. opinionem quorundā theologorum, qui affirmant hanc esse improprietatem. Pater & filius sunt vnum principium spiritus sancti. Cuius rationem as-

signabant, quia cum nomen principium nō significet personam, sed proprietatem, non potest sumi nisi adiectiuè: & quoniam adiectiuum non potest terminari per alterum adiectiuum (faciunt siquidem inconcinnam & improprietatem loquutionem, vt albus dulcis) hæc erit impropria, pater & filius sunt vnum principium spiritus sancti: nisi vnum quasi aduerbium accipiat, ita vt sensus illius propositionis sit. Sunt vñu principium, id est, vno modo principium. ¶ Hanc sententiam meritò rejicit: nam si ea vera esset, ista itidem vera esset: pater est duo principia filij & spiritus sancti, id est duobus modis: quādoquidem vnum producit per actum intellectus, & alterum per

Quorundā theologorū placitum

Reijicitur.

Conclusio.


peractum voluntatis. Insuper hæc sententia non solum in theologia sed etiam in grammaticorum rudimentis infantilem continentem ignorantiam. ¶ Respondet igitur affirmante conclusione, explosa illa sententia: quam quidem conclusionem probat in argumento ad oppositū ex Augustino de trinitate cap. 14. probat etiam rationibus, quarum prior est. In diuinis omnia sunt vnum, vbi nō impedit relationis oppositio: sed pater & filius non opponuntur relatè, quo ad hoc quod est esse principium spiritus sancti: ergo pater & filius sunt vnum principium spiritus sancti. Hæc est optima ratio. & habetur in concilio Florentino. ¶ Rursus, pater & filius sunt vnus Deus, propter vnitatem formæ significatæ in cōcreto per hoc nomen Deus, & quia deitas significata hoc nomine Deus in concreto, est communis patri & filio: at vnica est forma significata in concreto per hoc nomen, principium spiritus sancti, communis patri & filio, scilicet virtus spirandi seu spiratio: ergo pater & filius sunt vnum principium spiritus sancti. ¶ Præterea, in diuinis substantiuum non prædicatur in plurali, cum forma importata per ipsum in cōcreto est vna: quamobrè ista negatur tanquam hæretica: pater & filius & spiritus sanctus sunt dii: quoniam deitas significata hoc nomine Deus est vna: at hoc nomen principium spiritus sancti est substantiuum, & forma importata per ipsum, videlicet virtus spirandi seu spiratio, est vna: ergo huiusmodi nomen non potest prædicari de patre & filio in plurali: igitur hæc est falsa, pater & filius sunt principia spiritus sancti atq; adeo hæc est vera, pater & filius sunt vnum principium spiritus sancti. Hæc conclusio & eius rationes fusiùs explicantur quæstio. 39. arti. 3. ¶ Scholastici doctores disputant de hac re in. 1. distinct. 12. & circa difficultatē istā, an pater & filius sint vnum, vel plura principia spiritus sancti, innumera extiterunt opiniones: quarum aliquas licebit legere in Gabriele & Gregorio loco citato. Itē etiā fuit magna contentio inter doctores, an spiratio in patre, & spiratio in filio, sint vna, vel plures relationes. ¶ Sed iam huiusmodi disputationes locum nō habent, quoniam ab ecclesia decretum est, patrem & filiu esse vnum principium spiritus sancti, atq; in eis esse vnicam & non plures spirationes: etenim verba concilij Lugdunēsis sic habet. Spiritus sanctus æternaliter ex

Definitur ab ecclesia conclusio di. Tho.

Concilium Lugdunēse.

patre & filio, non tanquā ex duobus principiis, sed tanquam ex vno principio, nō duabus spirationibus, sed vnica spiratione procedit. Et habetur in sexto capitulo vnico de summa trinit. & fide. Concilium itidem Florentinum sic ait. Spiritus sanctus ex patre & filio æternaliter est, & essentia suam, suūq; esse subsistens habet ex patre simul & filio, & ex vtroq; æternaliter tanquā ab vno principio & vnica spiratione procedit. ¶ Nota tamen doctores aliquos asseruisse, q̄ ecclesia in præfatis verbis non definiuit, patrem & filium esse vnum principiu spiritus sancti, sed tanquā vnum principiu spiritus sancti. Quorum nempe expositio longè abest ab ipsa veritate: quoniam particula illa tanquam non dimittit, sed potius declarat: veluti cum dicimus, omnes creature procedunt à tribus diuinis personis, non tanquā à pluribus, sed tanquam ab vna causa. Item quia in verbis prædictis conuersionem eam, quæ maximè torquebat doctores, voluit ecclesia decidere & omnino tollere. Si itaque istorum tortuosa & obliqua declaratio vera esset, profectò nulla esset ecclesiæ definitio, ac nullum commodum esset allatura: si quidem eadem prorsus maneret cōtentio, quæ antea agitabatur.

Secunda commentarij pars.



Quorundā dubia, quæ offeruntur luculentè explicare ad maiorem huius difficultatis enodationem: Primum nāquæ est, an hæc disputatio, videlicet, vtrum pater & filius sint vnum, vel plura principia spiritus sancti, sit de re, an de nomine tātū. ¶ Quod quidē dubiu excitamus p̄pter aliquos doctores, asserentes esse de nomine disputationem: affirmat nimirū in re omnes conuenire, hoc est, quod sint plura supposita spirationis, & vnica spirandi virtus in ambobus: verum asseuerant esse de nomine disputationem, an debeant dici pater & filius plura principia spiritus sancti, propter pluralitatem suppositorum, an vnum, ratione vnice virtutis spirandi. ¶ Horum tamen assertionem temerariam existimamus: quoniam si ita esset, ecclesia non tam diligētem

Dubia.

Aliquorū placitum.

Conferatur.

rem adhibuisset curam in decernenda veritate. Et profecto affirmare, disputationem hanc esse de nomine tantum, est affirmare eam esse futilem & vanam, ac prout de ecclesiam leuitatis notare, quod est blasphemum, & iniurium aduersus illius auctoritatem & candorem. Altera dubitatio est, an haec propositio, pater & filius sunt vnum principium spiritus sancti, sit ex vi verborum, & secundum proprietatem sermonis vera, & de rigore (vt dicunt nostri temporis dialectici.) Gregorius Arminensis vbi supra quaest. 1. ruerit, eam propositionem secundum sermonis proprietatem falsam esse, sed veram in sensu in quo sancti eam affirmant. Planè Gregorii assertio est nimis periculosa, ne dicam erronea: nam si illa propositio ex vi sermonis est falsa, ergo simpliciter falsa. & ex consequenti concedendum est, sanctam matrem, ecclesiam, propositio nem simpliciter falsam determinasse vt veram: quod est haereticum: & contra illud Pauli. 1. ad Timot. 3. ecclesia Dei viui columna & fundamentum veritatis. Item, quia nulla potest esse ratio, quare ecclesia propositionem, quae aliàs erat falsa, determinaret tanquam veram, in sensu quodam extraneo & peregrino, longè à communi terminorum significatione diuerso. Tenendum igitur est, praefatam propositionem ex vi vocabulorum veram esse. Tertium aliud dubium est, an principium spiritus sancti sit quartum constitutum à patre, filio, & spiritu sancto. O Chamus in eadè distinctione. quaest. 1. & Gabriel perpetuus eius sectator & propugnator in eodem loco, habent singularem quandam opinionem circa quaestionem propositam: etenim asserunt, quod quemadmodum ex spiratione passiuà & diuina essentia, constituitur spiritus sanctus, ita quoque ex spiratione actiuà & eadem diuina essentia, constituitur spirator, & principium spirandi spiritum sanctum, quod est quartum constitutum commune patri & filio, ratione duntaxat distinctum ab eis, & idem realiter cum illis, sed realiter distinctum ab spiritu sancto: & hoc ipsum constitutum non est persona, quandoquidem persona non est communis, sed illud est commune patri & filio: quo fit (aiunt) vt non sint quatuor personae in diuinis, sed tantum tres. Inquirit insuper, quid spirare formaliter & immediatè tribuitur illi quarto constituto, sed non patri

6. Dubiū.

Gregorius Arminensis

de fallitur.

3. Dubiū.

O Chamus sententia & Gabriels.

Primo eorum assertio.

Secunda.

& filio, esto realiter eis conueniat & spirant: quia sunt realiter ipse spirator & principium spirandi spiritum sanctum. Aiunt rursus, hanc propositionem, pater & filius sunt vnum principium spiritus sancti, esse ex vi sermonis veram: & hanc etiam, sunt plura principia spiritus sancti. Ceterum asseuerant, quod propter haereticos & ne praebatur simplicibus anfa errandi, ecclesia & sancti negant patrem & filium esse plura principia spiritus sancti. & quod ista propositio sit vera contēdit Ochamus probare in hunc modum. Hoc nomen principium spirandi nō tantū accipitur pro quarto constituto, sed pro persona patris & per sona filij, cum de qualibet earum verificetur: sed sunt duae personae: ergo sunt duo principia. Gregorius loco citato hanc sententiam Ochami rejicit, quae merito rejicienda est. Vnde nos dicimus nequiquam esse asserendum quartum constitutum in diuinis, ne videamur etiā verbis insinuare quaternitatem personarum. Ad haec affirmamus, asserentem Ochami, quia concedit patrem & filium esse plura principia spiritus sancti, proculdubio esse errorem: quoniam ecclesia euidenter decernit oppositum in concilijs supra allegatis. & eadē rationes, quibus contra Gregorium egimus, militant quidem aduersus Ochamum & Gabrielem. Neque propter haereticos licitum est vnquam affirmare falsum, sed potius id facere, esset dare illis occasionem contemnendi ecclesiam: etenim cuius homini, in quo saltem rationis scintilla penitus nō sit extincta, maxima occasio est contemnendi alterum, si deprehendat illum aliquādo vera negare, aut falsa pro veris statuere, quantum id fiat sub praetextu cuiusquam mali fugiendi. Et sanè probamus aduersus Ochamum, istam propositionem: Pater & filius sunt plura principia spiritus sancti, esse falsam ex vi verborum, & secundum sermonis proprietatem. Ista propositio, pater & filius sunt vnus Deus, ex vi sermonis est vera: & haec falsa, sunt plures dii: & non ob aliam causam, nisi quia forma significata hoc nomine Deus, putā deitas, est solum vna & communis patri & filio: at forma significata hoc uoimine principium spiritus sancti est vna & communis patri & filio, nempe virtus spirandi: ergo ista propositio, pater & filius sunt vnum principium spiritus sancti, ex vi sermonis est vera: & haec alia

Tertia.

Rejicitur.

Sententia auctoris.

Dualitas in vniuersis est Ochamus.

falsa

falsa, sunt plura principia spiritus sancti. Rursus ista propositio, pater & filius sunt vnum principium creaturarum & non plura, ex vi sermonis est vera: quia forma quā significat hoc nomen principium, hoc est diuina essentia, est vna & communis patri & filio: at forma, quam significat hoc nomen principium spiritus sancti, etiam est vna, videlicet virtus spirandi seu spiratio, & communis patri & filio: ergo ista propositio, pater & filius sunt vnum principium spirandi & non plura, ex vi sermonis est vera.

2. Ratio.

Tertia commentarij pars.



AM tandem opinionibus istis reiectis, contra conclusionem Diui Thom. quae secundum fidem catholicam tenenda est, vt ostendimus, scilicet quod pater & filius sunt vnū

principium spiritus sancti & non plura, argumentis in contrarium agendum est: ad veritatem magis ac magis patefaciendam. Admonemus tamen lectorem homo animo esse, ac se praebere patientem in his argumentis quae proximè sequuntur expendendis, cum magis arguta sint quam grauiā: etenim more summularum agendum est in illis: at verò coacti sumus illa non repellere, cum diuus Thom. hoc eodem articulo, & alij scholastici doctores ea asserat in praesenti disputatione. Argumentamur igitur in hunc modum. In hac propositione, pater & filius sunt vnum principium spiritus sancti, ille terminus principium supponit determinatè, & nullam habet singularem veram: ergo illa est falsa. & assumptum probamus, quoniam vel descendendo sub illo termino principium, ostendis patrē seorsum, aut filium, aut ambos simul: si des primum, haec est falsa: pater & filius sunt hoc principium, scilicet pater: quemadmodum ista Petrus & Paulus sunt Petrus. Si des secundū, etiam haec est falsa: pater & filius sunt hoc principium, putā filius: si autem ostendas patrem & filium simul, consimiliter est falsa: nam pater & filius sunt plura supposita, ergo non sunt vnum hoc principium sed plura. Huic argumento responderet Ca-

Admonet lector.

Sophisticū argumentū contra Th.

Capreoli responsio.

precolus in 1. dist. 12. quaest. 1. q. ille terminus principium spiritus sancti in praefata propositione, non accipitur neq; supponit determinatè, sed confusè: quocirca non licet ascendere neq; descendere sub illo. & affirmat istam responsionem esse iuxta sancti Thome mentem in hoc articulo ad. 4. vbi ait. Cum dicimus pater & filius sunt vnū principium, hoc quod dico principium non habet determinatam suppositionem, imò cōfusam. Hanc Capreoli responsionem Gregorius vbi supra impugnat, quia in praefata suppositione nullum est syncategorema confundens illum terminum principium: ergo nō supponit confusè. Cui obiectioni respondet Capreolus negando antecedens: nam illa coniunctio, &, in hac propositione pater & filius sunt vnum principium, cōfundit praedicatum: sicut in ista, Salmantica & Romae venditur piper. Verū Capreolus summum listā & sophistam agens, contra regulas summularum & sophistarum loquitur: nam illa coniunctio, &, in praedicta propositione accipitur complexiue (vt aiunt) sicut in ista, Sortes & Plato sunt animalia: & cum complexiue tenetur non confundit praedicatum, sed cum diuisiue accipitur. Insuper, quia si texam us argumentum de hac propositione, duae personae sunt vnum principium spiritus sancti, redit omnino eadē difficultas: & responsio Capreoli locum non habet. Praeterea Capreoli responsio, iudicio meo, pugnat cum sancti Thome doctriā, nā in praesenti articulo ad. 5. dicit, q. haec est vera: vnum principium spiritus sancti est pater & filius: vbi illud nomen principium accipitur determinatè, & nullomodo confusè: & haec est aequiualens & conuertens alterius. Sed omīssa iam sophistarum barbarie, quae homini docto nauseam mouet, retandem est, difficultatē argumenti propositi aliter seridè & more theologorū dissoluerè. Quapropter ad hanc rem intelligendā non nulla obseruare oportet. In primis, q. haec duo nomina spirator, & principium spūs sancti sunt synonyma, vel saltē equipollentia, & subinde ista propositio est vera: pater & filius sunt vnus spirator, & nō plures spiratores: ceu ista, pater & filij sunt vnū principium, & non plura, esto pater & filius sunt plures spirantes, vt docet S. Tho. ad. 7. quāuis oppositū turat est in 1. dist. 11. & 29. artic. vltimis: etenim ibi asseruit, patrem & filium esse duos spiratores, perinde ac duos

Cōstatutur Capreolus.

Auctoris sententia.

Nota. Prima.

Q 5

spiran

Spirantes. Quam sententiam in presentia re- cantat & impugnat: & quantum inquit san- Thom.) Hilarius concedat spiritum sanctum esse a patre & filio autoribus, ibi tamen utitur substantiuo pro adiectiuo. Cur autem debeat concedi, quod pater & filius sint tantum vnus spirator, & plures spirantes, ostenditur inferius quaestio. 39. articulo. 3. cum agemus de natura praedicationis substantiuorum & adiectiuorum.

Secundo.

¶ Aduertere etiam oportet, virtutem spirandi, & spirationem pro eodem sumi, & duntaxat ratione differre: virtus siquidem spirandi praesupponitur ad spirationem, sicut potentia generandi ad paternitatem.

Tertio.

¶ Notandum rursus est, quod sicut deitas est communis patri & filio, sic quoque virtus spirandi seu spiratio, quorum vtrunque est relatio vel inuoluit relationem: & quemadmodum datur vnus absolutum commune patri & filio, hoc est Deus in communi, quod nihil aliud est quam deitas significata in concreto hoc nomine Deus: ita etiam datur vnus relatiuum commune patri & filio, quod est principium spirandi vel spirator: & non aliud est quam forma, quae est virtus spirandi seu spiratio, in concreto significata per haec nomina.

Probatio

¶ Quod in hunc modum probamus: quoniam pater nihil aliud est quam paternitas perse subsistens, in concreto significata hoc nomine pater: & simile de filio asserendum est: ergo spirator nihil aliud est quam spiratio seu virtus spirandi perse subsistens, in concreto significata hoc nomine spirator, seu hoc nomine principium spiritus sancti, quod aequiualens est illi, ut praemisimus. Et hoc satis aperte dicit sanctus Thomas ad secundum in quibus. Cum dicitur pater & filius sunt vnus principium spiritus sancti, designatur vna proprietates, quae est forma significata per nomen.

Autoris

responsio ad argumentum principale.

¶ His autem praelibatis fundamentis, argumento proposito in principio respondemus in forma: quod ista propositio, pater & filius sunt vnus principium spiritus sancti, est vera: & quod illud nomen principium accipitur determinate: & descendendo datur vna singularis vera, ostendendo spiratorem, & illud relatiuum commune patri & filio. Haec namque vera est, pater & filius sunt hoc principium spiritus sancti, & hic spirator.

Probatio

¶ Et quod ea vera sit ostendimus: quoniam haec est vera, pater & filius sunt hic Deus, ostendendo Deum in communi, & deitatem in concreto: ergo

haec est vera, pater & filius sunt hic spirator, ostendendo spiratorem in communi, siue spirationem in concreto. Consequentia vero liquet, quia sicut Deus est communis patri & filio, ita etiam spirator: & quemadmodum deitas est communis patri & filio, sic quoque spiratio: & vti non sunt plures dii, ita neque plures spiratores: nec plura principia. & demum eodem modo dicendum est de ista, pater & filius sunt vnus principium spiritus sancti: ut de ista, pater & filius sunt vnus Deus. Et prorsus, ut licet ascendere vel descendere in ista, ita & in illa: est enim perfectio eadem difficultas quoad ascensum & descensum in vtraque.

¶ Quid ergo dicemus ad sanctum Thomam qui ut visum est, asserit nomen principij in praefata propositione accipi confusum? Respondemus, diuum Thomam non accipere suppositionem confusam eo modo, quo philosophiae huius temporis. Id videlicet vult, quod illud nomen principij non supponit singulatum pro patre solum, neque pro filio solum sed pro illis duobus simul. Et hoc ipsum sanctus Thomas aperte affirmat ad quartum aiens. Cum enim dicimus, pater & filius sunt vnus principij, hoc quod dico principium, non habet determinatam suppositionem, imo confusam pro duabus personis simul. Et verba eius ad sextum sic habent: conuenienter potest dici, quod pater & filius sunt idem principium, secundum quod ly principium supponit confusum & in distincte pro duabus personis simul. Haec sanctus Thomas. At extat dubitatio, an sic ista est vera, pater & filius est hic spirator, ostendendo immediate illud relatiuum commune patri & filio: sic etiam ista vera sit, pater & filius sunt hic spirator, ostendendo immediate & coniunctim patrem & filium.

Expositio verborum. D. Thom.

Respondemus, hanc veram esse: quoniam quemadmodum nomen Deus, supponit pro Deo in communi, & suppositis habentibus deitatem, sic quoque nomen spirator supponit pro spiratore in communi, & pro suppositis habentibus virtutem spiratiuam, scilicet coniunctim pro patre & filio. ¶ At qui in presenti disputatione maximi pensis occurrit difficultas, sint ne verae haec propositiones: pater & filius sunt hic spirator, & hoc principium spirandi, demonstrato solo patre aut solo filio. Et vtrum haec etiam sit vera, hic spirator est hic spirator: aut, hoc principium spirandi est hoc

Grande dubium.

principium spirandi, priori pronomine demonstrante patrem: secundo pronomine demonstrante filium. Quod quidem dubium nos absoluemus inferius quaestione. 39. articulo. 4. ¶ Vltimo tandem ut huic negotio finem imponamus, quarimus vtrum spiritus sanctus per se procedat a pluribus suppositis, vel tantum per accidens. Et quod per accidens procedat extat quidem argumentum. Pater habet perfectam virtutem spirandi spiritum sanctum: ergo si dato impossibile, esset pater & non filius, spiraret spiritum sanctum: ac proinde spiritus sanctus non per se, sed per accidens procedit a pluribus suppositis. Verum tamen in oppositum videtur autoritas sancti Thomae: qui in responsione ad primum ait. Spiritus sanctus procedit a patre & filio, ut sunt plures: procedit enim ab eis, ut amor vnitius duorum. ¶ Scorus in r. distinctio. 12. iucetur, quod spiritus sanctus non procedit a patre & filio, ut sunt plures: & ex consequenti per accidens, vel quasi per accidens procedit a pluribus. Quod fulcitur argumento quod fecimus. ¶ Attamen sanctus Thomas

Differitur solutio. Vltimū dubium.

Argumentū affirmatū.

Sententia Scoti.

Sententia San. Tho.

mas hic ad primum, & in r. sentent. distinctio. 11. quaestio. 1. articulo. 2. & articulo. 4. ad. 2. dicit, quod spiritus sanctus procedit a patre & filio, tanquam a pluribus: id est per se procedit a pluribus suppositis: quia procedit (inquit) ut amor vnitius duorum: ita quod pluralitas duorum suppositorum est conditio spiratoris, & procedere a duobus est conditio spirationis & spirati. Quo fit, ut si dato impossibile esset pater & non filius, non spiraret spiritum sanctum: & vice versa. ¶ Et ad argumentum in fauore Scoti, negamus consequentiam: & illud non esset propter defectum patris, sed propter conditionem spirationis, quae necessario debet esse a duobus suppositis: quia quod spiratur procedit tanquam amor duorum: est enim commune sanctorum axioma, spiritum sanctum mutuum esse charitatem patris & filij. ¶ Possemus hic disputare, an pater quatenus est principium filij, & filius quatenus est principium spiritus sancti, sint plura principia: quod nos disputamus inferius quaest. 39. articulo. 3.

Responsio ad argumentum Scoti.

Quaestio

QVAESTIO. XXXVII.

De nomine Spiritus Sancti quod est amor.



Varitur deinde de nomine amoris. ¶ Et circa hoc quaeruntur duo. Primò, utrū sit proprium nomen spiritus sancti. Secundò utrū pater & filius, diligant se spiritu sancto.

Articulus primus.

Utrum amor sit proprium nomen spiritus sancti.



Primum sic proceditur. Videtur quod amor non sit propriū nomen spiritus sancti. Dicit enim Augustinus de trinitate. Nescio cur sicut sapientia dicitur, & pater & filius & spiritus sanctus, & simul omnes non tres, sed vna sapientia. non ita & charitas, dicatur pater & filius & spiritus sanctus, & simul omnes vna charitas. Sed nullum nomen quod de singulis personis praedica-

tur, & de omnibus in cōmuni singulariter est nomen proprium aliquius personae. Ergo hoc nomen amor non est propriū spūs sancti.

¶ Præterea spiritus sanctus est persona subsistens. Sed amor non significatur, ut persona subsistens, sed ut actio quaedam ab amante, transiens in amatum. Ergo amor non est proprium nomen spiritus sancti.

¶ Præterea amor est nexus amanti, quia secundum Dio. 4. cap. de di. no. est quaedam vis vnitiua, sed nexus est medium inter ea quae connectit, non autem aliquid ab eis procedens. Cū igitur Spiritus Sanctus procedat à patre & filio (sicut ostensum est) videtur quod non sit amor aut nexus patris & filij.

¶ Præterea. Cuiuslibet amanti est aliquis amor, sed spūs sanctus est amans, ergo eius est aliquis amor. Si igitur spiritus sanctus est amor, erit amor amoris, & spiritus à spiritu. Quod est inconueniens.

¶ Sed contra est quod Grego. dicit in homil. pentecost. Ipse spiritus sanctus est amor.

¶ Respondeo

¶ Respondeo dicendum, quod nomen amoris in diuinis sumi potest essentialiter & personaliter. Et secundum quod personaliter sumitur est propriū nomen spiritus sancti, sicut verbum est proprium nomen filij.

¶ Ad cuius euidenciam sciendum est, quod cū in diuinis (ut supra ostensum est) sint duae processiones. vna per modum intellectus quae est processio verbi: alia per modum voluntatis quae est processio amoris: quia prima est nobis magis nota, ad singula significanda quae in ea considerari possunt, sunt magis propria nomina adinuenta, non autem in processione voluntatis: unde & quibusdam circumlocutionibus vtimur ad significandum personam procedentem: & relationes etiam quae accipiuntur secundum hanc processione, processione & spirationis nominibus nominantur, (ut supra dictum est) quae tamen sunt magis nomina originis quam relationis, secundum proprietatem vocabuli. Et tamen similiter secundum utramque processione considerari oportet. Sicut enim ex hoc quod aliquis rem aliquam intelligit, provenit quaedam intellectualis conceptio rei intellectae in intelligente, quae dicitur verbum, ita ex hoc quod aliquis rem aliquam amat, provenit quaedam impressio (ut ita loquar) rei amatae in affectu amanti, secundum quam amatum dicitur esse in amante, sicut & in-

tellectum in intelligente: ita quod cum aliquis seipsum intelligit & amat, est in seipso, non solum per identitatem rei, sed etiam ut intellectum in intelligente, & amatum in amante. Sed ex parte intellectus sunt vocabula adinuenta, ad significandum respectum intelligentis ad rem intellectam, ut patet in hoc, quod dico intelligere, & sunt etiam alia vocabula adinuenta ad significandum processum intellectualis conceptionis, scilicet ipsum dicere, & verbum: unde indiuisim intelligere, solum essentialiter dicitur, quia non important habitudinem ad verbum procedens. Sed verbum personaliter dicitur, quia significat id quod procedit. Ipsum vero dicere dicitur notionaliter, quia importat habitudinem principij verbi ad verbum ipsum. Ex parte autem voluntatis, praeter diligere & amare quae important habitudinem amanti ad rem amatum, non sunt aliqua vocabula imposita, quae important habitudinem ipsius impressionis vel affectionis rei amatae, quae provenit in amante ex hoc quod amat, ad suum principium, aut econuerso. Et ideo propter vocabulorum inopiam, huiusmodi habitudines significamus vocabulis amoris, & dilectionis, sicut si verbum nominarem intelligentiam conceptam, vel sapientiam genitam.

Sic

Sic igitur in quantum in amore, vel dilectione non importatur nisi habitudo amantis ad rem amatam, amor & diligere essentialiter dicuntur, sicut intelligentia & intelligere. In quantum vero his vocabulis utimur ad exprimendum habitudinem eius rei, quae procedit per modum amoris ad suum principium, & econuerso, ita quod per amorem intelligatur amor procedens, & per diligere intelligatur spirare amorem procedentem: sic amor est nomen personae, & diligere vel amare verbum est notionale, sicut dicere vel generare.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod Augustinus loquitur de charitate, secundum quod essentialiter sumitur in diuinis, ut dictum est.

¶ Ad secundum dicendum, quod intelligere velle & amare, licet significantur per modum actionum transeuntium in obiecta, sunt tamen actiones manentes in agentibus (ut supra dictum est): ita tamen quod in ipso agente, important habitudinem quadam ad obiectum. Vnde amor, etiam in nobis est aliquid manens in amante: & verbum cordis manens in dicente: tamen cum habitudine ad rem verbo expressam vel amatam. Sed in Deo in quo nullum est accidens plus habet, quia tam verbum quam amor est subsistens. Cum ergo dicitur quod spiritus sanctus est amor patris in filium, vel

in quicumque aliud; non significatur aliquid transiens in alium, sed solum habitudo amoris ad rem amatam, sicut & in verbo importatur habitudo verbi ad rem verbo expressam.

¶ Ad tertium dicendum, quod spiritus sanctus dicitur esse nexus patris & filii in quantum est amor, quia cum pater amet vnica dilectione se & filium & econuerso, importatur in spiritu sancto (prout est amor) habitudo patris ad filium & econuerso, ut amantis ad amatum. Sed ex hoc ipso quod pater & filius se mutuo amant, oportet quod mutuos amor qui est spiritus sanctus ab utroque procedat. Secundum igitur originem spiritus sanctus non est medius, sed tertia in trinitate persona. Secundum vero praedictam habitudinem est medius nexus duorum ab utroque procedens.

¶ Ad quartum dicendum, quod sicut filius, licet intelligat, non tamen sibi competit producere verbum, quia intelligere conuenit ei, ut verbo procedenti: ita licet spiritus sanctus amet essentialiter accipiendo, non tamen conuenit ei quod spiraret amorem, quod est diligere notionaliter sumptum, quia sic diligit essentialiter, ut amor procedens, non ut a quo procedit amor.

Commen-

Commentarium.



Respondetur, quod nomen amoris bifariam sumitur: vno modo, ut tantum significat sicut actus amandi, quo diuinae personae mutuo se diligunt: & in hac acceptance est nomen essentiae, quod tribuitur omnibus tribus personis: secundo modo, sumitur pro eo quod procedit per actum amandi: & isto modo in diuinis est nomen personae, proprium spiritui sancto. Sapius admonimus lectorem, nos minime iterum disputaturos, quod semel iam tractatum est: quamobrem cum omnia quae hoc articulo asserat diuus Thomas sint copiose explicata a nobis quae est. 27. etiam usque ad minimum verbum: ideo a longiori commentario supersedendum duximus.

Articulus secundus.

Utrum pater & filius diligant se spiritu sancto.



D secundum sic proceditur. Videtur, quod pater & filius non diligant se spiritu sancto. Augustinus enim in. 7. de Trinitate probat quod pater non est sapiens, sapientia genita. Sed sicut filius est sapiens sapientia genita, ita spiritus sanctus est amor procedens, ut dictum est. Ergo pater & filius non diligunt se amore procedente, qui est spiritus sanctus.

¶ Praeterea, cum dicitur pater &

filius diligunt se spiritu sancto, hoc verbum diligere aut sumitur essentialiter aut notionaliter. Sed non potest esse vera, secundum quod sumitur essentialiter, quia pari ratione posset dici quod pater intelligit filium. Neque etiam secundum quod sumitur notionaliter, quia pari ratione posset dici, quod pater & filius spirant spiritu sancto vel quod pater generat filium. Ergo nullo modo haec est vera, pater & filius diligunt se spiritu sancto.

¶ Praeterea. Eodem amore pater diligit filium, & se, & nos: sed pater non diligit se spiritu sancto, quia nullus actus notionalis reflectitur super principium actus. Non enim potest dici quod pater generat se, vel spirat se. Ergo etiam non potest dici quod diligit se spiritu sancto, secundum quod diligere sumitur notionaliter. Item amor quo diligit nos non videtur esse spiritus sanctus, quia importatur respectus ad creaturam, & ita ad essentiam pertinet. Ergo & haec est falsa, pater diligit filium spiritu sancto. Sed contra est quod Augustinus dicit. 6. de trinitate. quod spiritus sanctus est quo genitus a generante diligitur, genitorumque suum diligit.

¶ Respondeo dicendum, quod circa hanc quaestionem difficultatem affert, quod cum dicitur pater diligit filium spiritu sancto, cum ablatiuus construatur in habitudine alicuius causa, videtur quod spiritu sancto sit principium diligendi patris & filio, quod est omnino

omnino impossibile. Et ideo quidam dixerunt hanc esse falsam, pater & filius diligunt se spiritu sancto. Et dicunt hanc esse retractatam ab Augustino in suo simili, cum scilicet retractauit istam, pater est sapiens sapientia genita. Quidam vero dicunt, quod est propositio impropria, & est sic exponenda, pater diligit filium spiritu sancto, id est amore essentiali, qui appropriatur spiritui sancto. Quidam vero dixerunt, quod ablatius iste construitur in habitudine signi, ut sit sensus, spiritus sanctus est signum quod pater diligit filium, in quantum procedit ab eis spiritus sanctus ut amor. Quidam vero dixerunt, quod ablatius iste construitur in habitudine causae formalis, quia spiritus sanctus est amor quo formaliter pater & filius se inuicem diligunt. Quidam vero dixerunt, quod constituitur in habitudine effectus formalis. Et isti propinquius ad veritatem accesserunt. Vnde ad huius euidenciam sciendum est, quod cum res communiter denominentur a suis formis, sicut album ab albedine, & homo ab humanitate: omne illud a quo aliquid denominatur, quantum ad hoc habet habitudinem formae. Ut si dicam, iste est indutus vestimento: iste ablatius construitur in habitudine causae formalis, quanuis non sit forma. Contingit autem aliquid denomi-

nari per id quod ab ipso procedit, non solum sicut agens a ctione, sed etiam sicut ipso termino actionis: qui est effectus, quando ipse effectus in intellectu actionis includitur. Dicimus enim quod ignis est calefaciens calefactione, quanuis calefactio non sit calor qui est forma ignis, sed actio ab igne procedens. Et dicimus quod arbor est flores floribus, quanuis flores non sint forma arboris, sed quidam effectus ab ipsa procedentes. Secundum hoc ergo dicendum, quod cum diligere in diuinis dupliciter sumatur, essentialiter scilicet, & notionaliter: secundum quod essentialiter sumitur, sic: pater & filius non diligunt se spiritu sancto, sed essentia sua. Vnde August. in. 2. de Trinit. Quis audet dicere patrem nec se, nec filium, nec spiritum sanctum diligere, nisi per spiritum sanctum? Et secundum hoc procedunt primae opiniones. Secundum vero quod notionaliter sumitur, sic: diligere nihil est aliud quam spirare amorem, sicut dicere est producere verbum, & florere est producere flores. Sicut ergo dicitur arbor florens floribus, ita dicitur pater dicens verbo vel filio, se & creaturam. Et pater & filius dicuntur diligentes spiritu sancto, vel amore procedente, & se & nos.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod esse sapientem vel intelligen-

*Alia 15
de Trinit.
cap. 7.*

tem

tem in diuinis non sumitur nisi essentialiter. Et ideo non potest dici, quod pater sit sapiens vel intelligens filio. Sed diligere sumitur non solum essentialiter, sed etiam notionaliter. Et secundum hoc possumus dicere, quod pater & filius diligunt se spiritu sancto ut dictum est.

¶ Ad secundum dicendum, quod quando in intellectu alienius actionis importatur determinatus effectus, potest denominari principium actionis ab actione & ab effectu, sicut possumus dicere, quod arbor est florens floritione & floribus.

Sed quando in actione non includitur determinatus effectus, tunc non potest principium actionis denominari ab effectu, sed solum ab actione. Non enim dicimus, quod arbor producit florem flore, sed productione floris. In hoc igitur quod dico spirat vel generat, importatur actus notionalis tantum. Vnde non possumus dicere, quod pater spiret spiritu sancto, vel generet filio.

Possumus autem dicere, quod pater dicit verbo tanquam persona procedente, & dicit dictione, tanquam actu notionali: quia dicere importat determinatam personam procedentem, cum dicere sit producere verbum. Et similiter diligere, prout notionaliter sumitur est producere amorem. Et ideo potest dici, quod pater diligit filium spiritu sancto tanquam persona proceden-

te: & ipsa dilectione, tanquam actu notionali.

¶ Ad tertium dicendum, quod pater non solum filium, sed etiam se & nos diligit spiritu sancto, quia (ut dictum est) diligere prout notionaliter sumitur, non solum importat productionem diuinae personae, sed etiam personam productam per modum amoris, qui habet habitudinem ad rem dilectam. Vnde sicut pater dicit se & omnem creaturam verbo quod genuit, in quantum verbum genitum sufficiens representat patrem & omnem creaturam, ita diligit se & omnem creaturam spiritu sancto, in quantum spiritus sanctus procedit ut amor bonitatis primae, secundum quam pater amat se & omnem creaturam. Et sic etiam pater, quod respectus importatur ad creaturam, & in verbo, & in amore procedente quasi secundo, in quantum scilicet bonitas & veritas diuina est principium intelligendi & amandi omnem creaturam.

Commentarium.



De est, an haec sit vera: pater & filius diligunt se spiritu sancto, & que sensum faciat. Et propter eadem quaestio est de hac: pater & filius diligunt spiritu sancto: & ob id indiscriminatim vtemur in hac disput. hac vel illa propositioe, adiecto vel remoto accusatiuo se. S. Th. praesertim mouet quaest. hac, ut declarat verba August. de trinit. cap. 5. vbi de spiritu sancto loquens ait. Manifestum est quod non aliquid duorum est, quo vterque coniungitur: quo genitus a gignente diligitur, genitorumque suum diligit. Quibus verbis palam asserit, patrem diligere filium spiritu sancto: atque filium, eodem spiritu patrem diligere.

August.

R Vnde

Hieronymus.

Vnde apertè colligitur, qd pater & filius diligunt se spiritu sancto: ac subinde eadem difficultas est de hac propositione, & de prioribus. Hieronymus etiã videtur esse huius sententia super Psal. 17. cuius verba sunt. Spiritus sanctus, nec pater est nec filius, sed dilectio quam habet pater in filio, & filius in patre. Hæc sanè quæstio plures torst doctores, & præsertim magistrũ sentent. qui in. i. distinct. 32. affirmat, quæstionem hanc maximam cõtinere difficultatem, quã ipse vocat altitudinẽ nimis profunditatis. Circa rẽ hæc tot sunt sententiæ quot capita: etenim diuus Tho. quinque refert opiniones theologorũ in litera, & plures in. i. sentent. quæst. i. art. i. quibus adicit ipse suam. ¶ Dũ randus autem in. i. dist. 32. quæst. i. ruerit, eas omnes propositiones falsas esse, aut improprias. Quorũdam verò sententia, August. præfatam propositionem; scilicet pater & filius diligunt se spiritu sancto, & alias eiusdem significationis, in simili recantasse & reuocasse libr. i. retract. cap. 26.

Durandus opinio.

Quorũdam sententia.

Annotatio.

¶ Quod vt intelligas, obseruare te oportet August. lib. 83. quæst. quæst. 23. affirmasse, patrem æternum esse sapientem sapientia genita: cuius verba eodem loco sic habent. Quamobrem cum sapiens Deus dicitur, & ea sapientia sapiens dicitur, sine qua eum vel fuisse aliquando, vel esse posse nefas est credere: non participatione sapientia sapiens dicitur, sicut anima quæ esse & non esse sapiens potest, sed quod ipse eã genuerit, quã sapiens dicitur, sapientiam. Hæc August. Cæterum loco allegato. i. libro retractat. cap. 26. mutauit sententiam, & asseuerauit prædictam propositionem falsam esse: scilicet, pater æternus est sapiens sapientia genita. Quo in loco (inquit) dixi quod eam ipse genuerit, hoc est pater qua sapiens dicitur, sapientiam: sed melius istam quæstionem postea in libr. de Trinitate tractauimus. Hæc ille. Et locus de Trinitate vbi quæstionem tractauit, & à priore sententia decessit, est liber sextus capit. i. & 2. & liber 7. capit. 3. & liber. 15. capit. 7. ¶ Nunc itaque illi doctores, qui affirmant eam propositionem quæ in quæstionis titulo assumitur, reuocaram fuisse ab Augustino in simili, probant sententiam suam in hunc modũ. ¶ Si pater esset diligens filiu spiritu sancto, eadem ratione esset sapiens verbo & sapientia genita: quia sicut pater per actum diligendi producit spiritum sanctum, ita per

actum sapientia & intellectus producit verbum, & ipsam sapientiam genitam: At Augustinus reuocauit istam propositionem, pater est sapiens sapientia genita: ergo virtute recantauit aliam, pater est diligens filium spiritu sancto: & ex consequenti istam, pater & filius diligunt se spiritu sancto: quandoquidem vna & eadem ratio est de vtraque, vt diximus. ¶ Veruntamen diuus Thom. & plures alij doctores istorum doctorum placitum rejiciunt: quorum ratio est, quia Augustinus in diuiduo & sigillatim istam propositionem recantasset, & non in simili. ¶ At verò etiam sancti Thom. sententia est, hanc propositionem; pater & filius diligunt se spiritu sancto, falsam quidem esse, & consimiles alias, si verbum diligere sumatur essentialiter, & vt essentia verbum quod tribuitur omnibus personis, & tantundem significat sicut amare: sed veram, si accipiatur notionaliter, & vt notiois verbum, quod duntaxat competit patri & filio: Si quidem isto modo acceptum sensum valeret (inquit) sicut spirare amorem, & producere spiritum sanctum: & pater & filius producant spiritum sanctum. Et hoc summatim probat: sicut florere est producere flores, & dicere est producere verbum, ita diligere notionaliter, est producere spiritum sanctum: sed ista conceduntur in communi sermone velut vera & propria, arbor floret floribus, & pater dicit verbo: ergo ista quoque debet concedi tanquam vera & propria, pater & filius diligunt spiritu sancto: est enim consimilis ratio de hac & illis. ¶ Aduersus sanctum Thom. insurgimus. Si eius sententia esset tenenda, sequeretur quod hæc etiam propositio esset vera, Domificator ædificat ædificio, quia ædificare est producere vel facere ædificium: hæc quoque vera esset, pater generat filio, quandoquidem generare est producere filium: & rursus ista, pater & filius spirant spiritu sancto, quoniam spirare est producere spiritum sanctum: quas tamen commune aurium iudicium abhorret, non solum velut improprias sed manifestè falsas. Hoc est secundum argumentum sancti Tho. cui nititur respondere regulam quandam statuendo, quam in litera licebit videre. ¶ Veruntamen Scotus in. i. distinct. 32. quæstio. i. & illius sectatores, & primarij Thomistarum partes Scoti singentes, quam

Reiicitur.

Sententia sancti Th.

Probatio.

Argumentũ circa sãctum Tho.

Scotus.

Partim dicitur auctori a sancto S. Tho.

1. assertio.

2. assertio.

3. assertio.

Quarta.

Argumentũ auctoris contra sanctum Thom. Primum.

quamplurimis argumentis obijciunt contra sententiam diui Tho. & præfatam regulã, atq; veram eius intelligentiã. Quibus Caie. in præfenti, & Capreolus in allegata distin. quæst. i. & plures alij qui Tho. interpretati sunt, conantur respondere, eis tamen iudicio meo, non satisfaciant: neq; eis me posse plene satisfacere existimo: etenim non iurauimus in verba magistri: sed fortasse id mihi euenit ex tenuitate ingenij. Arqui fateamur, nos quã maximè expèdisse argumenta aduersariorum sancti Tho. & solutiones propugnatorum eius, à quibus nempe abstineret in præfentiarum volumus, ne sine utilitate aliqua lectorem eorum multitudine grauaremus. Iam verò circa presentem disputationem quid tenendum sit paucis aboluamus. ¶ In primis asserimus, opiniones Durandi & aliorum doctorum, quorũ nuper meminimus, neq; hæreses neq; errores esse, qm oppositum non est ab ecclesia definitum, neq; continetur in sacris literis & c. ¶ Secundo dicimus, disputationem hæc nõ esse de re, cum certum sit quod pater & filius re ipsa per dilectionem sui producant spiritum sanctum, sed de nomine & de modo loquedi duntaxat esse concertationem. Quo fit, vt non sit maximi momenti quæstio, quãuis omnis quæstio de Deo, quæ à doctoribus & sanctis agitur, magni momẽti habenda fuerit: at huiusmodi quæstiones sunt aliæ grauiores. ¶ Tertio asserendum est, patrem & filium non tantum diligere spiritu sancto. Quod & docet August. de tri. cap. 6. At verò (inquit) in illa trinitate quis audeat dicere, patrem neq; se ipsum, neq; filiu, neq; spiritum sanctum intelligere nisi per filiu? vel diligere, nisi per spiritum sanctum? Hæc ille, diligunt verò se amore essentiali, qui est ipsa diuina essentia. ¶ Quarto affirmare oportet cum Augustino, & sancto Th. alijq; quamplurimis doctoribus, præfatam propositionem & verã & propriã, in sensu quem ipsi assignant: videlicet, pater & filius diligunt spiritu sancto, id est producant spiritum sanctum: vel diligentes se producant spiritum sanctum. Quæ probatur ratione S. Thom. adducta, & insuper quia non fas est concedere, loquutiones quibus sancti vtiuntur, aut falsas aut improprias esse. ¶ Cæterum ingeniam auctoris auctem fateamur, nos non posse intelligere quoniam pacto prædicta propositio sit propria in sensu assignato: qm illa propositio est propria in aliquo sensu, cum ea facit illum sen-

sum iuxta propriã & germanã significationem terminorũ, ex quibus constat: at ea propositio nõ est huiusmodi, siquidẽ diligere sua propria significatione nõ significat producere amorem aut spiritum sanctum, etenim verè diligit qui non producat amorem, sed illũ habet longo tẽpore antea pductũ, & vt quis diligit requiritur vt amor prius producat. ¶ Ad hæc, si Deus se solo in merte nra produceret amorẽ, nos amore illo diligere mus, & non produceremus illũ, & viceversa deus produceret illũ amorẽ, & eo nõ diligeret: igitur diligere secundũ suã actiua & germanã significationem, non significat producere amorẽ aut spiritum sanctum: atque adeo cum diligere notionaliter sumitur à sancto Th. non vtiur hoc verbo propriè in sua propria significatione. ¶ Insuper probatio S. Thom. qua contẽdit tueri illã propositionem esse verã & propriã, nobis nõ satisfacit, forsã ex culpa nostra: assumit em ad probandũ hoc, qd florere floribus est producere flores: & dicere verbo, est producere verbum: quod falsum esse opinamur. Quãdoquidẽ si deus se solo produceret flores in arbore ipsa, floribus floreret, & eos non produceret. Insuper quia prius natura est arborẽ producere flores, quã florere: nõ ergo producere flores est florere. Rursum etiã, dicere verbo (ni fallor) nõ est formaliter producere verbum, sed verbo manifestare conceptus. Hæc planè argumenta quæ nos facimus, nõ diluimus, quia ignoramus eorũ solutionem. ¶ Sed quã tuemur propositionem illã verã esse & propriã in sensu assignato, esto nos illã nõ intelligam: oportet respondere argumento quod fecimus contra S. Thom. & vt diximus, est secundũ argumentũ eiusdẽ: potissimum qd illius solutione & regulã, quã ad diluendum argumentũ statuit, non probauimus. ¶ Respondemus, inquam, negando consequentiã: quia modus loquedi sumitur ex cõmuni hominum sermone: cõmunis autẽ doctorũ & sanctorũ loquedi modus admittit has propositiones, arbor floret floribus: pater dicit verbo: pater & filius diligunt spũ sancto: & non istas, Domificator ædificat ædificio: pater generat filio: pater & filius spirant spũ sancto: Neq; aliã rõnẽ reddere valemus, quã plene satisfaciat. ¶ Nimirum si liceret ab Augustino, & sancto Th. alijq; doctoribus disfidere, inclinarem in opinionem Durandi: qui asserit, propositiones de quibus est præfens disputationis, aut falsas aut improprias esse.

Secundum.

Tertium.

Responsio ad argumentũ th. a. S. Th.

Porro quia iustus est ignorantiam nostrā fateri, quā ab illis dissentire, ab eorū sententia nolimus recedere. Neque mirum videri debet alicui, nos in hac re ignorantiam vltro confiteri, cum ipse magister sententiarum omnium consensu doctissimus, ac de theologia optimè meritis id ipsum non de dignetur asserere. & sanctus Tho. dicat in præsentī articulo, maximam difficultatē in hac disputatione inesse. ¶ Observandum insuper est, sanctum Th. in responsione ad tertium affirmare eundem, istam propositionem esse veram: pater & filius diligunt se & creaturā spiritus sancti: de qua multo plū quam de ea quæ præcessit, dubitamus. Nā si hæc vera est, sensus eius erit: pater & filius diligentes se & creaturam produxerunt spiritum sanctum, qui videtur esse à veritate alienus. Nam vt definitum est à nobis iuxta

Nota.

sententiam sancti Tho. quæst. 17. ar. vltimo, in dubio quod adiecit vnicæ disputationi eiusdem articuli, pater & filius non produxerunt spiritum sanctum per dilectionē creaturæ: quandoquidem necessarid produxerunt spiritum sanctum, & contingenter diligunt creaturam: ergo hæc est falsa, diligentes creaturam produxerunt spiritum sanctum. Possimus nepe respondere in fauorē S. Th. istā propositionē verā esse, diligentes creaturam produxerunt spiritum sanctum, in hoc sensu: id est, dū diligunt creaturam, produxerunt spiritum sanctum, quia ab æterno produxerunt spiritum sanctum & diligunt creaturam. Verū Scotus vbi supra in responsione ad vltimum, quauis concedat, quod pater & filius diligunt se spiritum sanctum, tamen negat illam: pater & filius diligunt se & creaturam spiritum sanctum.

QVAESTIO. XXXVIII. De nomine spiritus sancti, quod est donum.



Consequenter queritur de dono. ¶ Et circa hoc queruntur duo. Primo, vtrum donū possit esse nomen personale. Secundo, vtrum sit proprium spiritus sancti.

Articulus primus.

Vtrum donum sit nomen personale.



Primum sic proceditur. Videtur, quod donum non sit nomen personale. Omne enim nomen personale im-

portat aliquā distinctionem in diuinis, sed nomen doni non importat aliquam distinctionem in diuinis. Dicit enim Aug. 15. de tri. q. spiritus sanctus ita datur sicut dei donum, vt etiā se ipsum det sicut deo. Ergo donum non est nomen personale. ¶ Præterea, Nullū nomen personale cōuenit essentiæ diuinæ, sed essentia diuina est donū, quod pater dat filio, vt patet per Hila. 8. de tri. Ergo donum non est personale. ¶ Præterea, Secundum Dam. nihil est subiectum aut seruiens in diuinis personis. Sed donum importat quandam subiectionem, & ad eū cui datur, & ad eum à quo datur. Ergo donum non est nomen personale.

nale. ¶ Præterea, Donum importat respectum ad creaturam. Et ita videtur de Deo dici ex tempore. Sed nomina personalia dicuntur de deo ab æterno, vt pater & filius. Ergo donum non est nomen personale.

¶ Sed contra est quod Augustinus dicit. 16. de trinita. Sicut corpus carnis nihil aliud est quā caro, sic donum spiritus sancti nihil aliud est, quā spiritus sanctus. Sed spiritus sanctus est nomen personale. Ergo & donum.

¶ Respondeo dicendum, quod in nomine doni importatur aptitudo ad hoc quod donetur. Quod autem donatur habet aptitudinē, vel habitudinē, & ad id à quo datur, & ad id cui datur. Non enim datur ab aliquo, nisi esset eius. Et ad hoc alicui datur, vt eius sit. Persona autem diuina dicitur esse alicuius, vel secundum originem, sicut filius est patris, vel in quantum ab aliquo habetur: habere autem dicimur id quo liberè possumus vti vel frui, vt volumus. Et per hunc modum diuina persona non potest haberi, nisi à rationali creatura Deo coniuncta. Alię autem creaturæ moueri quidem possunt à diuina persona, non tamen sic quod in potestate earū sit frui diuina persona, & vt effectu eius. Ad quod quandoque pertingit rationalis creatura, vt puta cum sic fit particeps

diuini verbi & procedentis amoris, vt possit liberè Deum verè cognoscere, & rectè amare. Vnde sola creatura rationalis potest habere diuinam personam, sed ad hoc quod sic eam habeat, non potest propria virtute peruenire. Vnde oportet quod hoc ei desuper detur. Hoc enim dari nobis dicitur quod aliunde habemus. Et sic diuinæ personæ competit dari & esse donum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod nomen doni importat distinctionem personalem, secundum quod donum dicitur esse alicuius per originem. Et tamen spiritus sanctus dat se ipsum in quantum est sui ipsius, vt potens se vti, vel potius frui, sicut & homo liber dicitur esse sui ipsius. Et hoc est quod Augustinus dicit super Ioa. Quid tam tuū est, quā tu? Vel dicendum & melius, quod donum oportet esse aliquo modo dantis. Sed hoc esse huius dicitur multipliciter. Vno modo per modum identitatis sicut dicit Augustinus super Ioa. Et sic donum non distinguitur à dante sed ab eo cui datur. Et sic dicitur quod spiritus sanctus dat se. Alio modo dicitur aliquid esse alicuius, vt possessio vel seruus. Et sic oportet, quod donum essentialiter distinguatur à dante. Et sic donum Dei est aliquid creatum. Tertio modo dicitur hoc esse huius per originē tantū.

Et sic filius est patris, & spiritus sanctus vtriusq;. In quantum ergo donum hoc modo dicitur esse dantis, sic distinguitur a dante personaliter & est nomen personale. ¶ Ad secundum dicendum, quod essentia dicitur esse donum patris primo modo, quia essentia est patris per modum identitatis. ¶ Ad tertium dicendum, quod donum secundum quod est nomen personale, non importat subiectionem, sed originem tantum in comparatione ad dantem. In comparatione vero ad eum cui datur importat liberum usum, vel fruitionem, ut dictum est. ¶ Ad quartum dicendum, quod donum non dicitur ex eo, quod actu datur, sed in quantum habet aptitudinem ut possit dari. Unde ab eterno diuina persona dicitur donum, licet ex tempore detur. Nec tamen per hoc, quod importatur respectus ad creaturam, oportet quod sit essentialis, sed quod aliquid essentialis in suo intellectu includatur, si cut essentia includitur in intellectu personae, ut supra dictum est.

Articulus secundus.

Vtrum donum sit proprium nomen spiritus sancti.



Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod donum non sit proprium nomen spiritus sancti. Donum

enim dicitur, ex eo quod datur, sed sic dicitur Isa. 9. Filius datus est nobis. Ergo esse donum conuenit filio, sicut spiritui sancto. ¶ Præter. Omne nomen proprium alicuius personae significat aliquam eius proprietatem. Sed hoc nomen donum, non significat proprietatem aliquam spiritus sancti. Ergo donum non est proprium nomen spiritus sancti.

¶ Præter. Spiritus sanctus potest dici spiritus alicuius hominis. Sed non potest dici donum alicuius hominis, sed solum donum dei. Ergo donum non est proprium nomen spiritus sancti. ¶ Sed contra est quod Aug. dicit in 4. de trinitate. Sicut natum esse est filio a patre esse, ita spiritum sanctum donum dei esse, est a patre & filio procedere. Sed spiritus sanctus sortitur proprium nomen in quantum procedit a patre & filio. Ergo & donum est proprium nomen spiritus sancti. ¶ Respondeo dicendum, quod donum secundum quod personaliter sumitur in diuinis, est proprium nomen spiritus sancti.

¶ Ad cuius euidetiam sciendum est, quod donum proprie est datio irreddibilis secundum phil. id est, quod non datur intentione retributionis. Et sic importat gratuitam donationem. Ratio autem gratuite donationis est amor. Ideo enim damus gratis alicui aliquid, quia volumus ei bonum. Primum ergo quod damus ei est amor quo volumus ei bonum.

Unde

Commentarium.



Respondens commentarium duas habet partes; in prima namque plura tractantur de hoc nomine donum, & eius definitione, significatione, ac superpositione: in secunda vero respondemus ad quaestiones articulorum, praemissa quadam diuisione huius nominis donum; & etiam duo absoluimus dubia: statui musque regulam annotatione dignam.

Prima Commentarii pars.



Placuit nobis unico duntaxat commentario satisfacere presenti quaestioni, in qua de dono spiritus sancti sermo instituitur, atque illius duos articulos simul aboluere, quemadmodum eorum vnica ferme est explicatio. De hac vero re disputat Magister sentent. in 1. dist. 18. & ibidem scholastici doctores. ¶ Huius rei disputatio ortum inde habuit, quod in sacris literis spiritus sanctus peculiari nomine donum appellatur. Etenim actum 8. legitur: cum vidisset autem simon, quia per impositionem manus Apostolorum daretur spiritus sanctus, obrulit eis pecuniam, dicens: dare & mihi hanc potestatem, ut cuiusque imposuero manus accipiat spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum, pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. Quibus verbis, palam scriptura quem dixerat spiritum sanctum, donum modo appellat. & actum 2. Penitentiam inquit Petrus agit: & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum: & accipietis donum spiritus sancti. Vbi ut Augustinus explicat. 15. de tri. cap. 19. nomine donum, intelligitur spiritus sanctus: quo in loco plura alia scripturae testimonia cogit ad hanc rem probandam. Et quod magis ac magis haec veritas illustretur, Aug. verba recedenda sunt: quod post longum sermone in hac difficultate enodanda, ita ait. ¶ Et multa alia sunt testimonia scripturarum, quae concorditer attestantur donum dei esse spiritum sanctum, in quantum datur eis, quod per eum diligunt deum.

R 4 Sed

Sed nimis longū est cūcta colligere: & quid eis satis est, quibus hæc quæ diximus satis non sunt? Sanè autem monendi sunt, quādoquidem donum Dei iam vident dictum spiritum sanctum, vt cum audiunt donum spiritus sancti, illud gen^o loquutionis agnoscāt, quo dictum est in expolatione corporis carnis: sicut enim corpus carnis nihil aliud est quàm caro, sic donū spiritus sancti nihil est aliud quàm spiritus sanctus. Hæc Augustinus. ¶ Iam verò omnis huius quæstionis ambiguitas, in significationem nominis donum refertur: ita vt illa plene & perfecte accepta, omnia sint protin^o perspicua & absoluta. Quapropter ad expositionem dictionis accingamur. ¶ Donū ergo est res alicuius, qui eam alteri liberaliter confert, vt ea pro voluntate liberèq; fruatur & utatur. Porro frui finis est, vti vero mediocum ad finem: vt cum quis gratis confert equum amico, atq; in illum eius dominium transfert, huius planè gratuita datio donatio est: & equus ipse eo modo collatus, donū quidem est: competit nanque illi completa & integra assignata definitio, vt constat. Et Dei filius Christus redemptor noster, quatenus pater æternus eum contulit gratitudi mūdo in salutem hominum, & perfectionem vniuersi, donum nimirum est: siquidem liberaliter eum contulit hominibus, vt eo in celo fruereatur: arque eius meritis & effectibus, qui ex vita morteq; eius emanarunt, liberè vterentur, ad vitæ æternæ consequutionem. Quod autem pater filium suum vnigenitū dono dederit mundo, testatur ipsemet Ioā. 3. Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitū daret. Et spiritus sanctus insuper donum est; quia pater & filius eum donant hominibus, vt liquet ex scripturæ allegatis locis. Et hæc sanè innuit definitionem Arist. dum. 4. Topicorum cap. 4. post medium ait. Donum est datio irredibilis; id est, vt in art. 2. exponit diuus Th. quod nō datur intentione retributionis. ¶ Ex quibus aperte colligitur; nomen donum commune esse ad Deum & creaturas: ac perinde analogum, sicut reliqua nomina quæ de Deo & creaturis dicuntur: etenim prius dicitur de Deo, posterius de creatura; quandoquidem (vt liquet ex definitione constat) de ratione doni est, qd sit bonum & liberaliter collatum: at Deus summum bonum est, & nihil liberalius datur, quàm dum ipsemet effusè communicat se per gratiam & gloriā ho-

Donum dicitur

Corollarium Nomen donum analogum est ad Deum & creaturas.

minibus & angelis. Cæterum nos in præsentia disputatione tantum agemus de nomine doni, vt significat Deum: & non vt de creaturis dicitur. ¶ Elicitur rursus ex definitione, nomen donum importare respectum triplicem: hoc est, ad rem datam, & cui datur, & rem quæ datur. ¶ Obseruandum verò accuratè est ad pleniorē intellectum huius definitionis, atque explicationem huius nominis donum, quod est de ratione dati & donati sit, quod detur vel donetur, aut datum vel donatum fuerit (quia sunt particula quæ tempus important) non tamen de ratione doni, sed quod sit res apta dari donari: quoniam verba in definitione non dicunt actum, sed aptitudinem. Etenim antequam plura dona haberet, quàm ea tribuat: & sponsus dicitur emere dona quibus sponsam suam exornet, antequam ea illi reddat. Istam quidem annotationem docent sanctus Th. art. 1. & Magister sentent. loco citato, & præsertim August. lib. 5. de trinitate cap. 17. in fine, cuius verba sunt. Aliter enim intelligitur cum dicitur donum, aliter cum dicitur donatum: nam donum potest esse ante quàm detur, donatum autē nisi datum fuerit, nullo modo dici potest. ¶ At obijciat quis ex verbis eiusdem August. 17. de trinitate cap. 19. In tantum (inquit) ergo donum Dei est, in quātum datur eis, quibus datur. Quò loco Augusti. satis perspicue innuit, quod de ratione doni est, quod actu donetur, vel donatum fuerit: non ergo sufficit vt donum sit, quod aptum sit donari. Respondetur, qd vel Augustinus nomine donum intelligit donatum, vel rectius dicendū existimamus, quod dum ait donum Dei esse in quantum datur, intelligit potestate non actu, id est, potest dari. ¶ Ex hac doctrina consequarium seu corollarium nobis delinimus: qd filius Dei ab æterno fuit donum; quando ab æterno fuit patris per originem, qui nobis illum erat benignè collaturus: iuxta illud Ioā. 3. allegatum. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Eia. etia. 9. Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Spiritus sanctus tridem ab æterno fuit donum (& vt ostendimus inferius, peculiari quadam ratione potius quàm filius) quoniam ab æterno fuit patris & filij per originem, qui scilicet pater & filius clementer daturū erant ipsum hominibus: secundū illud Ioan. 14. Et alium paraclatum dabit, vt maneat vobiscum in æternū. Et post pauca

Corollarium

Nota.

Obiectio.

Responsio.

Corollarium

ca. Paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo. Et hoc idem dicit August. lib. 5. de trinit. cap. 19. in fine. Semper (ait) procedit spiritus sanctus: & nō ex tempore, sed ab æternitate procedit: sed quia sic procedebat vt esset donabile, iam donum erat: & antequam esset cui daretur. Et in eodē lib. cap. 14. etiā in fine, inquit. Eo ipso quo daturus erat eum Deus, iam donum erat: & antequam daretur. ¶ Nempe vt hæc claris innotescant intuenti, aduertendum nimis est, quod eleganter annotat Magister sentent. loco vbi supra: quod est persona aliqua diuina ab æterno fuerit donum, verumtamen non fuit donum respectu alterius diuinæ personæ (etsi aliqui dicant oppositum) sed tantummodo respectu creaturæ: cum de ratione doni sit quod liberè & nō necessariò detur, & quicquid vna persona dat aut communicat alteri necessariò ei communicat, vt pater necessariò communicat filio naturam suam per generationem; & pater & filius eandem per spirationem: & eadem methodo probabitur, nullā rem diuinam esse donum respectu alterius rei diuinæ, siue absolute siue relatè. Et cum dicimus Deum vel diuinam personam respectu creaturæ esse donum, intelligimus de creatura intellectuali: nam quæ intellectualis non est (vt dicit sanctus Th. art. 1.) Deum habere nō potest, vt liberè utatur vel fruatur: ac perinde respectu eius propriè donum esse nequit. ¶ Sed opponat aliquis ex verbis Hilarij. 3. de trinit. vbi ait; diuinam essentiam esse donum quod pater dat filio. Cui profectò respondemus, eum vti nomine doni extenso vocabulo. ¶ Offerunt se tamen nonnulla dubia in præsentia disputatione: primum quidem est, an pater vel Deus in communi sit vel fuerit ab æterno donum respectu creaturæ; vt de filio & de spiritu sancto nuper asseruimus. Et proculdubio suppetunt argumenta in vtraque partem; & initio probatur pars asserens: Quandoquidem Deus & pater æternus daturus erat seipsum, quinimò omnes tres diuinæ personæ daturæ erant se ipsas per cognitionem & amorē, hominibus: vt claret ex illo Ioan. 14. ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus. Et August. 17. de trinitate cap. 19. ait spiritus sanctus ita datur sicut Dei donū: vt etiam seipsum det sicut deus. Verum in oppositum extat argumentum: si quidem de ratione doni est (vt constat per

Aduertendum

Obiectio.

Responsio.

1. Dubium.

definitionem assignatam) quod sit dantis: & nullus dicitur esse alicuius, nisi ab eo distinguatur: at Deus nō distinguitur à se ipso, neque pater. ¶ Hinc difficultati responderet diuus Tho. art. 1. ad primum, quod aliquid dicitur esse alicuius triformam: primo modo per identitatē (ita dicit Scholasticus) quomodo Deus dicitur sui ipsius, iuxta illud Augustini super Ioan. Quid tam tuum est, quàm tu? Secundo modo per possessionem, vt seruus & equus dicitur domini sui: Tertio autem modo per originem; quo pater filius patris est; spiritus sanctus patris & filij. ¶ Nunc verò respondemus, qd non solum filius & spiritus sanctus est & ab æterno fuit donum respectu creaturæ: verū etiam pater, & Deus in communi: vt ostenditur argumento in fauorem partis asserentis adducto. Et ad argumentum contra partem asserentem, negamus quidem quod nihil sit alicuius, nisi ab eo distinguatur: nam vt ostensum est, pater & Deus sui ipsius est per identitatē. ¶ Secundo autem dubitatur, an spiritus sanctus peculiari ratione dicatur donum potius quàm filius, vt paulo ante diximus. Respondemus haud dubie affirmative: quia quauis filius ab æterno fuerit donum, non tamen ex vi originis & processions qua à patre procedit: atramen spiritus sanctus ab æterno fuit donum: & procedit vt donum ex vi originis, qua à patre & filio procedit: siquidem ab eis procedit per actū voluntatis ex vi originis & processions, vt amor: & amor, vt amor, donum est: quinimo rationem habet primi doni: vt dicit sanctus Tho. in 2. art. quoniam primum quod damus ei quæ amamus, amor est: & hoc est quod dicit August. 4. de trinit. cap. 20. & 5. cap. 11. Cum ait Spiritus sanctus donum est patris & filij, quia à patre à filio procedit: hoc est, donum est patris & filij; quia ab eis ex vi originis procedit, vt donum.

Responsio.

Dubium.

Responsio.

maximè ad

notationem

digna.

Secunda commentarij pars.



is iactis fundamentis; oportet ad rem accedentes respondere ad duas quæstiones, quas excitat diuus Tho. in articulo titulus: an donum sit nomen personale: & an sit primum

Responsio

ad quæstiones

articularum.

prium spiritus sancti. Quibus questionibus sine distinctione & huius nominis diuersa significatione præmissa, satisfacere non possumus. ¶ Vnde sciendum est, quod ut liquet ex assignata doni definitione, de ratione eius est quod sit alicuius: ac proinde tot sunt modi donorum, quot sunt modi quibus aliqua res dicitur alicuius. Quorum multiplicitate & diuersitate in præsentiarum omnia, quæ nominales profecto prolixè vtuntur, asserimus quod nomen donum, vt de Deo dicitur, tribus modis accipi solet. ¶ Primo modo, vt significat donum in diuinis, quod est alicuius per identitatem: & isto modo dicitur de Deo & de tribus diuinis personis, vt probatum est: quoniam benignè & liberaliter effundunt se per cognitionem & amoris in creaturas intellectuales: ac subinde est nomen essentialis seu essentialis in hoc significato, quando tribuitur omnibus diuinis personis, & ipsi Deo. ¶ Secundo modo sumitur, vt significat donum quod est dantis per originem: quia significatione est nomen personæ, conueniens filio & spiritui sancto: quemadmodum spirator est nomen personale patris & filij. ¶ Tertio autem modo assumitur, vt significat donum quod est alicuius per originem, & ex vi originis procedit vt donum: & tunc profus est nomen personæ, proprium spiritui sancto: & importat realem relationem ad patrem & filium, puta spirationem passiuam seu processionem.

Distinctionum summa. ¶ Summatim igitur rem perstringentes, respondemus quod nomen donum in prima acceptione est nomen essentialis, seu essentialis: in secunda, nomen personale patris & filij: in tertia verò duntaxat nomen proprium spiritus sancti. Ex his nimirum quæ dicta sunt, clara satis relinquatur litera diui Tho. in duobus articulis. ¶ Extratamen dubitatio circa illa verba sancti Th. in art. 2. spiritus sanctus procedit vt amor, pro quo accipitur nomen amoris: an pro amore essentiali, quod est diuina essentialis: an pro amore personali, qui est spiritus sanctus. Hęc nempe difficultas immeritò torquere solet non paucos Thomistarum, vt Capreolum in. 1. dist. 18. quæst. vnica, & Caiet. in præsentia articulo, atque alios: dum respondere conantur Aureolo, qui præfatam sancti Th. propositionem impugnare contendit. Et hanc pertractat difficultatem sanctus Tho. in. 1. dist. 10. quæst. 1. & speciatim ar. 1. ad. 4. dicit, quod amor sumitur trifariam: essentialiter, perso-

naliter, & notionaliter: & quod sumitur amor in præfata propositione secundo modo. ¶ Nos verò dicimus, nomen amoris in ea propositione, nec accipi pro amore essentiali, nec personali: sed communiter & vniuersim, & pro amore vt communis est ad omnem amorem. & dicitur spiritus sanctus procedere vt amor, quia procedit per actum voluntatis & dilectionis, vt procedit quicumque amor, qui ab aliquo procedit: esto amor essentialis, qui est diuina essentialis, à nullo procedat. ¶ Et est animaduertendum, quod spiritus sanctus aliquando dicitur à sancto Thom. procedere vt impressio, sicut in quæstione præcedenti: interdum vt impulsus, nonnunquam vt amor: quod processionem spiritus sancti obscuram & inordinatam, saltem tot vocibus multiplicatis vt cunctis nobis explicet: ceterum prædictæ omnes loquutiones in eodem sensu accipiendæ sunt. ¶ In tertio argumento secundi articuli inquit difficultatem hæc: cur spiritus sanctus dicatur spiritus hominis, vt spiritus Helix Lucæ. 1. & ipse præcedat ante illum in spiritu & virtute Helix: & spiritus Moysi numer. 11. auferam de spiritu tuo: & tamen ipse spiritus sanctus non appellatur donum hominis. ¶ Ratio vtrique sumitur à significatione nominum: & virtute respondet diuus Tho. id esse in causa, quia donum antequam detur est dantis, & non eius cui datur: vt constat ex eius significatione: non enim (vt dictum est) significat dationem seu largitionem in actu, sed potentia: siquidem donum (vt liquet ex eius definitione) est id quod est aptum natum donari: attamen spiritus significat spirationem in actu, significat enim tertiam personam quatenus spirat in nos Ioan. 3. spiritus vbi vult spirat. Magister sentent. vbi supra egregie animaduertit, quod licet spiritus sanctus in sacris literis appelletur spiritus noster, sed nequitiam spiritus sanctus noster: sicut neque secunda persona diuina dicitur filius noster. Quoniam filius duntaxat dicit relationem ad patrem: & spiritus sanctus (vt præmissum est quæstion. 36. art. 1.) sumitur loco vnus incomplexi inordinati, quod tantum significat relationem ad patrem & filium: veruntamen nomen spiritus sine additamento sanctus, dicit respectum ad nos, cum significat tertiam personam vt in nos spirat. & hæc est Augustini sententia. 5. libro de trinitate cap. 14. Quod (inquit) de patre natum est, ad patrem solū refertur

Autoris sententia.

Doctrina tertij argumenti annotatione digna.

Responsio.

refertur cum dicitur filius, & ideo filius patris est, & non noster. Dicimus tamen & patrem nostrum da nobis, sicut dicimus spiritum nostrum. Hęc Augustinus. ¶ Ex quibus aliam rationem expendere possumus, quare spiritus sanctus dicatur donum Dei altissimi, non ita nostrum: scilicet, quia vt est proprium nomen spiritus sancti, duntaxat significat relationem ad patrem & filium. Si tamen aliquando reperitur donum nostrum, accipi debet pro donato vel dato.

Nota. ¶ Tadem ex diuinis nominibus, ea quæ nullum dicunt respectum ad nos, non admittunt proprie nostrum, meum, vel tuum, po-

Regula annotatione digna.

ritissimum abstracta: quia rectè non dicitur deus nostra, vel æternitas nostra, vel essentia diuina nostra. Illa verò quæ præ se ferunt respectum ad nos, aptè suscipiunt illa pronomina: vt creator noster, redemptor noster, & etiam dicitur Deus noster, quatenus imponitur ab vniuersali rerum prouidentia: sicut docet sanctus Thom. quæst. 13. art. 8. Et demum prima persona non dicitur pater noster, vt hoc nomen est personæ nomen: nihilominus appellatur pater noster, vt est nomen essentialis, vt notum est in oratione dominica, quia pater noster in hac significatione, idem est quod principium nostrum:

Q V A E S T I O . XXXIX.

De personis in comparatione ad essentialiam.



Ost ea quæ de personis diuinis absolute tractata sunt, considerandum restat de personis in comparatione ad essentialiam, & ad proprietates & ad actus notionales, & de comparatione ipsarum adinuicem. ¶ Quantum igitur ad primum horum & quærentur. Primo, vtrum essentialia in diuinis sit idem quod persona. Secundo, vtrum dicendum sit quod tres personæ sunt vnus essentialis. Tertio, vtrum nomina essentialia prædicanda sint de personis in plurali vel in singulari. Quarto, vtrum adiectiua notionalia aut verba vel participia prædicari possint de nominibus essentialibus concretiuè ac

ceptis. Quinto, vtrum prædicari possint de nominibus essentialibus in abstracto acceptis. Sexto, vtrum nomina personarum prædicari possint de nominibus essentialibus. Septimo, vtrum essentialia attributa sint approprianda personis. Octauo, quod attributum cui personæ debeat appropriari.

Articulus primus.

Vtrum in diuinis, essentialia sit idem quod persona.



Primum sic proceditur. Videtur quod in diuinis essentialia non sit idem quod persona. In quibus cunctis enim essentialia est idem quod persona.

persona seu suppositum, oportet quod sit tantum unum suppositum unius naturae. ut patet in omnibus substantiis separatis. Eorum enim quae sunt idem re, unum multiplicari non potest quin multiplicetur & reliquum: sed in diuinis est una essentia, & tres personae, ut ex supra dictis patet. Ergo essentia non est idem quod persona.

¶ Preterea. Afirmatio & negatio simul & semel non verificantur de eodem, sed afirmatio & negatio verificantur de essentia & persona. Nam persona est distincta, essentia vero non est distincta. Ergo persona & essentia non sunt idem.

¶ Preterea, Nihil subijcitur sibi ipsi, sed persona subijcitur essentiae. Unde suppositum vel hypostasis nominatur. Ergo persona non est idem quod essentia. ¶ Sed contra est quod Aug. dicit. 7. de tri. Cum dicimus personam patris, non aliud dicimus quam substantiam patris.

¶ Respondeo dicendum, quod considerantibus diuinam simplicitatem questio ista in manifesto habet veritatem. Ostenfum est enim supra, quod diuina simplicitas hoc requirit, quod in deo sit idem essentia & suppositum quod in substantiis intellectualibus nihil est aliud quam persona. Sed difficultatem videtur ingerere, quia multiplicatis personis diuinis essentia retinet unitatem. Et quia ut Boe. dicit. Relatio multi-

plicat personarum trinitatem, potuerunt aliqui hoc modo in diuinis differre essentiam & personam, quod & relationes dicebant esse assistentes, considerates in relationibus solum quod ad alterum sunt, & non quod res sunt. Sed (sicut supra ostensum est) sicut relationes in rebus creatis accidentaliter insunt, ita in Deo sunt ipsa essentia diuina. Ex quo sequitur quod in Deo non sit aliud essentia quam persona secundum rem, & tamen quod personae realiter ab inuicem distinguantur. Persona enim (ut dictum est supra) significat relationem, prout est subsistens in natura diuina. Relatio autem ad essentiam comparata non differt re, sed ratione tantum. Comparata autem ad oppositam relationem, habet virtute oppositionis realem distinctionem. Et sic remanet una essentia & tres personae.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod in creaturis non potest esse distinctio suppositorum per relationes, sed oportet quod sit per essentialia principia, quia relationes non sunt subsistentes in creaturis. In diuinis autem relationes sunt subsistentes. Ideo secundum quod habent oppositionem ad inuicem possunt distinguere supposita. Neque tamen distinguitur essentia, quia relationes ipsae non distinguuntur ab inuicem, secundum quod sunt realiter idem cum essentia.

¶ Ad

¶ Ad secundum dicendum, quod in quantum essentia & persona in diuinis differunt secundum intelligentiam rationem, sequitur quod aliquid possit affirmari de vno quod negatur de altero, & per consequens quod supposito vno non supponatur alterum.

¶ Ad tertium dicendum, quod rebus diuinis nomina imponimus secundum modum rerum creaturarum, ut supra dictum est. Et quia naturae rerum creaturarum indiuiduantur per materiam quae subijcitur naturae speciei, inde est quod indiuidua dicuntur subiecta, vel supposita, vel hypostases. Et propter hoc etiam diuinae personae supposita vel hypostases nominantur, non quod ibi sit aliqua suppositio vel subiectio secundum rem.

Commentarium.



Celeste f. dei.

Inito iam sermone de diuinis personis, patre, filio, & spiritu sancto: modo transfertur oratione, ut de eisdem per comparationem ad essentiam agat. ¶ Atque huic articulo respondens statuit conclusionem de fide tenendam: hoc est, essentiam esse idem cum persona. Quae ostenditur ex illo Ioan. 10. Ego & pater vnum sumus. & 1. Ioan. 5. Tres sunt qui testimonium dant in caelo, Pater, verbum & spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt. Et demum definita est ab ecclesia in cap. Firmiter de summa trinitate & fide catholica. vbi habetur. Pater & filius & spiritus sanctus tres quidem personae, sed vna essentia. ¶ Hoc nimirum loco eramus disputaturi, an videlicet persona ex

natura rei & ante omnem actum intellectus distinguatur ab essentia, nisi id ipsum a nobis actum fuisset latissime quaest. 28. artic. 2. disput. 3. praesertim conclusione. 2. quam ob rem superuacaneum fuerit illa iterum repetere. ¶ Reliqua vero quae in litera adducuntur clara sunt ex his quae pertractauimus quaest. 3. artic. 3. & quaest. 28. artic. 2. & quaest. 30. artic. 1. ¶ Dumtaxat est memoriae commendandum quod docet in responsione ad primum: videlicet, istam propositionem, in quibuscunque essentia est idem quod persona, nequit esse illius naturae nisi vnicum suppositum: veram esse in creaturis, ut in angelis: (quod probatur quaestione. 50. artic. 4.) Et vbi suppositum & essentia sunt absoluta. At falsam esse, vbi essentia seu natura est absoluta, & suppositum respectuum: & hoc quidem contingere propter oppositionem relationum, ut constat ex annotatione eorum quae sanctus Tho. docet quaest. 28. artic. 3.

Ad prius in m.

Articulus secundus.

Utrum sit dicendum tres personas esse unius essentiae.



Ad secundum sic proceditur. Videtur quod non sit dicendum tres personas esse unius essentiae. Dicit enim Hilarius in lib. de synodis, quod pater & filius & spiritus sanctus, sunt quidem per substantiam tria, per consonantiam vero unum, sed substantia Dei est eius essentia. Ergo tres personae non sunt unius essentiae.

¶ Preterea. Non est affirmandum aliquid de diuinis quod autoritate scripturae sacrae non est expressum, ut patet per Dionysium. 1. cap. de di. no. Sed nunquam

numquam in scriptura sacra exprimitur, quod pater & filius & spiritus sanctus, sunt vnius essentia. Ergo hoc non est asserendum.

¶ Præter. Natura diuina est idem quod essentia. Sufficeret ergo dicere quod tres personæ sunt vni⁹ nature.

¶ Præterea, Non consuevit dici, quod persona sit essentia, sed magis quod essentia sit personæ. Ergo neque conuenienter videtur dici quod tres personæ sunt vnius essentia.

¶ Præterea, Augustinus dicit quod non dicimus tres personas esse ex vna essentia, ne intelligatur in diuinis aliud esse essentia & persona.

Sed sicut præpositiones sunt transitiuæ, ita & obliquæ. Ergo pari ratione non est dicendum, quod tres personæ sunt vnius essentia.

¶ Præterea, Id quod potest esse erroris occasio non est in diuinis dicendum. Sed cum dicuntur tres personæ vnius essentia vel substantia, datur erroris occasio, Quia ut Hila. dicit in lib. de syno. vna substantia patris, & filij prædicata, aut vnum qui duas nuncupationes habet substantiam significat, aut diuisam vnam substantiam duas imperfectas fecisse substantias: aut tertiam priorē substantiam quæ à duobus & usurpata sit & assumpta. Non est ergo dicendum, tres personas esse vnius essentia.

¶ Sed contra est quod Augustinus dicit in lib. 2. contra Maximinum.

Quod hoc nomē homusion quod in concilio Nicæno aduersus arrianos firmatum est, idem significat quod tres personas esse vnius essentia.

¶ Respondeo dicendum, quod (sicut supra dictum est) intellectus noster res diuinas nominat, non secundum modum earum, quia sic eas cognoscere non potest, sed secundum modum in rebus creatis inuentum. Et quia in rebus sensibilibus à quibus intellectus noster scientiam capit, natura alicuius speciei per materiam indiuiduatur, & sic natura se habet ut forma, indiuiduum autem ut suppositum formæ, propter hoc etiam in diuinis quantum ad modum significandi, essentia significatur ut forma trium personarum. Dicimus autem in rebus creatis formam quancunque esse eius cuius est forma, sicut sanitate vel pulchritudinem hominis alicuius: Rem autem habentem formam non dicimus esse formam nisi cum adiectione alicuius adiectiui, quod designat illam formam. Ut cum dicimus ista mulier est egregie formæ, iste homo est perfecte virtutis. Et similiter quia in diuinis multiplicatis personis non multiplicatur essentia, dicimus vnam essentiam esse trium personarum, & tres personas vnius essentia, ut intelligatur isti genitiui constructi in designatione formæ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod substantia sumitur pro hypostasi &

& non pro essentia.

¶ Ad secundum dicendum, quod licet tres personas esse vnius essentia, non inueniatur in sacra scriptura per hæc verba, inuenitur tamen quantum ad hunc sensum: sicut ibi. Ego & pater vnum sumus. Et ego in patre, & pater in me est. Et per multa alia haberi potest idem.

¶ Ad tertium dicendum, quod quia natura designat principium actus, essentia vero ab effectu dicitur, possunt dici aliqua vnius nature, quæ conueniunt in aliquo actu, sicut omnia calefacientia. Sed vnius essentia dici non possunt, nisi quorum est vnum esse. Et ideo magis exprimitur vnitas diuina, per hoc quod dicitur, quod tres personæ sunt vnius essentia, quæ si diceretur quod sunt vnius nature.

¶ Ad quartum dicendum, quod forma absolute accepta consuevit significari, ut eius cuius est forma, ut virtus Petri. Econuerso autem res habens formam aliquam non consuevit significari ut eius, nisi cum volumus determinare siue designare formam. Et tunc requiruntur duo genitiui, quorum vnus significet formam, & alius determinationem formæ, ut si dicatur Petrus est magne virtutis. Vel etiam requiritur vnus genitiuus habens vim duorum genitiuorum, ut cum dicitur vir sanguinum est iste, id est effusor multi sanguinis. Quia

igitur essentia diuina significatur ut forma respectu personæ, conuenienter essentia personæ dicitur, non autem econuerso, nisi aliquid addatur ad designationem essentia: ut si dicatur, quod pater est persona diuine essentia, vel quod tres personæ sunt vnius essentia.

¶ Ad quintum dicendum, quod hæc præpositio ex, vel de, non designant habitudinem causæ formalis, sed magis habitudinem causæ efficientis, vel materialis. Quæ quidem causæ in omnibus distinguuntur ab his quorum sunt causæ. Nihil enim est sua materia, neque aliquid est suum principium actuum. Aliquid tamen est sua forma, ut patet in omnibus rebus immaterialibus. Et ideo per hoc quod dicimus tres personas vnius essentia, significando essentiam in habitudine formæ, non ostenditur aliud esse essentia quam persona. Quod ostenderetur, si diceremus tres personas ex eadem essentia.

¶ Ad sextum dicendum, quod sicut Hila. dicit in lib. de syno. male sanctis rebus præiudicatur, si quia non sanctæ à quibusdam habentur, esse non debeant. Sic si male intelligitur homusion, quid ad me bene intelligentem? Sic ergo vna substantia ex vna geniti proprietate, non sic autem ex proportionem, aut ex vniōne, aut ex communionem.

Commentarium.

Conclusio
quæ sit
respondens.

Argumentum.



Respondet affirmante
cōclusionē, quæ
probat̄ ex August. lib.
2. contra Maximinū
capit. 14. ¶ Aduersus
tamen cōclusionem
occurrit argumentū.
In communi sermo-
ne aptē & congruē

forma dicitur eius, qui eam habet: vt virtus
Petri, pulchritudo mulieris: at ineptē & bar-
barē id quod habet formā, dicitur esse for-
mā quam habet: vt mulier, pulchritudinis,
Petrus, virtutis: Sed essentia significatur vt
forma, & persona vt habens eam: ergo hæc
est barbara loquutio, tres personæ sunt v-
nius essentia: quāuis ista sit apta & con-
grua, essentia est trium personarum. ¶ Huic
argumento virtute respondet sanctus Th.
in art. & in responsione ad quartum, quod
quāuis id quod habet formam nō dicitur
simpliciter esse formā quam habet. in vul-
gata loquutione, dicitur tamen esse suæ for-
mæ cum additamento alterius genitui: vt
hæc mulier est egregia formæ, hic homo
est perfectæ virtutis, & præstantis ingenij.
Quo fit, vt illa propositio assumpta in titu-
lo articuli sit apta & congrua: tres personæ
sunt vnius essentia, aut etiam, tres sunt per-
sonæ diuinæ essentia: verum hæc non est ita
congrua & apta, tres personæ sunt essentia.

Ad pri-
mum.

¶ In responsione ad primum explicat verba
Hilarij in libro de synodis, & docet quod
nomen substantia ab Hilario sumitur pro
hypostasi & non pro essentia: cum ait, pater
& filius & spiritus sanctus sunt quidem per
substantiam tria.

Ad ter-
tium.

¶ In responsione ad tertium,
asserat quod magis exprimitur vnitas perso-
narum in essentia, cum dicimus, tres perso-
næ sunt vnius essentia, quā cum dicimus
sunt vnius naturæ: siquidem natura est prin-
cipium operationis & actus. Quo fit, vt om-
nia illa (quantumuis re distincta) dicantur
esse eiusdem naturæ, quæ conueniunt in a-
liquo actu & operatione, vt omnia quæ se-
cundum naturam suam sunt calida: verum-
tamen essentia dicitur ab essendo, quapro-
pter duntaxat illa dicuntur vnius essentia,
quæ habent idē esse sicuti diuinæ personæ.

Ad quin-
tum.

¶ Ad quintum annotat, quod istæ præposi-
tiones ex & de, non dicuntur habitu dinē cau-
sæ formalis, sed efficientis, vel materialis po-

tius: & ob id tres personæ diuinæ non dicitur
esse de vna essentia vel ex vna essentia,
vt innuit August. 7. de trinit. cap. 6. alia quæ
in articulo sunt, explanatione nō indigent.

Articulus tertius.

Verum nomina essentialia, vt hoc no-
men Deus, prædicentur sin-
gulariter de tribus
personis.



Dicitur sic
proceditur. Vi-
detur quod no-
mina essentialia,
vt hoc no-
men Deus, nō
prædicentur sin-
gulariter de tribus
personis, sed plu-
raliter. Sicut enim homo significa-
tur, vt habens humanitatem, ita
Deus significatur, vt habens deitatem.
Sed tres personæ sunt tres ha-
bentes Deitatem. Ergo tres perso-
næ sunt tres dij.

¶ Præterea. Genes. 1. vbi dicitur. In
principio creauit Deus cælum &
terrā: hebraica veritas habet he-
loym, quod potest interpretari dij,
siue iudices. Et hoc dicitur pro-
pter pluralitatem personarum. Ergo
tres personæ sunt plures dij, &
non vnus Deus.

¶ Præterea, Hoc nomen res (cū
absolutē dicatur) videtur ad sub-
stantiam pertinere. Sed hoc nomen
pluraliter prædicatur de tribus per-
sonis. Dicit enim August. in lib. de
doctri. Christia. Res quibus fruen-

dum est sunt pater & filius & spiri-
tus sanctus. Ergo & alia nomina es-
sentialia pluraliter prædicari pos-
sunt de tribus personis.

¶ Præterea, Sicut hoc nomen deus
significat habentem deitatem, ita
hoc nomen persona significat sub-
sistentem in natura aliqua intelle-
ctuali: sed dicimus tres personas,
ergo eadem ratione dicere possumus
tres deos. Sed contra est quod
dicitur deut. 6. Audi Israel: Dominus
Deus tuus, Deus vnus est.

¶ Respondeo dicendum, quod nomi-
num essentialium quedam signifi-
cant essentiam substantiue, quæ
verò adiectiue. Ea quidē quæ
substantiue essentia significant, præ-
dicantur de tribus personis singu-
lariter tantū, & nō pluraliter. Quæ
verò adiectiue essentiam signifi-
cant, prædicantur de tribus perso-
nis in plurali. Cuius ratio est, quia
nomina substantiua significant a-
liquid per modum substantia, nomi-
na verò adiectiua significant a-
liquid per modum accidentis, quod
inheret subiecto. Substantia autem
sicut per se habet esse, ita per se habet
vnitatem, vel multitudinē. Vnde
& singularitas vel pluralitas nomi-
nis substantiui, attenditur secundū
formam significatam per nomen.
Accidentia autem sicut esse ha-
bent in subiecto, ita ex subiecto su-
scipiunt vnitatem, vel multitudine.
Et ideo in adiectiuis attenditur

singularitas & pluralitas secundū
supposita. In creaturis autem non
inuenitur vna forma in pluribus
suppositis nisi vnitate ordinis, vt
forma multitudinis ordinata. Vnde
de nomina significantia talem for-
mam, si sint substantiua, prædicantur
de pluribus in singulari; non
autem si sint adiectiua. Dicimus
enim, quod multi homines sunt colle-
gium, vel exercitus, aut populus: di-
cimus tamen quod plures homines sunt
collegiati. In diuinis autem essen-
tia diuina significatur per modū
formæ vt dictum est. Quæ quidem
simplex est & maxime vna, vt su-
pra ostensum est. Vnde nomina si-
gnificantia diuinam essentiam sub-
stantiue, singulariter & non plura-
liter de tribus personis prædicantur.
Hæc igitur est ratio, quare Sortes
& Platonem & Ciceronē dicimus
tres homines: patrem autem & fi-
lium & spiritum sanctum, non di-
cimus tres deos, sed vnum Deum:
quia in tribus suppositis humanæ
naturæ sunt tres humanitates, in
tribus autem personis est vna diu-
ina essentia. Ea verò quæ significat
essentiam adiectiue, prædicantur
pluraliter de tribus propter plura-
litatem suppositorum. Dicimus
enim tres existentes, vel tres sapien-
tes, aut tres æternos & increa-
tos & immensos si adiectiue su-
mantur. Si verò substantiue su-
mantur; dicimus vnum increatum

immensum & eternum, vt Athanasius dicit.

¶ Ad primum ergo dicendum, qd licet Deus significet habentem deitatem, tamen est alius modus significandi. Nam Deus dicitur substantiue, sed habens deitatem dicitur adiectiue, Vnde licet sint tres habentes deitatem, non tamen sequitur quod sint tres dii.

¶ Ad secundum dicendum, quod diuersę lingue habet diuersum modum loquendi. Vnde sicut ppter pluralitatem suppositorum graeci dicunt tres hypostasas, ita & in hebreo dicitur pluraliter heloym. Nos autem non dicimus pluraliter neque deos neque substantias, ne pluralitas ad substantiam referatur.

¶ Ad tertium dicendum, quod hoc nomen res, est de transcendētibus. Vnde secundum, quod pertinet ad relationem, pluraliter predicatur in diuinis: secundum vero qd pertinet ad substantiam, singulariter predicatur. Vnde Augustinus, dicit ibidem, qd eadem trinitas quedam summa res est.

¶ Ad quartum dicendum, qd forma significata per hoc nomen persona non est essentia vel natura, sed personalitas. Vnde cum sint tres personalitates id est, tres personales proprietates in patre & filio & spiritu sancto, non singulariter sed pluraliter predicatur de tribus.

Commentarium.



IN libris correctioribus articuli titulus sic habet, In alijs vero omittuntur hæc verba: vt hoc nomen Deus. Et subiungit diuus Th. exemplis, vt insinuet disputationem institui de

nomibus essentialibus in concreto, siue sint substantia, siue adiectiua. ¶ Ab hoc nimirum articulo vsq; ad 7. ingreditur tractatum de terminis diuinis, & eorum proprietatibus: nempe de significatione & modo significandi eorum, acceptione, ac predicatione: & etiam de oppositione inter propositiones que ex eisdem terminis constant: atq; insuper de methodo & ratione, qua obseruari debeat in texendis syllogismis circa res diuinas. ¶ Quapropter minimè à candidis theologis inculcari debemus, si diui Th. ordinem sequuti plures quæstiones explicemus & agamus similes illis, que in rudimentis dialecticæ (quas sumulas vocant) iuuenibus solent apponi: hæc est enim interpretis lex atq; conditio (quã nos ideo obseruare oportet) vt ab ordine autoris quem explicandum semel susceperit, neq; larum vnguẽ discadat. Quauis profectò si res altiori mēte expendatur, hæc quæstiones quæ cum illis videntur habere similitudinẽ, longè maiorẽ & propè infinitum grauiorẽ præferunt difficultatẽ, fructusq; vberior ex cognitione illarum nobis accrescet: spectant siquidem ad reconditissimam trinitatis mysteria, & Dei cognitionem inuestigandam: cui cognitioni magnum afferent præsidium. ¶ Ad rem igitur accedentes, vt articuli litteram explicemus aliqua sunt præcipienda. In primis quæ sunt nomina essentialia siue essentialia, quæ etiam sunt nomina personæ siue personalia. ¶ Essentialia nempe nomina sunt, quæ significant essentiam vel proprietatẽ eius: exemplum primi, vt Deus: secundi, iustitia, sapientia, & reliqua attributorum nomina. ¶ Personalia verò sunt, quæ dicunt personam, vt pater: aut eius proprietatẽ, vt paternitas, & generatio. ¶ At ista nomina personalia duplicis generis sunt, altera notionalia, quæ notione expriment, vel actum notionalẽ in abstracto, per quæ vna persona ab alia distinguitur:

Articuli titulus declaratio.

Subiungit ratio disputationis.

Diuisio nominum diuinitatum.

Nomina essentialia.

Nomina personalia.

Personalia duplicia.

stinguitur: vt innascibilitas, paternitas, filiatio, spiratio, & processio, generare, generari, spirare & spirari. Altera autem sunt nomina personalia, quæ significant personas in concreto, & non eorum proprietates in abstracto: vt pater, filius, & spiritus sanctus: genitor, genitus: spirator, spiratus. ¶ Verum tamen in præsentis articulo, duntaxat de nominibus essentialibus in concreto (vt diximus) agit diuus Thom. & in eo duas constituit regulas, quibus docet discrimen maximè cognitione dignum theologo; inter nomina diuina essentialia, substantiua & adiectiua: quoad eorum modum predicandi in singulari vel plurali: deinde statuit conclusionem, qua respondet quæstioni: ex qua in fine articuli colligit quoddam corollarium. ¶ Prior itaque regula sit, Singularitas vel pluralitas nominis substantiui attenditur penes formam significatam per illud: hoc est, si forma in concreto significata per nomen substantiuum est vna tantum, illud nomen predicatur in singulari: si verò est plures, predicatur in plurali. Quod sanè exemplis ex creatura desumptis planum facendum est: vt, quoniam forma importata in concreto hoc nomine substantiuo sol, scilicet istud natura solis, duntaxat est vna, propterea istud nomen sol tantummodo predicatur in singulari: scilicet, Phœbus est sol: At verò quia forma significata in concreto hoc nomine substantiuo homo; putã humanitas, est multiplex (etenim alia humanitas est in Sorte, alia in Platone) ob id illud in plurali enuntiat de illis: quandoquidem hæc verba est, Sortes & Plato sunt homines. ¶ At qui diuus Tho. assignat huius regulæ rationem, quia nomen substantiuum significat formam per modum substantiæ: substantia quippe sicut per se habet esse, ita quoq; per se habet vnitatem vel multitudinẽ. Quo circa singulare vel plurale nominis substantiui, attenditur secundum formam significatam per ipsum. ¶ Secunda nihilominus regula sit, Singularitas vel pluralitas nominis adiectiui non attenditur secundum formam significatam per nomen, sed secundum supposita quibus talis forma conuenit: id est, esto forma importata in concreto per nomen adiectiuum sit vna, si illa conuenit pluribus subiectis vel suppositis, illud nomen adiectiuum predicatur in plurali. Quod etiam exemplo ex rebus naturalibus petito illustrare oportet, vt facit Diuus Tho. sicuti

Instituunt diui Th. in hoc art.

1. Regula.

2. Regula.

3. Regula.

ordo exercitus vel collegij reperitur in pluribus hominibus in eodem collegio comorantibus, & est vnicus ordo quem hoc adiectiuum collegiatus dicit: verum tamen in plurali verificatur de pluribus: cum hæc sit vera ostensis pluribus eiusdem collegij, hi sunt collegiati: & etiam sunt plures college propter diuersas formas & relationes, quæ in ordine collegij reperiuntur. ¶ Et huius insuper regulæ diuus Th. reddit rationem, quia adiectiuum significat formam per modum accidentis: accidens vtiq; sicut neque esse habet esse, proorsus à se non habet vnitatem vel multitudinẽ, sed ex supposito vel suppositis in quibus reperitur. Quamobrem plurale vel singulare nominis adiectiui non attenditur secundum formam significatam per ipsum, sed secundum supposita vel subiecta quibus tribuitur: ita quod si vnus est suppositum vel subiectum, solummodo in singulari predicatur: si verò plura, in plurali.

¶ His regulis præmissis, constituit diuus Th. conclusionẽ respondentem quæstioni: vide licet, nomina diuina essentialia & substantiua non possunt predicari in plurali de personis, sed tantum in singulari: vt ista est vera, tres personæ sunt vnus Deus: at tamen hæc est falsa, tres personæ sunt tres diuinitates: lud Deuteron. 6. Audi Israël, dominus deus tuus, deus vnus est: ¶ Quod probatur per primam regulam, quia forma importata per istum terminum substantiuum deus, nẽpe deitas, solum est vna: & pluralitas vel singularitas nominis substantiui (vt docet nos prima regula) attenditur secundum formam importatam per ipsum. Eadem penitus ratio, ne ista sunt vera, pater & filius & spiritus sanctus sunt vnus creator, & non plures creatores: vnus principium creaturarũ, & non plura: vnus dominus, & non plures: & itidẽ pater & filius sunt vnus principium spiritus sancti, & non plura. ¶ At verò etiam nomina essentialia adiectiua in diuinis predicantur plurali numero, vt hæc est vera, pater filius & spiritus sanctus sunt tres diuinitates: siquidem forma importata per illud nomen adiectiuum, scilicet diuinitas, conuenit pluribus suppositis: & ex consequenti illud nomen adiectiuum predicatur in plurali per regulam secundam. Nam docet nos quod singularitas vel pluralitas nominis adiectiui sumitur secundum supposita, quibus conuenit forma importata per ipsum, & non secundum formam ipsam. ¶ Quo fit, vt hæc

2. Regula.

Conclusio respondens quæstioni.

Probatio conclusionis.

Nomina adiectiua diuersimodum prædicantur: habent à substantiuis.

Corollarium.

nomina, existentes, sapientes, æterni, increati, immensi si adiectiue sumantur, prædicatur pluraliter: ita ut sit verum dicere, tres personæ sunt tres existentes, tres sapientes, tres æterni, tres increati, & tres immensi: si verò substantiue adiectiue, necessum est nobis dicere esse vnum existentem & sapientem, atque vnum æternum, & increatum, & immensum: vt in symbolo Athanasij docemur. Increatus pater, increatus filius, increatus spiritus sanctus: immensus pater, immensus filius, immensus spiritus sanctus: æternus pater, æternus filius, æternus spiritus sanctus: & tamen non tres æterni, sed vnus æternus: sicut nõ tres increati, nec tres immensi, sed vnus increatus: & vnus immensus. Similiter omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotens est spiritus sanctus, & tamen non tres omnipotentes: sed vnus omnipotens. ¶ Porro existit dubitatio, quare aulcus est sanctus Thom. concedere quòd sunt plures æterni, & plures omnipotentes, &c. Cùm in symbolo Athanasij dicatur quòd nõ sunt tres omnipotentis, neque tres æterni. ¶ Respondetur, eum sequutum fuisse determinatione concilij Lateranensis sub Innocentio tertio, quæ habetur in capitulo Firmiter de summa trinitate & fide catholica, cuius verba sunt. Pater generans, filius nascens, & spiritus sanctus procedens consubstantiales & coæquales, & cõnnpotentis & cõterni, &c. Vbi concilium prædicat illa nomina pluraliter de personis, adiectiue sumendo ea. Vnde sanctus Tho. concordat verba Athanasij & concilij definitionem, quæ videntur esse contraria, quanuis neququam esse possint per illam differentiam substantiuorum & adiectiuorum. ¶ Iam verò etiam aduersus primam regulam quæ iuxta mentem sancti Th. annotandam adhibuimus, inlurgendum erit. Initio ex regula substantiuorum sequitur, quòd Sortes, qui comparauit sibi plures artes quibus est exornatus, debeat dici plures artifices: quod est manifestè falsum. Sequelam autem ostendimus, quia artifex est nomen substantiuum, & forma importata per ipsum in concreto, quæ est ars, est plures in eodem: atque illud nomen iuxta primæ regulæ præceptum prædicatur de Sorte in plurali: ac subinde hæc est vera, Sortes est plures artifices. ¶ Secundo, sanctus Tho. in 3. distict. 1. quæst. 2. & 3. parte quæst. 3. art. 7. ad secundum, dicit quòd si vna persona

diuina assumeret duas humanitates, esset vnus homo: at si vera esset prima regula, ea persona diuina esset plures homines in casu: quoniam homo est substantiuum, & forma importata per ipsum esset plures in illa persona, data hypothesi. ¶ Tertio sequetur itidem, quòd pater in diuinis esset plura principia: siquidem est principium filij, & principium spiritus sancti: & forma quam dicit hoc nomen substantiuum principium, in patre est duplex: paternitas quippe & spiratio, vel virtus generandi & spirandi. Verum sequela est falsa, & oppositum asserit sanctus Th. supra quæstio. 36. art. 4. ad secundum, nempe patrem æternum non esse duo principia, sed vnicum. ¶ At verò ut isthæc argumenta dissoluantur annotare oportet, esse quidem inter substantia & adiectiua differentiam & conuenientiam: cõueniunt profectò ambo in hoc, quòd vt verificentur in plurali, necessaria est suppositorum multitudo: & hæc conuenientia est manifestissima, neque de ea quis dubitare potest: atque eam docet diuus Tho. 3. parte quæstio. 3. art. 7. ad secundum. Nunquam (inquit) nomen ab aliqua forma impositum pluraliter dicitur, nisi propter pluralitatem suppositorum. Hæc ille. Differentia autem ea est, quam docuit nos diuus Th. in regulis supradictis. ¶ Ad rem ergo annotamentum hoc accommodemus. Id nimirum voluit diuus Th. hac in re, distinguere nomina substantiua & adiectiua in concreto, quòd nomen substantiuum ex suo modo significandi, exigit ad verificationem in plurali, multitudinem suppositorum & formarum: vt runtamen adiectiuum nomen duntaxat exigit pluralitatem suppositorum, & non formarum. Neque alius Tho. in præsentia meminir conuenientiam præfatam inter substantia & adiectiua, siquidem ea conspicua erant, & velut conspicuam præmisit & suppositum, vt unumque eorum scilicet exigere plura supposita, vt enuntientur verè in plurali. At tamen discrimen occultissimum inter ea, quod quam maximè explicatione indigebat, in præsentia docuit: quòd videlicet illa vt verificentur in plurali, prærequirunt pluralitatem formarum: hæc verò minimè. Ex his satis liquet responso ad argumenta. Fatetur ingenuè in casu primi argumeti, Sortem esse vnicum artificem: & in data hypothesi secundi, diuinam personam esse vnicum hominem: in tertio verò concedimus patrem æternum

Symbolum Athanasij

Dubitatio

Responsio

Argumentum

Argumentum

Argumentum

Argumentum

Responsio

ad argumetum

Obiectio

Solutio

Obiectio

Dubitatio

Responsio

Argumentum sancti Th.

Responsio

æternum esse vnicum principium, & negam? esse plura. Quæ omnia satis constant ex declaratione quam modo assignamus regulis supradictis: etenim in casibus eorum argumentorum nõ auerit suppositorum pluralitas, quæ necessaria est vt illa tria nomina substantiua, hoc est artifex, homo, principium in plurali prædicentur. ¶ Obiectio tamen aduersus asseritionem hanc, quæ dicitur necessaria esse multitudinem suppositorum & formarum, vt nomina substantiua prædicentur, si plures homines haberent eandem albedinem, illi essent plura alba & non vnus albus; substantiue sumendo nomen alba: & etiã si illi haberent eandem artem, essent plures artifices: ergo vt nomina substantiua prædicentur in plurali, non est necessaria multitudo formarum. ¶ Respondemus planè assertionem illam intelligendam de substantiuis quæ significant formam, quæ est substantia: præfata verò nomina formaliter significant actiue, & ob id conditionem & proprietatem nominum adiectiuorum fortuitur. ¶ Obiectio verò aduersus hanc solutionem. Homo est nomen absolutum quod in concreto dicitur formalis substantialem partem humanitatis, & tamè si dicitur dicitur personæ assumerent vnã & eandem humanitatem, de illis prædicaretur in plurali: atque verum esset dicere, sunt plures homines & non vnus homo: igitur mala est solutio. Respondemus negando minorem: quinimo diuus Th. 3. parte quæstio. 3. art. 7. ad secundum, assererat quod in illo casu illa duæ personæ essent vnus homo, & non plures. ¶ Sed exat dubitatio, pro quo supponit hoc nomen homo in hoc casu. Paucis respondeamus, eum supponere pro illis duabus personis simul: etenim in data hypothesi, pater & filius essent hic homo, ostensis duobus: sicut sunt hic deus, ostensis duobus. In articulo verò sequenti dicem? an hæc sit vera, hic homo est hic homo: primo pronomine demonstrante patre, secundo filium. Nonnullas autem difficultates diuus Tho. excitat in argumentis memoria dignas. ¶ Primum utique argumentum eius est. Quomodo hæc vox homo significat habetem humanitatem, ita etiam hæc vox Deus significat habetem deitatem: at tres sunt personæ habentes deitatem: ergo tres sunt dij. ¶ Diuus Th. respondet negadò consequentiã, cuius negationis assignat rationem: quoniã hoc nomen cõplexum habet deitatem, aliud modum significandi habet, quam hoc nomen deus: siquidè illud habet

modum significandi adiectiuum, hoc verò substantiuum. ¶ Secundo Genes. lectio hebreæ secundum, habetur. In principio creauit elohim cælum & terram, elohim autem interpretatur dij, ergo de tribus personis verum est dicere quod sunt dij. Respondet S. Th. diuersis linguis. 1. Responso diuersum habere modum loquendi: quo fit, vt sicut propter pluralitatem suppositorum, græci dicunt tres hypostasies, sic etiam Hebræi propter pluralitatem personarum pluraliter prædicant elohim de Deo. Latini autem negamus & plures Deos, & plures substantias. ¶ Vel dicimus illud fuisse permixtum, vt verbum esset singulare, ad insinuandum unitatem essentia: & nomen plurale, vt insinuetur trinitas personarum: quasi dicat, in principio creauit dij, sicut à nobis alio loco est animaduersum quæst. 7. articulo. 1. disput. 1. 4. parte eius. ¶ Vel Moses vsus est hoc nomine elohim plurali numero: quia forsitan singulari numero caret; quæ adhuc sub iudicis est: & elohim nomen quidem cõmune est Deo & creature, vt sapiens, quod interpretari potest dii vel iudices, vt inquit. di. Tho. de qua re qui luculentiorè desiderat explicationem, cõsulare potest isti loci enarratores. ¶ Tertium d. Th. argumentum est. Tres personæ sunt tres res, ergo tres personæ sunt tres dij. Consequentia autem apparet bona, quæ sicut deus est nomen absolutum, ita & res: Assumptum verò ostenditur ex Aug. lib. 1. de doctrina Christiana cap. 5. vbi ait. Res quibus fruendū est sunt pater & filius & spūs sanctus. ¶ Respondetur hoc nomen res esse trãscendens & ob id cõmune est ad absoluta & relatiua, seu ad res absolutas & relationes. Quocirca bifariã assumi potest, aut pro substantia, aut pro relatione: si pro substantia assumatur, hæc est falsa: Tres personæ sunt tres res, vt liquet de summa trinitate & fide catholica cap. Dānamus. vna (inquit) quæ dā summa res est &c. Si autem res pro relatione accipitur, verà est illa, propositio: siquidè pater & spiritus sanctus sunt tres relationes. Quod quidè, prius asserendum est de nomine entis, vt videlicet tres personæ sunt tria entia, si nomen ens accipitur pro relatione: sed sicut vnus ens, si accipitur pro substantia. ¶ Vñ aduertendum est, quod vt cautius & rectius loquamur de sanctissimi mo trinitatis mysterio, tum erit huiusmodi propositiones distinguere: quæ absolute cõcedere: vt in responsione ad. 3. facit S. Tho. vbi ait quod nomen res quæ pertinet ad relationem,

pluraliter praedicatur in diuinis; secundum
 verò quod attinet ad substantiam, singulari-
 ter. ¶ Hic extat dubitatio quaedam, an hæc
 propositiones sint verae: Pater omnem rem
 quam habet, aut realitatem (vt cū metaphy-
 sicis loquamur) communicat filio. Pater om-
 niam entitatem quam habet communicat
 filio. ¶ Respondemus nimirum, eas esse di-
 stinguendas sicut praefatas: vera namq; sūt,
 si illa transcendentia sumantur pro substan-
 tia: falsa autem, si pro relatione: quia re: seu
 entitatem, quæ est paternitas, non commu-
 nicat filio. & etiam sunt falsa, si illa transce-
 dentia vniuersæ & secundum totum sui si-
 gnificatus ambitum accipiuntur, & pro sub-
 stantia & relatione, propter illud signum
 vniuersale, quod distribuit illos accusant
 quos, rem & entitatem. Idem nempe asseren-
 dum est de his: Pater & filius omnem rem
 & entitatem quam habent, communicant
 spiritui sancto. Idem proflus dicendum est
 de ista, Omnem rem quam habet pater aut
 entitatem, habet filius: quod videlicet di-
 stinguenda est velut reliqua. Lege etiã quæ
 ad hoc propositum dicimus: quæstion. 40. i.
 art. 1. In responsione ad. 4. reddit causam,
 cui nomen persona pluraliter praedicatur
 de tribus personis, quoniam hæc est vera:
 pater filius & spiritus sanctus sunt tres per-
 sonæ: non autem nomen Dei, siquidem hæc
 sit fallax tres personæ sunt tres dii. Respon-
 det inquam id esse in causa, quia forma im-
 portata nomine personæ est multiplex: vi-
 delicet proprietas personæ aut personalitas
 (vt inquit diuus Tho.) sunt enim tres pro-
 prietates personales, paternitas, filiatio, & spi-
 ratio, vt rem hanciam tandem absoluamus
 excitam? duo parua dubia: quorum primū
 est. ¶ An pater & filius debeant dici plura
 principia. In primis vt certā ab incertis se-
 gamus, certissimum est patrem & filium nō
 esse plura principia spiritus sancti, ita vt as-
 serere oppositum sit hereticum, vt claret ex
 concilio Florentino, & ex alijs quæ adduxi-
 mus quæstion. 36. art. 4. Verum tamen quod
 in dubium reuocari potest id inquam est,
 an pater quæ est principium filij, & filij quæ
 est principium spiritus sancti sint plura prin-
 cipia: & nimirum in vtranque partem sup-
 petunt argumenta. ¶ In primis quidem par-
 tem affirmantem corroboramus. Pater & fi-
 lius sunt plures personæ, & pluribus atque
 diuersis productionibus producant, quan-
 do pater per actum intelligendi producit fi-

lium. & filius per actum voluntatis. Spiritus
 sanctum, ergo sunt plura principia. ¶ Secū-
 do id fulcimus ex prima assignata regula,
 quoniam principium est substantiuū, & for-
 ma importata per ipsum, pater virtus pro-
 ducendi, est multiplex: et cetera. ¶ Item alia est in pa-
 tre, alia est in filio: in patre nempe est virtus
 generandi, & in filio virtus spirandi, quæ pla-
 nē sunt plures virtutes: atq; pater & filius
 sunt plura supposita: ergo iuxta præfatā re-
 gulam nomen principium in plurali præ-
 dicatur de patre & filio: & ex consequenti
 ipsi sunt plura principia. ¶ Rursus quæ-
 da oppositum, videlicet quod pater vt est
 principium filij, & filius vt est principium spi-
 ritus sancti non sunt plura principia, sed
 vnum & idē principium: & colligimus in
 hunc modum: Filius vt est principium spi-
 ritus sancti, est idē principium eiusdem filij quod
 est pater: ergo idē est principium sui ip-
 sius, quod pugnat. ¶ Sed tamen in confir-
 mationem partis negantis argumentamur:
 Filius vt est principium spiritus sancti, &
 quatenus spirator est, & pater vt est prin-
 cipium filij, & quatenus generator est, non sūt
 relativi opposita, ergo non sunt plura, sed
 idē principium. ¶ Quoniam in diuinis vt
 dictum est quæst. 36. art. 1. & 4. & fufius di-
 sputabitur quæst. 40. art. 2. omnia sunt vnū,
 vbi non obuiat relationis oppositio: & assū-
 prum satis patet, videlicet quod spirator &
 generator non sunt relativi opposita, neq;
 eorum actus notionales, scilicet generatio
 & spiratio, sunt opposita originis, quia sūt
 in eadem persona patris. ¶ Item hæc est ex-
 pressa sententia Anselmi capitulo. 17. quod
 litera. l. designatur in quibusdam codicib;
 vbi ait. Nec tamen duo consistunt princi-
 pia, vnum patrem ad filium, alterum patrem
 & filium ad spiritum sanctum: sicut nō cre-
 dimus alium deum patrem, de quo est fi-
 lius: & alium deum patrem & filium, de quo
 est Spiritus Sanctus: quauis de eodem
 Deo; siue de eodem principio, suo quic-
 que modo sit alter: scilicet nascendo, alter
 procedendo. ¶ Respondemus sanē, quod dicitur
 pater vt principium est filij, & quatenus
 generator: & filius quatenus est prin-
 cipium spiritus sancti, & vt spirator, non
 sunt plura principia realiter distincta: vt cō-
 uincitur argumento in confirmationem
 partis negantis, & testimonio Anselmi.
 Atq; simpliciter non sunt plura principia,
 vt dicit Anselmus ipse: quia pluralitas prin-

principiorum videtur importare distinctio-
 nem realem. ¶ Dicimus præterea, quod pater
 in quantum est principium filij, & vt gene-
 rator, non est idem principium secundum
 rationē cum filio, quatenus est principium
 spūs sancti, & vt spirator est: quoniam spirator &
 generator, & virtus spirandi & generandi, quā-
 uis sint idem re in patre, ratione tamen di-
 stinguuntur: ob quam causam non sequitur
 quod filius sit principium sui ipsius. ¶ Per quod
 patet responsio ad. 3. in confirmationē par-
 tis affirmantis. & ad. 2. eiusdem partis respō-
 demus, quod forma importata per hoc nomen
 principium non est plures secundum rem, puta
 virtus spirandi & virtus generandi, cū sint
 idem realiter in patre. & quauis pater vt
 pater, & filius vt filius, sint distincta suppo-
 sita: tamen pater vt genitor & principium
 filij, & filius vt spirator & principium spi-
 ritus sancti, nō sunt duo supposita. Quia spi-
 rator non est suppositum, eo quod est com-
 mune patri & filio, neque illo modo distin-
 guuntur realiter: quoniam spirator & genitor sūt
 eadem patris persona. & ad primum tandē
 respondemus negando cōsequentiam. Pari-
 etiam modo non est concedendum quod
 pater vt principium filij, & essentia vt prin-
 cipium creaturarū, sint plura principia rea-
 liter distincta. ¶ Iam verò postremo dubita-
 mus, an assertio diui Tho. qua affirmat tres
 personas esse vnum Deum & non plures,
 sit de fide accipienda. Quæstio hæc non de-
 beret vocari in dubiū inter doctores. ¶ Ve-
 runtamen iuniores quidam asserunt partē
 negantem, id quidē de fide non esse: quini-
 mō magna temeritate audent cōcedere tres
 personas diuinas esse tres deos: nam dicūt
 eam propositionem facere hūc sensum, esse
 tres personas, quarum quælibet est Deus.
 ¶ Alij recē-
 tiores vt
 Marsilius.
 ¶ Catholica
 assertio.
 ¶ assertio.

nem vocabulorū, id est, sunt tres personæ,
 quarū quælibet est Deus, est etiam hereti-
 cū. Nam vt protinus demonstrabimus, ea
 est heretica, ac proinde iuxta significationē
 nominum nequit facere verum sensum: &
 hereticus sanē est, qui pertinaciter affirmat
 propositionem hereticam ex vi significationis
 verborum facere sensum verum: isthuc
 planē est asserere propositionem hereticam
 esse veram. ¶ Quod autem Deum esse vnū
 & non plures sit catholicum quoniam fidei
 articulum, aut præambulum ad fidem, ostē-
 ditur ex symbolo. Credo in vnum Deum,
 & capitulo. Firmiter de summa trinit. & fi-
 de catholica dicitur. Credimus, & simplici-
 ter consistemur quod vnus solus est verus
 Deus, & deuteron. 6. audi Israhel, Dominus
 Deus noster Deus vnus est.

Articulus quartus.

Vtrum nomina essentialia concreta possint supponere pro persona.



D quartum sic proceditur. Vi-
 detur quod nomi-
 na essentialia cō-
 cretita nō pos-
 sunt supponere
 pro persona, ita
 quod hæc sit vera, deus genuit deum.
 Quia (vt sophiste dicunt) terminus
 singularis idē significat & supponit.
 Sed hoc nomen deus videtur
 esse terminus singularis, cū plu-
 raliter praedicari non possit, vt di-
 ctum est. Ergo cū significet essen-
 tia, videtur quod supponat pro essen-
 tia & non pro persona.

¶ Præterea, Terminus in subie-
 cto positus non restringitur per
 S 4 termi

terminum positum in prædicato ratione significationis, sed solū ratione temporis significati.

Sed cū dico Deus creat, hoc nōmē Deus supponit pro essentia. Ergo cū dicitur, Deus genuit, nō potest iste terminus Deusratiōis, prædicati notionalis supponere pro persona.

¶ Præterea, Si hæc est vera, Deus genuit, quia pater generat: pari ratione hæc erit vera, Deus non generat, quia filius non generat. Ergo est Deus generans, & Deus non generans. Et ita videtur sequi q̄ sint duo dij.

¶ Præterea, Si Deus genuit Deum, aut se Deum, aut alium Deum, sed non se Deum, quia vt Aug. dicit in primo de tri. Nulla res generat se ipsam. Neque alium Deum, quia non est nisi vnus Deus. Ergo hæc est falsa, Deus genuit Deum.

¶ Præterea, Si Deus genuit Deū aut Deum, qui est Deus pater, aut deū qui non est Deus pater. Si Deū qui est Deus pater. Ergo Deus pater est genitus, si Deum qui non est Deus pater. Ergo Deus est qui non est Deus pater. Quod est fallum. Non ergo potest dici, quod deus genuit deum.

¶ Sed contra est quod in symbolo dicitur, Deum de Deo.

¶ Respondeo dicendum, q̄ quidā dixerunt, quod hoc nomen Deus & similia, propriè secundum suā

naturam supponunt pro essentia, sed ex adiuncto notionali trahuntur ad supponendum pro persona. Et hæc opinio processisse videtur, ex consideratione diuinæ simplicitatis, quæ requirit q̄ in deo idem sit habens, & quod habetur. Et sic habens deitatem, quod significat hoc nomen deus, est idem quod deitas.

Sed in proprietatib⁹ locutionum, nō tantū attendenda est res significata, sed etiam modus significandi. Et ideo quia hoc nomen deus significat diuinam essentiam, vt in habente ipsam, sicut hoc nomen homo humanitatem significat in supposito, alij melius dixerunt, q̄ hoc nomen deus ex modo significandi habet, vt propriè possit supponere pro persona, sicut & hoc nomen homo. Quandoq; ergo hoc nomen deus supponit pro essentia, vt cū dicitur deus creat, quia hoc prædicatum competit subiecto ratione formæ significatæ, quæ est deitas.

Quandoque verò supponit personam vel vnā tantū, vt cū dicitur, deus generat: vel duas, vt cū dicitur, deus spirat: vel tres, vt cū dicitur, regi seculorum immortalis inuisibili soli deo, prim⁹ Timo. primo.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̄ hoc nomen deus, licet conueniat cū terminis singularibus, in hoc q̄ forma significata non multiplicatur, conuenit tamen cum terminis communibus in hoc, q̄ forma signifi-


gnificata inuenitur in pluribus suppositis. Vnde nō oportet, q̄ semper supponat pro essentia quā significat. ¶ Ad secundum dicendum, q̄ obiectio illa procedit contra illos, qui dicebant, quod hoc nomen deus non habet naturalem suppositionem pro persona. ¶ Ad tertium dicendum, q̄ aliter se habet hoc nomen deus ad supponendum p̄ persona, & hoc nomen homo. Quia enim forma significata per hoc nomen homo, id est humanitas, realiter diuiditur in diuersis suppositis, per se supponit pro persona, etiam si nihil addatur quod determinet ipsum ad personam, quæ est suppositum distinctum. Vnitas autē siue communitas humanæ naturæ non est secundū rem, sed solū secundū cōsiderationē. Vnde iste terminus homo nō supponit pro natura cōi, nisi propter exigentiā alicuius additi, vt cū dicitur hō est species: sed forma significata p̄ hoc nomen deus, s. essentia diuina est vna & cōmunis secundū rem: vnde p̄ se supponit p̄ natura cōmuni, sed ex adiuncto determinatur eius suppositio ad personā. Vnde cū dicitur de⁹ generat, ratione actus notionalis supponit hoc nomen deus pro persona patris: sed cū dicimus deus nō generat, nihil additur quod determinet hoc nomen ad personā filij. Vnde datur intelligi, q̄ ḡratio repugnet diuinæ naturæ. Sed si adda-

tur aliquid pertinens ad personam filij vera erit locutio, vt si dicatur deus genitus non generat. Vñ etiā nō sequit̄, est deus generans & de⁹ non generans, nisi ponatur aliquid pertinens ad personas, vt puta si dicamus pater est deus generans, & filius est deus non generans. Et ita nō sequit̄ q̄ sint plures dij, quia p̄ & filius sunt vnus deus, vt dictum est. ¶ Ad quartum dicendum, quod hæc est falsa, pater genuit se deum quia ly se (cū sit recipiū) refert idem suppositū. Neq; est contrariū quod Aug. dicit ad Maximinum, q̄ deus pater genuit alterū se. Quia ly se vel est casus ablatiui, vt sit sensus genuit alterum à se: vel facit relationem simplicem, & sic refert identitatem naturæ: sed est impropria vel emphatica locutio, vt sit sensus, genuit alterum simillimum sibi. Similiter & hæc est falsa, genuit alium deum, quia licet filius sit ali⁹ à patre (vt supra dictū est) non tamē est dicendū, q̄ sit alius deus: quia intelligeretur, q̄ hoc adiectiuū aliū poneret re suam circa substantiuum quod est deus. Et sic signaretur distinctio deitatis. Quidam tamē cōcedunt istā, genuit aliū deū, ita q̄ ly alius sit substantiuū, & ly deus appositiuè cōstruat̄ cū eo. Sed hic est improprie modus loquēdi & euitandus, ne detur occasio erroris.

¶ Ad quintum dicendum, quod hæc est falsa deus genuit deum qui

est de pater, quia cū ly p̄r appositū uē cōstruat cū ly deus restringit ipsum ad standū p̄ personā patris: vt sit sensus, genuit deū qui est ipse p̄r. Et sic pater esset genit⁹, quod est falsum. Vñ negatiua est vera, genuit deū qui nō est deus p̄r. Si tamen intelligeretur cōstruētio nō esse appositua, sed aliquid esse interponēdū, tunc cōuersio affirmatiua esset vera & negatiua falsa: vt sit sensus, genuit Deū qui est deus, qui est p̄r. Sed hæc est extorta expositio, vñ melius est, q̄ simpliciter affirmatiua negetur, & negatiua cōcedatur. Prepositiuus tamē dixit, q̄ tā negatiua, quā affirmatiua est falsa, quia hoc relatiuū qui in affirmatiua p̄r referre suppositū, sed in negatiua refert & significatū & suppositū. Vñ sensus affirmatiue est, q̄ esse deum patrē contineat personē filij. Negatiue verò sensus est, q̄ esse deum patrē non solū remoueat a persona filij, sed etiam a diuinitate eius: sed hoc irrationabile videtur cū secundū phil. de eodem de quo est affirmatio, possit etiam esse negatio.

Comentarium.



Lura hoc loco affert sanctus Thom. intellectu difficilia, quauis dialecticis cum primū initiatur, rudi Minerua declarari soleant. Quamobrem non mirum est, si interpretis legem non transilientes, nos etiam in

illis explicādis immoremur. Nec verò quia dialecticam sapiunt, minùs utilitatis lectōri sunt paritura: nam theologia specialem quandam dialecticā pr̄requisit cognitiōnem: Quo fit, vt grauissimā difficultates, quæ circa rem theologicam p̄sīm occurrunt, citra huius doctrinæ cognitionem ab solui nequeant. Atque ideo hæc disputatio non debet ægro aut graui animo suscipi: qui uolet autem lōgiorem de hac re sermonem, perlegat quæst. 22. opuscul. ¶ Comēntarium itaq; in tres diuidimus partes: in prima quidem, litera sancti Th. explicatur: in 2. autem proponuntur argumēta ad maiorem literæ explanationem: in tertia uerò plura excirabūtur dubia, quæ ex assertiōnibus sancti Thom. in præsentī articulo emergunt.

Prima comentarij pars.



Cogimur sanē in præsentia uti his uerbis, supponere, verificari, licet latina non sint, quia eis utitur sanctus Th. his etiā, suppositio, verificatio. In articulo igitur præcedenti sanctus Thom. egit de prædicatione & verificatione nominū diuinorum, quæ sunt essentialia & concreta: nunc uerò agit de eorū suppositione, quæ longè alia est a prædicatione & verificatione: ut manifestè ostēdemus, quauis iuniores repugnent. Nomen autem concretum est quod significat naturā uel formā ut in habente eā, ut homo significat humanitatem ut in Sorte & in Platōe & in alijs suppositis, & Deus significat deitatem ut in patre, filio, & spiritu sancto. Abstractū uerò significat naturā uel formā, nō ut in alio, ut humanitas, deitas, iustitia: uel significat rē per modū formæ per se existētis, ut paternitas. ¶ Diuus Th. itaq; in primis refert opinionē quorundam theologorum, opinio quorundam, qui asserebant prædicta nomina essentialia & concreta, uti nomē deus & similia, solum supponere propriè & per se, pro essentia & non pro suppositis: sed per accidēs & ex adiuncto notionali trahi ad supponendū personam: ut in hac, deus generat: ubi nomen deus supponit pro patre. ¶ Aduersus quam

Definitio nescentes & abstracti.

Opinio quorundam.

Argumentum contra arguillam.

argumētum: Vox homo proprie supponit pro persona: & supposito naturæ humanæ, quia significat habentē humanitatem, & humanitatem ut in supposito habentē ipsam: quoniā concretum est, sed ut terminus deſeruiam proprie significat habentē deitatem, & ipsam deitatem ut est in supposito habentē eā, quia similiter est concretum: igitur non solum nomē deus proprie, & per se supponit pro essentia, sed etiam pro persona ex modo dixi significationis: quod simile etiam dicendum est de alijs essentia nominibus. ¶ Confirmatur. ¶ Ostendit rursus præfatam opinionē esse falsam ex simbolo, Deū de deo. Vbi sine adiuncto, aliquo accusatiuus deū sumitur pro filio, & ablatiuus deo pro patre. Quamobrem reiecta eorū opinione, in mediū adducit propriam sententiam: constituitq; cōclusionem. ¶ Nomen de⁹, aliquādo proprie supponit pro essentia: ut in hac, Deus creat; aliquādo autē proprie supponit pro vna persona, ut in hac, Deus generat: non nunquā pro duabus, ut in ista, deus spirat: interdum pro tribus, ut ibi, regi seculorum immortalis soli deo. r. Timoth. i. ¶ Et quoniam in litera ad tertium sanctus Th. docet aliqua, quæ uidentur pugnare cū his quæ dicit in corpore articuli, illico post explanationē ipsius, operæ pretium erit explicare eādem literam ad tertium. ¶ Cōstituit itaq; in eā discrimē inter hoc nomē deus, & hoc nomē homo quoad suppositionē: hoc uidelicet, q̄ nomē homo quia importat naturam cōmūnem in concreto, putā humanitatem, & nō datur vna cōmūnis diuersis hominibus secundū rē, sed vna est in vno supposito, & alia in alio, ob id per se stat pro supposito: uti cum dicim⁹, homo currit: & duntaxat ex adiuncto secundū de intentionis supponit pro natura, ut in ista: homo est species. At uerò oppositum contingit in suppositione huius termini deus; nempe quia importat in concreto naturam diuinam, quæ est communis secundum rem tribus personis, propterea nomē deus per se supponit pro natura diuina: uerū ex adiuncto & ratione prædicati notionalis trahitur ad supponendum pro persona, ut in ista propositione, deus generat, nomē deus supponit pro patre. Et idem discrimē intelligendū uenit inter nomē deus & quodcūq; aliud nomen de prædicamento subſtantia: ut equus, leo.

Secunda comentarij pars.



Eruntamē cōtra diuinitatem argumentamur. ¶ Nomen deus ex modo dixi significationis supponit: habet deitatem: (ut affirmat in corpore articuli) essentia diuina non habet deitatem, sed est ipsamet deitas: falsa ergo est assertio diuinitatis. cū dicit q̄ nomen deus in hac propositione, deus creat, supponit pro essentia. ¶ Respondetur, quòd dū dicit sanctus Th. q̄ nomē deus supponit pro essentia, aut natura diuina, aut deitate, semper intelligendum est, quòd supponat pro eā in concreto. Et ipsa diuina essentia in concreto significata hoc nomine deus, dicitur habere deitatem propter modum significandi huius abstracti, & illius concreti. Nomen enim abstracti significat rem tanquam formam; & cōcreti tanquam rem habentem formam. At tamē (ut dicit sanctus Th. in 1. d. 4. quæstio. 2. art. 2.) nomen deus ex modo suo significandi non supponit pro essentia in abstracto, sed duntaxat ratione diuinae simplicitatis: quòd in loco uerba eius in fine articuli sic habet: Hoc nomē deus de se habet, quòd p̄ssit supponere pro persona: & non habet quòd supponat pro essentia ex modo significandi nominis, sed tantum ex ratione diuinae simplicitatis: in qua idem est rō essentia & suppositum. At obicit aliquis, ista propositio est uera: hæc deitas est deus, essentia diuina essentia in abstracto: ergo deus supponit pro essentia in abstracto. Respondemus iuxta sancti Th. mētē in uerbis proxime allegatis, uerū esse q̄ deus supponit pro diuina essentia in abstracto, tñ non ex modo significandi huius termini deus: nā hoc nomē deus ex uisua significationis significat habentē deitatem, & diuinā essentia in abstracto nō habet deitatem, tanq̄ rēs distincta à deitate, quin imò est ipsamet deitas, sed supponit pro illa ratione diuinae simplicitatis: quia hoc nomē deus supponit pro deo, & deitas & deus sunt profus re ipsa idē, & solū distinguuntur, quia cōcipiuntur per diuersas nouitas. ¶ Secundū deus argumentamur, & præmittimus ex sancti Th. infra quæst. 45. art. 6. q̄ creati tribuitur diuina essentia; & rōne erus totī trinitatis; & cuilibet persona diuina: quoniā nō solum essentia diuina creat, sed p̄r, filius, & spirī sanct⁹, & tota trinitas: quādoquidē creatiō est

Responso.

Argumentum.

Argumentum.

Argumentum.

Argumentum.

Argumentum.

Argumentum.

Argumentum.

Argumentum.

est opus ad extra; & ex comuni sententia doctorum operam trinitatis ad extra, sunt indiu-
fa. Atque ita determinat, & sepe repetit consen-
suum Toletanum vnde dicitur in professione
fidei. Nunc, in qua, argumetur in assertio-
ne id. Th. quia affirmat, nomen Deus in
ista propositione, ad deum creat, supponere, p
essentia; & colligimus in hunc modum. No-
me Deus ex modo sua significationis non
solum significat essentia; & pro ea supponit,
sed trinitate & quodlibet trinitatis suppo-
situm, quando significat habentem deitatem; &
tota trinitas & quodlibet eius suppositum
habet deitatem, & in prefa. propositione non
restringitur. ad supponendum pro essentia
ratione predicati, cum predicatum sit comu-
ne essentia; & tribus personis. igitur in ea
propositione non solum supponit pro essen-
tia, sed etiam pro personis. Et confirmatur,
ea propositio non solum redditur vera pro
essentia, sed pro quolibet diuino supposito,
vt ostendat. na. pater creat & filius & spūs san-
ctus, iuxta premissam suppositionem: ergo no-
men Deus in illa, non tantum supponit pro
essentia, sed pro quolibet supposito diuino.
2. Cōfirmatio. Huiusmodi corroboratur, in ista propo-
sitione homo est species, nomen homo suppo-
nit pro natura humana in communi, & non
pro persona, esto ambo significet, solum quia
predicatum restringit subiectum ad statum
pro natura humana, alius enim pro personis
supponeret: at in ista, Deus creat, predicatum
non restringit subiectum ad supponendum
pro essentia; & subiectum ex modo signifi-
candi, habet significare personas, & pro illis sup-
ponere: ergo supponit pro illis. Ad hæc,
quia non solum de re theologiae agimus, sed
de logica etiam, textus argumentum diale-
cticorum more. In illa propositione nomen
Deus significat personas, & secundum exi-
gentiam copulæ de eis predicatur, siquidem
hæc est vera, pater est deus, filius est deus, &
spūs sanctus est deus, & a nullo restringitur
ad supponendum pro essentia, ergo supponit
pro personis, ex definitione suppositionis,
accepto termino suo significato, de quo
verificatur secundum exigentiam copulæ. Ca-
cietanus. nititur satisfacere his & alijs argu-
mentis quæ sunt contra diu. Th. dicendo
quod nomen Deus supponit pro singulari dei,
quod est hic deus; vbi demonstratur natu-
ra diuina in concreto, vt abstrahit a quolibet
supposito, licet verificetur de patre filio
& spiritu sancto. Cæterum satis manifeste

1. Cōfirmatio.
2. Cōfirmatio.
3. Cōfirmatio.
Caietanus
refellit.

demonstrat, eum non satisfacere eis per huius-
modi resolutionem, contra quam in posterum
argumetur ab eodem. Capreolus verb. in sen-
tentia dicit. 4. quæst. 1. persuasus his argumen-
tis, videtur quod semper cum nomen deus sup-
ponit pro natura diuina, supponit etiam pro
eius suppositis. Cuius sententiam Caiet. con-
futat, tamen iudicio meo, Caiet. sententia
est amplectenda. Sed addit Capreolus
quod nomen deus supponit pro essentia distin-
cta, & indistincte pro eius suppositis. Por-
ro velle explicuisset ille nobis, quid sit sup-
ponere distincte pro essentia, & indistincte
pro suppositis. Dicendum igitur censetur
partim cum Capreolo, videlicet quod in
hac propositione, deus creat, nomen deus
supponit & pro natura diuina & personis,
vt argumenta prefa. conuincunt. Et tamē
supponit magis principaliter & primatim pro
essentia propter rationem sancti Tho. ad. 3.
ad ductam, quoniam significat naturam di-
uinam communem secundum rem tribus per-
sonis, & prorsus eadem in qualibet earum,
sed minus principaliter & secundario sup-
ponit pro personis, ratione diuinitatis essentia;
quæ in eis existit. Cum ergo asserit sanctus
Tho. quod in illa propositione, deus creat, nomen
deus supponit pro essentia, intelligendum
est principaliter & primatim. Obijciat ta-
men aliquis, quod discrimen constitutum
a sancto Th. ad. 3. nullum fuerit: nam ait no-
men deus supponere pro essentia, sine adiu-
cto quod determinet ipsum ad supponen-
dum pro persona, & cum adiuncto suppo-
nere pro persona: vt in hac, deus generat:
at (vt diximus) hoc est falsum, quia in ista
propositione, deus creat, supponit pro per-
sona; & nullum est in ea adiunctum quod
coarctet ipsum ad supponendum pro per-
sona. Respondemus planè, verum esse di-
scrimen: id namque vult sanctus Th. quod no-
me deus sine adiuncto aliquo quod restrin-
gat ipsum, supponit primò & principaliter
pro essentia, & cum eo pro persona prin-
cipaliter: vt in hac deus generat. Et tadem
Caietanus conuictus veritate ipsa, conce-
dit quod nos dicimus: nam sine priimi du-
bij nec obstat (inquit) si quando suppo-
nendo pro natura, dicatur etiam suppo-
nere pro personis indistincte, hoc
enim concomitanter intelligendum est.
Primò enim pro natura in concreto
supponit, & quia etiam verificatur
pro persona aliquando predicatum,
ideo

Capreoli
sententia.
Autoris
sententia.
Obiectio.
Caiet. int-
dit in auto-
ris sententia.
Caietanus
refellit.
Caietanus
refellit.

ideo supponere pro personis indistincte
tunc, secundario tamē acceptari potest. hæc
ille. & denique Capreolus loco allegato ad-
ducit loca diu. Th. in quibus aperte asserit,
nomen deus supponere pro persona, cum
supponit pro natura: quæ gratia prolixita-
tis vitandæ missa facimus. Tertio aduer-
sus sanctum Th. opponimus, iste datiuus soli
Deo. 1. ad Timoth. 1. supponit non solum
pro tribus personis, sed etiam pro natura
diuina in concreto, quia illa est solus deus:
ergo perperam asserit quod supponit pro
tribus personis, aut trinitate. Negamus sa-
nè consequentiam, quia supponit tum pro
essentia, tum pro trinitate, iuxta sensum as-
signatum quæst. 31. ar. 3. & 1. disput. quæst.
27. prima eius parte. At dixit potius suppo-
nere pro trinitate propter August. qui hoc
dicit. 6. de trinitate. capite. 9. Quo in loco
asserit hoc nomen complexum, solum deum,
supponere pro trinitate: an autem suppo-
nat pro patre seorsum filio & spiritu sancto,
diximus locis allegatis. Quarto obijcimus,
probando assertiones sancti Tho. in corpo-
re articuli & ad. 3. non coherere inter se se.
Nam in responsione ad. 3. loquens de sup-
positione huius termini deus, dicit hæc ver-
ba. Per se supponit pro natura communi,
sed ex adiuncto determinatur eius supposi-
tio ad personam, & in corpore articuli vi-
detur dicere oppositum, in hæc verba. Hoc
nomen deus ex modo significandi habet,
vt proprie possit supponere pro persona,
sicut hoc nomen homo. Nimirum his ver-
bis prioribus & posterioribus palam asseue-
rare videretur, nomen deus proprie suppone-
re pro persona, & non proprie sed ex adi-
uncto: quod est manifesta contradictio. Caietanus
dicit, quod in corpore articuli loquitur
de suppositione secundum potentiam:
& in responsione ad. 3. secundum actum.
Id vtiq; vult Caietanus, quod nomen deus
ex modo sua significationis habet, quod possit
proprie supponere pro persona cum deter-
minatur ex adiuncto aliquo ad supponen-
dum pro ipsa, cum verò non determinatur,
supponit pro natura solum. Hanc tamen
Caietani responsionem refellimus argumen-
to. 1. & eius confirmationibus: quibus eu-
denter probatur esse, nomen deus suppo-
nere etiam pro persona, cum supponit pro
essentia. Ad argumentum ita quod responde-
mus, sanctum Thom. velle dicere, quod no-
men deus ex modo significandi habet quod

3. Argu-
mentum.
4. Argu-
mentum.
Responsio
Caietani.
Responsio
Caietani.
Responsio.

possit supponere pro se, & principaliter pro
persona ratione adiuncti notionalis, sine quo
minimè supponit pro ea principaliter. Vltimum
tandem demum argumentatur, quoniam san-
ctus Th. ad tertium videtur incidere in opi-
nionem, quæ in corpore articuli reprobat:
nam ea opinio dicit quod nomen deus tan-
tummodo supponit per se pro essentia, sed
ex adiuncto supponit pro persona: & hoc
idem dicit sanctus Th. ad tertium. Respon-
detur, neutiquam sanctum Th. in illam opi-
nionem incidere: nam (vt proximè dixi-
mus) asserit, quod nomen deus ex modo sue
significationis habet, quod possit per se &
principaliter supponere pro persona cum
adiuncto notionali. Sed prefa. opinio tuer-
tur, quod non potest aliquo pacto ex modo
sue significationis supponere per se pro per-
sona, sed duntaxat per accidens.

Tertia commentarij pars.

Ita planè se offerunt plura dubia,
ad declarationem eorum, quæ in
presenti docet sanctus Thomas.

Primum dubium.
An semper cum nomen deus supponit
pro essentia, supponat etiam
pro persona.

Atio autè dubitandi est:
nam nos duntaxat ostendimus
quod in illa propositione, deus
creat, supponit pro essentia &
pro personis. Capreolus (vt
vltimè est loco allegato) tutatur
partem affirmantem. Verum
aduersus eum argumentamur:
in ista propositione deus est
tres personæ, solummodo
supponit pro essentia: ergo, & c.
Assumptum autem demonstramus,
quia illa propositio tantum
redditur vera pro essentia
vel trinitate, & non pro
persona: nulla namque
persona est tres personæ.
Et hoc clare videtur docere
sanctus Th. arti. 6. iam ad
finem. Respondemus nihilominus,
quod in prædicta propositione
nomen deus supponit pro
essentia principaliter, sed
minus principaliter supponit
pro personis.
Et

Sententia
Capreoli.
Argumentum
contra
Capreolus.
Responsio

& ad argumentum, non redditur vera pro personis illa propositio, ergo in illa, nomen Deus non supponit pro illis. Negamus sane consequentiam: nam dato solum vnus homo currat, in ista propositioe homo currit, nomen homo supponit pro omnibus hominibus: siquidem ascendendo vel descendendo sub distinctione licet demonstrare omnes homines, attamen solum redditur vera pro Sorte corrente. Sic igitur dicimus ad propositum, qd illa duntaxat redditur vera pro essentia vel trinitate, sed supponit itidem nomen Deus pro qualibet personatu. *Obserua.* Ob seruandum tamen, qd licet ista consequentia non valeat, hec propositio non redditur vera pro personis, ergo nomen deus non supponit pro personis: valet tamen secundum affirmationem, nomen deus ex modo suae significationis habet qd possit supponere, p personis, & hac propositio, deus creat, redditur vera pro illis: ergo illud nomen deus in ea supponit pro illis.

Secundum dubium.

Pro quo supponit nomen Deus, in his propositionibus: Deus generat: Deus non generat.

Opinio Thomistica.



Ob est maioris pē si dubium: Thomista respondēt, in affirmatiua supponere pro patre ratione praedicti notionalis, quod coarctat ipsum ad supponendum pro patre: verum dicunt quod in negatiua supponit pro diuina natura. Cuius rationem assignant, quoniam praedictum negatiuae non est notionale, sed essentialē potius: praedictum enim est non generare, quod non est notionale, cum tribuatur personis duabus, filio scilicet & spiritui sancto; & essentialē: ista nanque sunt vera; essentialē non generat, & filius & spiritus sanctus non generant. Quocirca (dicunt) non est adiunctum aliquod coarctans subiectum, ad supponendum pro patre, aut alia persona: & ex consequenti supponit pro natura diuina. Atque

asserunt hanc esse expressam diui Thomae ad. 3. & inter alios hanc sententiam tueri doctissimus ac perinde religiosissimus magister Soto in sua summa dialecticae lib. 5. de terminis diuinis capite. 2. lectio. 4. ¶ Procul dubio existimamus, eos toto calō aberrasse in hac re: & aduersus eorū sententia principio insurgimus. ¶ Praedictum affirmatiuae, est praedictum negatiuae: at generas est praedictum affirmatiuae: ergo generas est praedictum negatiuae. ¶ Respondeo dicitur non esse praedictum negatiuae, sed non generas, vel non generare. ¶ Obijciunt primum, quia istae propositiones (vt omnes illi fatentur) sunt oppositae: & etiam hoc expressē docet diuus Th. in argumento. 3. & responsione ad illud: propositiones autem oppositae necessariō habere debent idem subiectum & praedictum. ¶ Secundō, quia illa negatio non est pars praedicti, sed totius propositionis: praedictum ergo minimē est non generare. ¶ Et rursus quia iuxta sententia eorū, istae xqui pollent: deus non generat, & nullus deus generat: at in ista satis aperte constat generans esse praedictum, ergo in illa. ¶ Secundo principaliter & fortius argumentamur. In illa propositione negatiua negatur quod in affirmatiua affirmatur, at in illa affirmatur qd deus pater est generas: ergo in ista negatur quod deus pater est generas: ac perinde deus in negatiua supponit pro patre & non pro essentia. ¶ Tertio, negatio quicquid post se inuenit destruit, & eius oppositum reddit ex communi axiomate dialecticorum: ergo negatiua reddit oppositum sensum affirmatiuae: sed sensus affirmatiuae est, qd deus pater est generans: ergo sensus negatiuae est, qd deus pater non est generans: ac subinde in negatiua subiectum supponit pro patre & non pro essentia. ¶ Et tandem opponimus argumento, cui profectō satisfacere nequeunt. In affirmante propositione generans restringit subiectum, quod est nomen deus, ad supponendum solum pro patre. vt sanctus Thom. & ipsi fatentur. Nunc rogamus, an illud praedictum cum illa restrictione, & quacunque alia proprietate logicali possit negari de subiecto, an non. Secundum nullus sane mentis dicit, quia negatio addita propositioni reddit sensum oppositum, & negat quod antea affirmabatur cum omnibus proprietatibus logicalibus. Item quia hoc dato, assignaretur aliqua propositio cui non possit assignari contradictoria, quod

Autoris argumenta contra opinionem Thomistica.

Obiectio.

Argumentum principale.

Argumentum.

Argumentum.

Confirmatio.

quod omnes dialectici palam abhorrent: & aduersatur Arist. doctrinae, quae refertur à diuo Th. in calce huius articuli, de eodem de quo est affirmatio potest esse negatio per riber. cap. 5. Necessum est ergo te dare primum, videlicet qd illud praedictum generans cum restrictione & omnibus alijs proprietatibus logicalibus negari potest de subiecto: at non potest alio modo negari, nisi dicēdo Deus non generat, aut non Deus generat: ergo si sensus affirmatiuae est Deus pater generat, negatiuae erit, Deus pater non generat: & ex consequenti Deus in negatiua pro patre supponit. ¶ Asserimus itaq; diui Thomae sequaces deceptos fuisse, neq; mentē ipsius in litera ad. 3. percepisse: siquidem si verba eius penitus expendatur, manifestē asserit, qd sicut Deus in affirmatiua supponit pro patre, etiam in negatiua: Quod tibi constare potest ex argumento quod proponit, cuius summa haec est. Istae sunt verae: Deus generat, Deus non generat: ergo est Deus generans, & Deus non generans, ac subinde sūt plures dii, quod pugnat. Antecedens autē suadet hoc pacto: quia affirmans est vera, vt de se pater: & negatē virtute probat: quia deus in negatiua supponit pro filio, & filius non generat. Cui responderi in summa, negando quod deus supponat pro filio in negatiua, Sed pro patre: quia nullum est adiunctum in illa negatiua, quod coarctet nomen Deus ad supponendum pro filio, nisi diceremus (inquit) Deus genitus non generat. lege verba S. Tho. ait enim, cum dicitur Deus generat ratione actus notionalis, supponit hoc nomen Deus pro persona patris. sed cum dicimus, Deus non generans, nihil additur quod determinet hoc nomen ad personam filij. Aduerte quod minimē dicit ad personam patris, quā id quā falsissimū existimabat. & tamen inde eliciunt thomista voluisse dicere diuum Thomae, qd in negatiua non supponat pro patre: quod sanē (vt diximus) logē alienū fuit à mente ipsi. ¶ Possent tamen obijcere contra nos ex verbis quae immediatē sequuntur, vnde datur intelligi quod generatio repugnet diuinæ naturae: nam his verbis id vult, qd in illa negatiua Deus non generat, insinuat qd diuinæ naturae repugnet generatio: at hoc non potest insinuari, nisi Deus supponat pro diuina natura in concreto: ergo supponit pro diuina natura, & non pro patre. ¶ Respondemus quippe, sensum. d. Tho. multō diuersū

Autoris sententia.

Obiectio contra auctorem.

Responsio.

ab eo quem isti confingunt his verbis: & id planē vult, qd si quis assereret Deū patrē nō gnare, insinuat qd gnatio nō reperitur in diuinis, sed potius naturē diuinē repugnat: quia si Deus pater non generaret, nullo modo esset in diuinis generatio, atque adeo natura diuinā repugneret. Nam si aliquid ex his quae pertinent ad naturam dei, semel ei non conueniret, sanē ei repugneret: est em̄ purus actus, & nō est in potētia ad aliquid. ¶ At obijciat aliquis: Natura diuina non generat, nec potest generare, & ei repugnat generatio: ergo perperam pro incommodo S. Tho. adducit, qd naturē diuinā repugnet generatio. ¶ Respondemus, cum loqui de natura diuina in concreto, atq; adducere pro inconuenienti, quod Deo repugnet generatio, & personē diuinā in qua est diuina natura. ¶ Sed extat dubitatio, qua oppositioe opponatur praefatę duę propositiones, Deus generat, Deus non generat. Difficultatem hanc nos fusiū pertractamus questione vigesima secunda opusculorum: liceat tibi eo loco legere. ¶ Verū pauca nunc respondemus, quod sunt contradictoria, quia xqui pollent istis, pater generat, pater non generat: aut istis, Deus pater generat, Deus pater non generat: quae sunt contradictoria.

Obiectio.

Responsio.

Dubitatio.

Responsio.

Tertium dubium.

An videlicet ista propositio sit vera: hic Deus est hic Deus: primo pronomine demonstrante patrem, secundo filium.



Ob sanē dubiū grauius est praecedētib; In hac profectō quaestione non cenforis sed narratoris potius munus sustinendum nobis est, etem̄ fundamēta vtriusq; partis tum negantis tum affirmantis, in medium profere mus, & eligendam eā partē dabimus pro arbitrio, quae tibi verior apparuerit: ita tamen vt etiam explicemus sententiam nostram, quae in nullius partis fauorem declinat.

¶ Fuit

Quorumdam Thomistarum sententia. ¶ Fuit quidem aliquorum sententia, illam propositionem sumptam in quaestione esse falsam, & hanc veram: hic Deus non est hic Deus: & ne eadem saepe repetamus, primo pronomine semper demonstrabimus patrem, secundo filium: & eadem difficultas est de quacunque persona respectu alterius.

1. Argumentum. ¶ Aduersus quorum opinionem argumentamur. Principio, vbi cunctae est distinctio, etiam rationis, ibi est pluralitas: quam obrem quia Dei attributa distinguuntur ratione, dicuntur plura attributa: ergo à fortiori, vbi est distinctio realis rerum, ibi est pluralitas: sed vt asserit praefata opinio, hic Deus & hic Deus realiter distinguuntur, quia hic Deus non est hic Deus: ergo sunt plures dii.

Secundum. ¶ Secundò, hic Deus est, & hic Deus est: & hic Deus non est hic Deus: ergo hic Deus est alius Deus ab hoc Deo, ergo sunt diuersi dii.

Tertium. ¶ Præterea si eadem numero natura humana esset in Petro & Paulo, hæc esset vera, hic homo est hic homo: primo pronomine demonstratè Petrus, secundo Paulus, quâuis Petrus non esset Paulus. Sed eadè numero natura diuina est in patre & in filio: ergo quâuis pater non sit filius, hic Deus est hic Deus.

Quartum. ¶ Rursus, in diuinis omnia sunt vnâ, vbi non obuiat relationis oppositio: at hic Deus & hic Deus, non relatiuè opponuntur: ergo hic Deus est hic Deus. Minorem autè probamus, quia nomè deus est absolutum, & neque à parte subiecti, neque à parte prædicati significat aliquam relationem: nec pronomen demonstratiuum potest demonstrare quod nomen Deus, cui adiungitur, non significat: sicut hic homo non potest demonstrare lapidem.

Quintum. ¶ Rursus, pater & filius non distinguuntur sub esse absoluto, sed sub esse relatiuo, atque adeo non distinguuntur quatenus sunt Deus, sed quatenus pater & filius, & in quantum personæ sunt: igitur esto pater non sit filius, & hæc persona non sit hæc persona, sunt tamen idè deus: & ex consequenti hic Deus est hic Deus.

Sextum. ¶ Et tandem, hæc essentia est pater, filius, & spiritus sanctus, quicquid demonstratur nomine hæc essentia, quia est tantum vnica essentia: at tantum est vnicus deus: ergo hic deus, est pater, filius, & spiritus sanctus, quicquid demonstratur illo nomine hic Deus: ac subinde hic Deus est hic Deus.

Sententia aliorum. ¶ His nempe argumentis alij doctores persuasi oppositum tantum, adeo vt dicant præfatam opinionem non solum falsam, quinimò errori gentilium

fauere, qui plures deos adorât: aduersarij; ei quod habetur in symbolo, credo in vnû Deû. & deut. 6. audi Israël, Dñs Deus tuus Deus vnus est. Atqui asserunt, argumenta præfata, præsertim tria priora, ita conuenire re, vt nullus cõpos mentis ea possit negare: quin etiã is qui ea negaret, plurium deorum adoratori meritò præberet anam ridendi.

Atq; autem, catholicû qui asseueraret, istum Deû esse, & istum Deû esse, & istum Deum non esse istum Deû, & ingeneratû nimirû suspicionè simplicibus existimandi esse plures deos. Quam obrem dicunt hæc esse verã, hic Deus est hic Deus: & oppositam prorsus falsã & periculosam. ¶ Et rursus ad maiorem suæ opinionis explicationem præmittunt, qd sicut nomen essentia diuina non potest singularizari (vtitur eorû terminis) quia vnica est diuina essentia, ac subinde hæc duo nomina essentia diuina, & hæc essentia diuina prorsus conuertuntur: ita quoq; nomen Deû singularizari nequit, quia est vnus deus. & hæc itidè nomina Deus & hic Deus omnino cõuertuntur: ad eò vt hic Deus, quicquid demonstratur siue pater, siue filius, siue spûs sanctus, verificetur & supponat p ipso patre, filio, & spû sancto, perinde atq; hoc nomè deus: quem admodû hæc essentia quicquid demonstratur, verificatur de patre, filio, & spiritu sancto.

¶ At tamen primæ sententia propugnatores dicunt, opinionem hanc fouere etiam orè Sabellij asserentis in diuinis esse vnâ personã tantû: atque eam esse patrem, filium, & spiritum sanctû. etenim proclamant quòd si hic Deus est hic Deus, pater est filius: neque defunt plura argumeta in confirmatione suæ opinionis, quibus nituntur probare hæc, hic Deus est hic deus, falsam: & oppositam veram. ¶ Sicutiq; eorum primum, ista ppositio hic Deus est hic Deus, facit hunc sensum, Pater est filius: ergo illa est falsa. ¶ Respondent tamen secundæ sententiæ patroni regando consequentiam: quia planè hic sensus longè alius est ab eo quem facit illa ppositio, Nam nomina huius sunt relatiua, illius verò penitus absoluta: & maximè refert in mysterio trinitatis vti nominibus absolutis aut relatiuis: nempe relatiua sunt diuersa, absoluta autè sunt penitus idem. ¶ Secundò, aut per hoc nomen hic Deus, possumus demonstrare patrem, aut non: quod itidem per contrari possumus de filio & spiritu sancto. Si deus secundum, nulla est disputatio, atque vana est

est quaestio proposita: si verò des. primum, colligunt in hunc modum. Hic Deus demonstrat patrem, & hic Deus demonstrat filium: at pater & filius sunt relatiua, ergo illa pronomina demonstrat relatiua, patris scilicet & filij: sed relatiuû patris non est relatiuû filij: ergo hic Deus non est hic Deus. ¶ Respondeo vtriq; hic Deus pater quidem demonstrat patrem, filium, & spiritum sanctum: sed non quia pater, filius, & spûs sanctus est: quia non potest demonstrare relationem aut relatiuum, quia huiusmodi sunt: sed quod demonstrat patrem, filium & spiritum sanctum, quia est habens deitatem: quia nomen Deus ex modo suæ significationis (iuxta sententiam diui Thom.) in præsentia significat habentem deitatem. ¶ Quod exemplo ex rebus humanis adducto declarari potest: quia si Petrus habet filium, & ex consequenti est pater, hic homo potest sanè demonstrare Petrum, quatenus homo est & habet humanitatem, sed non quatenus pater est: quâdoquidem si quatenus pater est, eum posset demonstrare, hæc esset essentialis: hic homo est pater, aut hic homo est relatiuum. ¶ Quod nullus nimirum dialecticorum concedit, quia sensus esset: hic pater est pater, aut hic pater est relatiuum: quæ palàm essentialia sunt: tum etiam quia nomen demonstratiuum, hoc, non potest demonstrare nisi significatum nominis: cui adiungitur: ista nomina Deus & homo, non significant aliquo pacto relationem, ergo hæc pronomina hic Deus, hic homo, non demonstrant nec demonstrare possunt aliquo pacto relationem. Ex quibus satis clarè patet solutio ad argumentum negando consequentiam. ¶ Quòd si quis obijciat hoc pacto, Hæc est vera, hic Deus est hic Deus: & primum pronomen demonstrat patrem, vt habet deitatem: secundum filium, vt habet deitatem: ergo hæc est vera. Hic habens deitatem est hic habens deitatem. Negant collectionem, sed tantummodo colligendum erat, quòd hæc vera sit: hic Deus habens deitatem, est hic Deus habens deitatem. Sed fortassis consequenter respondendo aliam rursus deberent concedere: nam habens deitatem etiam est absolutum, sicut Deus: nihil tamen non desinimus.

¶ Tertio, hic Deus est hic Deus, & hic Deus est generans, & hic Deus est genitus: ergo Deus generans est Deus genitus: quinimo Deus generat Deum, qui est Deus pater:

quarum priorem negat sanctus Thom. ad tertium, & secundam ad quintum. ¶ Respondent, negando sanctum Thom. in hæc re: & concedunt has propositiones, Deus generans est Deus genitus: & Deus generat Deum, qui est Deus pater. Atqui asserunt quòd ex illis propositionibus, negantibus, quas concedit sanctus Thom., colligitur appetere esse plures, Deos: nam inquirunt, quòd hæc sit optima collectio, Deus generans est, & Deus genitus est, & Deus generans non est Deus genitus: ergo sunt plures dii. Et simile dicitur colligi ex alia, Deus generat Deum, qui non est Deus pater: ¶ Sed aduersus hæc solutio nem obijciunt fautores primæ sententiæ, hæc est falsa, hic Deus generat Deum, ostenso filio: & hæc etiam est falsa, hic Deus generatur, ostenso patre: ergo Deus generans non est Deus genitus. ¶ Respondent, negando antecedens, quin potius dicunt hæc esse verã, hic Deus generat, ostenso filio. Et probant, ex præmissis eorum fundamentis: Deus & hic Deus, quicquid demonstratur, conuertuntur ex hypothesi: at hæc est vera, Deus generat: ergo hæc est vera, hic Deus generat ostenso filio. & quauis in subiecto ostendatur filius, eum tamen ipsum sit commune ad patrem, filium, & spiritum sanctum, quia de illis verificatur, vt constat ex eodè fundamento: solum tamen supponit pro patre, ratione prædicati quod coarctat ipsum: sicut in hæc Deus generat: & sensus est, id est, pater qui est hic Deus generat. Confirmant etiã, solum est vnus Deus, qui est hic Deus, ostenso filio, & Deus generat: ergo hic Deus generat. Et eadem prorsus methodo probant hæc esse verã, hic deus generatur, ostenso patre, siquidem tantum est vnus Deus, & Deus generatur. ¶ Hoc nimirum difficile videtur, quòd hic Deus ostendat filium, & tantum supponat pro patre in illa propositione: veruntamen concedendum apparet ex præmissis fundamento, videlicet quòd Deus, & hic Deus, quicquid demonstratur, conuertantur: & hic deus supponat pro patre, filio, & spiritu sancto: si aliqui non restringitur tantum pro vnâ personâ prædicato. ¶ Et huic sententiæ videtur suffragari Scotus in distinctione 4. quaestione 1. vbi concedit hæc, Deus pater generat eundem Deum. Ex qua videtur colligendum, quòd Deus generans est deus genitus:

Dubitatio ¶ At verò sciscitaberis, cum ista sententia sint oppositae contradicentes, & necessum sit alteram earum esse veram, quae nam sit vera, & quae falsa. ¶ Possimus quidem respondere, si os dubitare: quando in fauorem vtriusque partis allatae sunt grauissima rationes, quae faciunt forsitan rem dubiam. Equidem ante hanc funestam plagam temporis turbulentiissimi quam accepit res Christiana, palam explicuissem mentem meam: quod quidem modo etiam libenter facerem, verum cōsertum nobis est plures Zelo fidei, aut quod (proh dolor) plurimum fieri solent, inuidia commotos, in scholis acclamatos, me etiam fauere (quod absit) aut Sabellij, aut idololatrarum, etiam si partem veram in praesentia eligerem. ¶ Dum autem ita curamus esse cauti, optamus omnibus theologis esse exemplo, vt quauis de veritate alicuius propositionis (cuius cognitio non est necessaria neque utilis saluti proximorum) sint certissimi, minimè efferant eam publicè ac tēerè in vulgus, si existimant scandalum excitandum ex illa. ¶ Nam verò statuamus regulam quae lectori satisfaciam in praesenti dispensatione. ¶ Propositiones igitur theologiae, & illae potissimum quae attinent ad sanctissimum mysterium trinitatis, si propter obscuram & inuolutam terminorum significationem ingenerant diuersos & contrarios sensus in mentibus cartholicorum, & praesertim eorum qui doctissimi sunt, non sunt simpliciter concedendae, nec negandae: sed distingui potius debent. Hoc enim fauētēs puillorum scandala & contentiones maximas vitabimus: huiusmodi autem sunt propositiones de quibus est praesens sermo, puta hic Deus est hic Deus, & sua opposita. ¶ Respondemus itaque praesentae quaestioni, quod ista propositio, hic Deus est hic Deus, distinguenda planè est. Nam in hoc sensu, pater qui est Deus, est filius qui est Deus, est haeretica: in hoc autem pater & filius sunt idem omnino deus, est vera & catholica. Consimili modo est distinguenda haec alia, Deus generans est Deus genitus: siquidem in hoc sensu, pater qui generat est filius qui generatur, est haeretica: in hoc verò, pater generans & filius genitus sunt idem Deus, vera & catholica. Et eodem pacto est haec distinguenda, pater generat Deum qui est Deus pater, nam iuxta hunc sensum, pater generat filium, qui est idem Deus cum patre, vera est: sed iuxta

hunc, pater generat Deum filium, qui filius est pater, falsa & haeretica. Et eadem methodo sunt distinguendae earum oppositae, & omnes aliae id genus. Mouemur autem hanc methodum obseruare imitari Magistrum sententia, qui in. i. distinctio. 4. inquirens veritatem huius, Deus genuit Deum qui non est Deus pater, reuocit asserere eam simpliciter veram, aut simpliciter falsam: sed distinguit eam in duplicem sensum. Si verò (inquit) additur genuit Deum, qui non est Deus pater: hic distinguimus, quia dupliciter potest intelligi, &c. ¶ At quaestio. 36. articulo. 4. pollicenti sumus definire an ista sint vera, pater & filius sunt hoc principium spiritus sancti: ostenso patre, aut ostenso filio: & hoc principium spiritus sancti est hoc principium spiritus sancti, ostenso patre in subiecto, & filio in praedicatione: aut, hic spirator est hic spirator: de quibus idem prorsus iudicium est, sicut de istis, pater & filius sunt hic Deus, ostenso patre, aut ostenso filio, hic Deus est hic Deus. Nam principium spiritus sancti, seu virtus spirandi, est communis patri & filio sicut deitas: haec igitur, hoc principium est hoc principium, vbi primo ostenditur pater, secundò filius, est distinguenda sicut reliquae: etenim si faciat hunc sensum, pater, qui est principium spiritus sancti, est filius qui est etiam principium spiritus sancti, haeretica est: si hunc, quod pater & filius sunt idem omnino spiritus sancti principium, catholica: & idem iudicium esse debet de alijs. ¶ Promissimus etiam articulo praecedenti dicere an haec sit vera, hic homo est hic homo, primo pronomine demonstrante patrem, secundò filium: data hypothese quod pater & filius assumant eandem numero humanitatem. De qua idem prorsus censendum est eum de ista, hic Deus est hic Deus, quandoquidem eadem est humanitas in patre & filio perinde ac deitas, esto non sit omnimoda similitudo. Haec nimirum est vera, hic homo est hic homo, secundum hunc sensum, id est, pater & filius habent eandem numero humanitatem: sed ramèn falsa secundum hunc, pater qui est homo est filius qui est homo.

Quartum

Quartum dubium.

Percontamur an haec vera sit: Deus generat, generatur: spirat, & spiratur: nomine ipso (Deus) supponente non pro persona, sed pro natura diuina in concreto: aut pro Deo in communi vt abstrahit à quocunq; supposito, & secluso quocunq; ordine ad supposita.

Primo fidei dogma.



In primis certa ab incertis se iugamus: secundò nam, fide catholica tenèdum est, quod Deus est generans, & Deus est genitus: Deus est spirans, & Deus est spiratus: subiecto Deus in prima supponente pro patre, & secunda pro filio, in tertia pro patre & filio, & in quarta pro spiritu sancto: quod satis constat ex praecedentibus. ¶ Tenendum itidem est secundum fidem catholicam, vt articulo sequenti demonstrabitur, quod natura diuina, aut essentia diuina, aut deitas non generat, neque generatur, neque spirat, neque spiratur.

Secundo fidei dogma.

Dubium

Sententia Caietani.

Argumenta contra Caiet.

¶ Verum quod in dubium reuocamus est, an nomine Deus supponente pro natura in concreto, aut Deo in communi vt abstrahit à suppositis, haec sit vera: Deus generat, generatur, spirat & spiratur. ¶ Caiet. videtur respondere affirmatè in articulo praesentis, etenim asserit, quod singulare Dei est hic Deus: vbi ostenditur natura diuina in concreto, & Deus vt abstrahit à suppositis, quauis verificetur de illis: & dicit quod hic Deus generat & genitus est &c. Et apertius hoc dicit articulo sequenti in responsione ad. 5. Haec (inquit) affirmatiua est vera, Deus generat, non solum accipiendo nomē Deo pro patre, sed etiam pro essentia in concreto. ¶ Aduersus sententiam eius arguemur. Hic Deus generatur & spiratur, ostensa diuina natura in concreto: ergo Deus in communi vt abstrahit à suppositis, generatur & spiratur: ergo Deus in communi vt abstrahit à suppositis procedit ab alio: ergo habet causam vel principium. Rogamus

quod est istud principium: quod si respondeas quod est pater, obijcimus. Deus in communi est absolutum, pater est relatiuum: & absoluta sunt priora relatiuis (vt docet S. Th. quaest. 33. art. 3. ad primū) ergo prius secundum nostrum modum intelligendi est Deus in communi, quod pater: ac subinde Deus in communi non procedit à patre. ¶ Rursus, si Deus in communi procedit à patre, ergo realiter distinguitur à patre: quia omne procedens realiter distinguitur ab eo à quo procedit, vt dictum est quaest. 36. art. 2. & ex consequenti pater non est Deus in communi, neque Deus. ¶ Itè, praeter productione filij & spūs sancti, esset alia tertia productio ac processio, qua Deus in communi procederet à patre: quod haeticum est dicere. ¶ Praeterea Deus in communi generat, & comunicatur omnibus tribus personis, igitur omnes tres personae generat. ¶ Insuper, si Deus in communi generat, ergo Deus in quatuor Deus generat: at filius & spūs sanctus est Deus, ergo filius generat, & spūs sanctus generat: quae omnia haeretica quidè sunt. ¶ Rursum, secundum D. Tho. hic ad. 3. generans in hac propositione, Deus generat, restringit subiectum ad supponendum pro patre solum, ergo non supponit pro natura diuina in concreto: atque adeo assertio Caietani falsa quidem est. ¶ Nō me later, plures nimis Caietano addictos asseueratos me non intelligere Caietani sententia: non mea refert, dummodo lector admonetur, ne cum legat Caietanum in hoc loco ex illius verbis a liquè imbibat errorem. Id quidè assero, cō plures viros doctissimos hoc pacto intellexisse Caietanum. ¶ Respondemus igitur, quod Deus ratione patris dicitur generare: filij, generari: patris & filij spirare: spiritus sancti, spirari. Verū sicut natura diuina non generat nec generatur, ita quoque nec Deus in communi, vt supponit pro natura diuina in concreto, & secluso quocunq; ordine ad supposita, non generat nec generatur. ¶ Et vt pertè ostendunt argumenta. Id nimirum volumus, quod si, concesso impossibili, pater non generaret: neque filius generaretur: neque pater & filius spirarent: nullo modo in diuinis esset generatio neque spiratio &c. ¶ Sed tamen poterit quis obijcere contra nos. Deus in communi non generat, & Deus pater generat: ergo sunt plures dii, quoru alter generat, alter nō generat. ¶ Negamus neque consequentiam, & assignamus defectus in simili. Etenim si tantum vnus homo

esset in mundo; hæc essent vera. Homo in communi est species, & homo Petrus non est species: & tamen non sunt plures homines, vti clarè ex hypothesi. Hæc verò esset bona consequentia, Deus in communi non generat, & Deus pater generat, & Deus pater non est Deus in communi, ergo sunt plures dii. Verum minor est hæretica. ¶ Melius tamen erit nos vti ea doctrina, quam tradidimus in sine tertij dubij. Dicimus enim, quod quia ista propositio, hic Deus non generat, ostensa diuina naturam concreto, aut ista, Deus in communi non generat, possunt in generare in mente diuersorum plures sensus, ob id sunt distinguenda: ceteri sensus earum est, quod nihil quod est hic Deus, aut Deus in communi generat, falsa quidem sunt: si verò faciant hunc sensum, quod diuina natura non generat, etiam si addat in concreto, verè sunt. Et pari modo hæc est distinguenda, Deus in quantum Deus generat: nam si sensus est, quod Deus pater deitate vel natura diuina generat, aut ratione deitatis seu naturæ diuinæ, vera est: Quia principium quo pater generat, est natura diuina: vt quæstio. 4. articulo. 1. dicimus. Si autem sensus eius sit, quod de ratione deitatis & naturæ diuinæ est generare, atque generatio ei tribuitur, ita vt ipsa generatio: falsa quippe est, vt ostenditur articulo sequenti. Quia hæc est hæretica deitas, aut diuina essentia, aut natura diuina generat: vt illico in articulo sequenti demonstrabimus.

Quintum dubium.

Quinto querimus itidem, an hæc vera sit, Deus generat Deum.

Responsio.



Respondemus, eam sanè catholicam esse ex simbolo, Deum de Deo: id est, Deum genitum de Deo generante, ¶ Obijcimus tamen, vt veritas eius notior fiat: aut Deus generat se Deum, aut alium Deum: non se Deum, quia vt Augustinus dicit. 1. de trinit. cap. 1. nulla res generat seipsam: neque alium Deum, quia non est nisi vnus Deus.

Obiectio.

¶ Respondetur negando consequentiam: *Solutur.* sed solum sequitur, quod pater qui est Deus generat filium Deum: neque est concedendum quod Deus generet se: nam reciprocum relatiuum denotat actum generandi terminari ad idem suppositum, a quo progreditur. Et hoc pacto respondet diuus Thom. ad quartum, & ibidem explanat verba Augustini ad Maximum epistol. 66. Deus pater genuit alterum se: id est, alteram personam à se. & est medium in littera in qua habetur ad maximum, quoniam ad Maximum libro. 3. cap. 14. reperitur verba opposita: hæc scilicet: genuit quod ipse est, non autem alterum se. Neque inde colligas Augustinus. pugnantia locutionum fuisse: nam sensus istorum verborum est, Deus non genuit alium Deum: & primum est, pater genuit aliam personam à se.

Vltimum dubium.

An nomen Deus sit singulare, an commune.



Respondet diuus Thomas ad primum, id fortiter conditionem termini singularis, quatenus forma eo significata (videlicet natura diuina) non multiplicatur: fortiter etiam proprietatem termini communis, quia forma im portata per ipsum (puta essentia diuina) reperitur in pluribus suppositis. ¶ Attamen obseruandum est, quod sicut nomen sol ex vi suæ significationis est nomen commune, quoniam, si dato impossibili per naturam, essent plures soles, pro eis supponeret: sic etiam nomen Deus ex vi suæ significationis commune est, quia si dato impossibili quod ratione comprehendere non potest, essent plures dii, pro eis nempe supponeret. Et simile iudicium est de his nominibus essentia diuina, natura diuina, deitas. ¶ Dicunt tamen aliqui, nomen Deus & nomen essentia diuina, non esse simpliciter terminos singulares aut communes, sed medios inter

Quorundam sententia.

ter vtrunque, communem scilicet & singularem: nihil moror. ¶ Hic esset latius agendum de suppositione terminorum diuinorum, & defectibus qui in syllogismis construendis ex terminis diuinis comittuntur: sed ne molesti simus lectori, de hac re fusiis agimus quæstio. 22. opusculorum.

Religatur
plura in. 22
que. opuscu
ne simus mo
lestia lecto
ri.

Articulus quintus.

Verum nomina essentialia in abstracto significata, possint supponere pro persona.



D quintum sic proceditur. Videtur quod nomina essentialia in abstracto significata, possint supponere pro persona: ita quod hæc sit vera, essentia generat essentiam. Dicit enim Augustinus. 7. de trinit. Pater & filius, sunt vna sapientia: quia vna essentia, & sigillatim sapientia, de sapientia: sicut essentia de essentia. ¶ Præterea. Generatis nobis vel corruptis, generantur vel corrumpuntur ea que in nobis sunt: sed filius generatur, Ergo cum essentia diuina sit in filio, videtur quod essentia diuina generetur. ¶ Præterea. Idem est Deus & essentia diuina, vt ex supra dictis patet, Sed hæc est vera: Deus generat Deum sicut dictum est. Ergo hæc est vera: essentia generat essentiam.

¶ Præterea. De quocunque prædicatur aliquid potest supponere pro illo, sed essentia diuina est pater. Ergo essentia potest supponere pro persona patris. Et sic essentia generat.

¶ Præterea. Essentia est res generans, quia est pater, qui est generans. Si igitur essentia non sit generans, erit essentia res generans, & non generans. Quod est impossibile.

¶ Præterea. Augustinus dicit in. 4. de trinita. Pater est principium totius deitatis: sed non est principium nisi generando, vel spirando. Ergo pater generat, vel spirat deitatem.

¶ Sed contra est, quod Augustinus dicit in primo de trinita. quod nulla res generat seipsam, sed si essentia generat essentiam, non generat nisi seipsam: cum nihil sit in Deo quod distinguatur à diuina essentia: ergo essentia non generat essentia. Respondeo dicendum, quod circa hoc errauit abbas Ioaachim asserens, quod sicut dicitur Deus genuit Deum: ita potest dici quod essentia genuit essentiam: considerans quod propter diuinam simplicitatem, non est aliud Deus, quam diuina essentia, sed in hoc deceptus fuit. Quia ad veritatem locutionum non solum oportet considerare res significatas, sed etiam modum significandi, vt dictum est. Licet autem

secundum rem sit idem Deus q̄ deitas, non tamen est idem modus significandi vtrobiq̄. Nam hoc nomen Deus quia significat diuinam essentiam, vt in habente, ex modo suae significationis naturaliter habet q̄ possit supponere pro persona. Et sic ea quae sunt propria personarum possunt praedicari de hoc nomine Deus, vt dicitur q̄ Deus est genitus vel generans, sicut dictum est. Sed hoc nomen essentia non habet ex modo, suae significationis quod supponat pro persona, quia significat essentiam vt formam abstractam. Et ideo ea quae sunt propria personarum, quibus ab inuicem distinguuntur, non possunt essentiae attribui, significaret enim quod esset distinctio in essentia diuina, sicut est distinctio in suppositis.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̄ ad exprimendam vnitatem essentiae & personae, sancti doctores aliquando expressius locuti sunt q̄ proprietates locutionis patiantur. Vnde de huiusmodi locutiones non sunt extendendae sed exponendae, vt scilicet nomina abstracta exponantur per concreta, vel etiam per nomina personalia: vt cum dicitur essentia de essentia, vel sapientia de sapientia: vt sit sensus, filius qui est essentia & sapientia, est de patre qui est essentia & sapientia. In his tamen nominibus abstractis est qui

dam ordo attendendus: quia ea quae pertinent ad actum magis propinquae se habent ad personas, quia actus sunt suppositorum. Vnde minus impropria est ista: natura de natura, vel sapientia de sapientia, q̄ essentia de essentia.

¶ Ad secundum dicendum, quod in creaturis generatum non accipit naturam eandem numero quam generans habet, sed aliam numero quae incipit in eo esse per generationem de nouo, & desinit esse per corruptionem. Et ideo generatur & corrumpitur per accidens. Sed Deus genitus eandem naturam numero accipit quam generans habet. Et ideo natura diuina in filio non generatur neq; per se, neq; per accidens.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ licet Deus & diuina essentia sit idem secundum rem, tamen ratione alterius modi significandi oportet loqui diuersimode de vtroq̄.

¶ Ad quartum dicendum, q̄ essentia diuina praedicatur de patre per modum identitatis, propter diuinam simplicitatem: nec tamen sequitur q̄ possit supponere pro patre, propter diuersum modum significandi. Ratio autem procederet in illis, quorum vnum praedicatur de altero, sicut vniuersale de particulari.

¶ Ad quintum dicendum, q̄ haec est differentia inter nomina substantiua, & adie-

& adiectiua, quia nomina substantiua ferunt suum suppositum, adiectiua vero non, sed rem significatam ponunt circa substantiuum. Vnde philosophi dicunt, quod nomina substantiua supponunt, adiectiua vero non supponunt, sed copulant. Nomina igitur personalia substantiua possunt de essentia praedicari propter identitatem rei. Neque sequitur, quod proprietas personalis distinctam determinet essentiam. Sed ponitur circa suppositum importatum per nomen substantiuum: sed notionalia & personalia adiectiua, non possunt praedicari de essentia, nisi aliquo substantiuo adiuncto. Vnde non possumus dicere quod essentia est generans. Possumus tamen dicere quod essentia est res generans, vel Deus generans, si res & Deus supponant pro persona, non autem si supponant pro essentia. Vnde non est contradictio, si dicatur quod essentia est res generans, & res non generans: quia primo res tenetur pro persona, secundo pro essentia.

¶ Ad sextum dicendum, quod deitas in quantum est vna in pluribus suppositis, habet quandam convenientiam cum forma nominis collectiui. Vnde cum dicitur, pater est principium totius deitatis, potest sumi pro vniuersitate personarum, in quantum scilicet in o-

mnibus personis diuinis, ipse est principium. Nec oportet, quod sit principium sui ipsius: sicut aliquis de populo, dicitur rector totius populi, non tamen sui ipsius. Vel potest dici, quod est principium totius deitatis: non quia eam generet & spiraret, sed quia eam generando & spirando communicat.

Commentarium.



De nominibus essentialibus in concreto satis prolixè disputatum est: quare modo diuus Thomas de nominibus essentialibus in abstracto, quae per modum formae enuntiantur: vt deitas, essentia, natura diuina: quod idem est de alijs attributis iustitia, & sapientia: & de his inquit, an supponant pro personis patre, filio, & spiritu sancto.

¶ Constituitq; in summa negantem conclusionem, quod nomina essentialia in abstracto, vt essentia, non supponunt pro personis. Quam virtute probat: quoniam si hoc nomen essentia supponeret pro patre, haec esset vera, essentia generat: quod falsum est (inquit) nam ea quae sunt propria personarum, quibus ab inuicem distinguuntur, non possunt tribui essentiae. Significatur enim, q̄ esset distinctio in essentia diuina, sicut est distinctio in suppositis. ¶ Refert praeterea errorem abbatis Ioachimi alferentis, quod essentia generat: cuius fundamentum erat, quia Deus generat, & Deus & essentia diuina sunt omnino idem propter summam Dei simplicitatem. ¶ Quem confutat hac ratione. Ad veritatem locutionum non solum oportet considerare res significatas, sed etiam modum significandi: at est Deus & essentia diuina sint idem secundum rem, modus tamen significandi horum terminorum, Deus, deitas, & essentia diuina.

Conclusio Thom.

Probatio

Error abbatis Ioachimi.

Confutatur

na, longè diuersus est, quia nomē Deus significat diuinam essentiam vt in habente eam, ac subinde ex modo suæ significationis habet, supponere pro patre. & ex cōsequenti, sicut hæc est vera, pater generat: hæc itidem est vera, Deus generat: atamen nomen diuina essentia ex modo suæ significationis non potest supponere pro patre, quoniam significat essentiam vt formam abstractam, & non vt in patre habente eam: ac proinde licet hæc sit vera, Deus generat: hæc tamē falsa est, essentia diuina generat. ¶ Ceterū dubitamus, an conclusio sancti Tho. sit de fide: hoc est, an hæc sit catholica, essentia diuina non generat: & sua opposita hæretica, essentia diuina generat. ¶ Respondemus illam esse catholicam, hanc hæreticā. Quod definitum est in concilio Lateranēsi sub Innocentio. 3. contra abbatem Ioachimū in cap. 2. & habetur de summa trinitate. & fide cathol. cap. Damnamus, cuius verba sunt. Essentia seu natura diuina, quæ sola est vniuersorum principium, præter quæ aliud inueniri non potest, & illa res non est generans nec genita nec procedens: sed est pater qui generat, filius qui gignitur, & spiritus sanctus qui procedit: vt distinctiones sint in personis, & vnitates in natura. ¶ Et in concilio Tolerano. i. habetur. Si quis dixerit velle creditur deitatem nascibilem esse, anathe ma sit. Non solum itaq; hæc est hæretica, essentia generat: sed etiam ista, essentia est generans: essentia generatur: essentia est genita: essentia spirat: spiratur: est spiras: procedit: est procedens. Hæc tamen veræ sunt (vt dicit sanctus Tho. ad 1.) essentia est Deus generans: & res generans: vbi res generans, & Deus generans supponunt pro patre. Istæ insuper sunt veræ: essentia est res generans: & res nō generans: si res generans supponat pro patre, & res non generans pro essentia. & rursus est vera, si nomen nō generans supponat pro filio & spiritu sancto. ¶ Per contra mur præterea, quid est in causa quare hæc falsa sit, essentia generat. ¶ Holcorth in determinationibus quæst. 10. dubio. 4. affirmat: nos non posse assignare rationem aliquam quare illa falsa sit: sed id reuelatum fuisse ecclesiæ. ¶ Aduersus tamen Holcorth opponimus: quoniam vt definitum est à nobis quæstio. 1. articulo. 8. disputatio. 2. Deus non reuelat ecclesiæ per reuelationem immediatam, qualis sit autoribus scripturæ sacrae, sed per mediata: etenim cum definitur ali

quā conclusionē, eā colligit ex scripturis, aut ex apostolorū traditione, & pluribus aliis & ex eis assignat rationem conclusionis, igitur cum ecclesiā definiat hanc falsam & hæreticam, essentia generat: aliqua sanè ratione vsa est ad eam damnandam: non enim temerè & sine delectu eam damnauit velut hæreticam: & hanc nimirum nos rationem in præsentia inuestigamus, falsa igitur est sententia Holcorth. Fuit igitur aliorum placitum, illam vtique propositionem falsam esse: quoniam actiones sunt suppositorum, & essentia non est suppositum. ¶ Hæc itidem ratio nulla est, quoniam si ea alicuius momenti esset, sequeretur planè diuinā essentiam non intelligere, nec creare, nec velle: quod catholica fidei aduersatur. Et argumento præfata sententiæ respondemus, diuinam essentiam per se existere, quinimodò personæ diuinæ recipiunt esse ab ipsa, & actiones nō solum sunt suppositorum, sed substantiū item. ¶ Alij verò assignant rationem aliam, quæ fortassis plus satisfaciat lectori: dicunt nempe hanc falsam, essentia generat, quia ratione abstracti quod est subiectum, putat essentia, & verbi adiectiui generat, quod est prædicatum, facit hūc sensum: essentia quandoquidem ea est communis filio & spiritui sancto. Itaque filius & spiritus sanctus intrinsecus sunt essentia, si igitur essentia generaret, filius & spiritus sanctus generaret. ¶ Nonnulli rationem hanc impugnant, dicentes quoddam Deus quatenus Deus generat, & est cōmunis filio & spiritui sancto, qui sunt intrinsecus Deus, verum non generant. ¶ Respondemus profectò nullam similitudinē habere consequentiam istam cum illa: licet enim Deus generet, vbi Deus supponit pro patre, ista tamen, Deus in quantum Deus generat, distinguenda est vt diximus articulo præcedenti in duplicem sensum, alterum verum, alterum falsum: & ex sensu vero non colligitur illud consequens: nā sensus eius verus est, Deus pater ratione naturæ diuinæ, & ipsa natura diuina tanquam principio quo generat. & ista consequentia nulla est, Deus pater ratione naturæ diuinæ tanquam principio quo generat: filius & spiritus sanctus est intrinsecus natura diuina: ergo filius & spiritus sanctus generat. Nam si ista collectio teneret, sequeretur quoddam voluntas diuina generaret filium, simili modo colligēdo: Deus Pater ratione naturæ diuinæ

næ generat tanquam principio quo, sed voluntas diuina est intrinsecus essentia diuina: ergo voluntas diuina generat. ¶ Magister sentent. in. 1. distinct. 5. reddidit rationem aliam non sanè paripendendam, quam etiam adducit diuus Tho. ad oppositum in articulo præfati: reddidit (inquam) in summa rationem hanc. Quia si essentia diuina generaret, generaret filium: qui cum sit diuina essentia, eadem res se ipsam generaret. Et eadem ratio iuxta eius mentem assignanda est, quare essentia diuina non est genita, nec spirat, nec spiratur. ¶ At verò sanctus Tho. assignat rationem præstantiorem omnibus prædictis, vt existimo: in corpore articuli duas assignat rationes, quarum prior est: quia si generare & reliqui actus notionales quibus personæ distinguuntur, tribuerentur essentia, significaretur proculdubio quod esset distinctio in essentia diuina, sicut in personis. Et planè concilium superius allegatum videtur innuere rationem hanc: nam postquam definiuit diuinam essentiam non generare nec generari, &c. Subiungit hæc verba. Est pater qui generat, filius qui gignitur, & spiritus sanctus qui procedit: vt distinctiones sint in personis, & vnitates in natura. ¶ Secunda autem sancti Tho. ratio virtute talis est. Essentia non generat, quia tantum pater generat actu sibi proprio, & essentia, nec significat patrem nec supponit pro patre, nempe quia tantum homo ridet, & lapis nec significat hominē nec pro eo supponit, lapis non ridet. ¶ Quod si quis dicat, esto essentia non significet patrem nec pro eo supponat, tamen de eo verificatur. Ingenue quidem fatemur, verum id nō satis est, vt ista propositio quæ est formalis, essentia diuina generat, sit vera: hæc autem, pater est essentia diuina, est tantum identica. ¶ In hanc tamen sancti Thomæ sententiā argumentamur. Diuina essentia prædicatur de patre, ergo supponit pro patre: atque adeo hæc est vera, essentia diuina generat. Hoc est quartum sancti Thomæ argumentum, & Nominales existimantes præfata consequentiam esse bonā, in plures prolapsi sunt errores. ¶ Respondemus nimirum, præfata consequentiam penitus nihil valere, & facile quidem erit, exemplis à natura deductis collectionis defectum patefacere. Albedo namque prædicatur de similitudine, & similitudo de albedine: quandoquidem

identicè istæ sunt veræ, similitudo est albedo, & albedo est similitudo: neutrum tamen pro alio supponit, quia nomen non potest supponere pro eo quod non significat, & nullum eorum est institutum ad aliud significandum, etenim nomen albedo non fuit institutum ad significandum similitudinem, neque nomen similitudo ad significandum albedinem. Hæc item est vera identicè, homo est motus (cum mouetur) veruntamē vox motus neque significat hominem, neque supponit pro eo. Infans quippe esset qui diceret, vocem motus significare hominem, aut fuisse impositam ad significandum hominem. ¶ Ad rem igitur, dicimus quoddam in ista propositione, essentia est pater, nomen essentia solum supponit pro essentia, & nomen pater pro patre. Verum illa redditur vera propter identitatem essentia diuinæ cum patre, & Dei simplicitatem. Et hæc est expressa sententia sancti Thomæ in responsione ad quartum & in hoc articulo, & in tota hac quaestione: vbi docet verificationem aut prædicationem longè aliam esse à suppositione, & hanc cōsequentiam nullam esse, hoc nomen verificatur aut prædicatur de hac re, ergo supponit pro ea. ¶ Contra hanc verò sententiā sancti Thomæ insurgimus plurimis sanctorum testimonis. In primis Augustini. 7. de Trinitate. capit. 2. & 15. capit. 14. ait. Pater & filius sunt vna sapientia, quia vna essentia: & sigillatim sapientia de sapientia, sicut essentia de essentia. Quibus verbis palam assertit, essentiam genitam esse de essentia. Et idem affirmat de fide ad Petrum capit. 2. Sic (inquit) Christum Dei filium, id est vnam ex Trinitate personam, Deum verum crede: vt diuinitatem eius de natura patris natam esse non dubites. Vbi satis aperte dicit diuinitatem esse natam. Et Hilarius. 4. libr. de Trinitate. non longè à principio dicit, nihil nisi natum habet filius. hæc ille. At essentiam habet filius, ergo essentia est nata. & 9. de Trinitate naturam filij vocat genitam, & patris, gignentem. ¶ Primo testimonio adducto responderet diuus Thomæ ad primum, quoddam sancti doctores ad exprimentam vnitatem & simplicitatem Dei aliquando expressius loquuti sunt, quā proprietatis loquutionis patitur. ¶ Quo fit, vt huiusmodi loquutiones non sint ductæ & ampliæ, sed exponēdæ potius: ita

Dubium

Responsio

Concilium Lateranense

Concilium Tolerano

Dubium

Sententia Holcorth

Responsio

Aliorum opinio

Cōfutat

Alia assignatur ratio quæstio nisi non propter res res illa

Obiectio

Responsio

Argu

mentum

Augusti

ms.

Et ibidem

Responsio

illatum

ita vt nomina abstracta explicentur per concreta. Vt cum dicitur essentia de essentia, sapientia de sapientia, sensus sit: filius qui est essentia & sapientia, est de patre qui est essentia & sapientia. Et simili ratione sunt premissa, & complura alia sanctorum testimonia explicanda. ¶ In responsione ad secundum docet quod illa Aristote. sententia, generatis nobis vel corruptis generantur vel corrumpuntur ea quæ in nobis sunt, intelligenda est in creaturis, in quibus generatum nõ recipit eandem numero naturam generatis, sed aliam quæ recens incipit esse per generationem, & ob id generatur per accidens natura: secus est in diuinis, vbi filius recipit eandem naturam patris. Quare esto filius generatur, natura tamen eius diuina non generatur. ¶ Quod in hunc modum euidentius probamus. Natura diuina non generatur per se nec per accidens, ergo nullo modo generatur. Quod non per se patet, quia etiam in creaturis natura per se non generatur: nõ enim per se generatur homo, sed hic homo: iuxta Aristot. doctrinam in proemio metaphysicorum: quo loco dicit, generationes omnes circa singularia fiunt: non enim medicus sanat hominem, nisi secundum accidens, sed Calliam. Quod autem non generetur per accidens ostenditur, nam ratio cur in creaturis natura geniti per accidens generatur, est: quia est alia numero à natura generatis. sed in diuinis natura geniti est prorsus eadem cum natura generantis, ergo illa nec per se nec per accidens generatur. ¶ In responsione ad tertium docet, quod licet deus & essentia sint idem secundum rem, tamen propter diuersum modum significandi terminorum concedimus quod deus generat, non tamen essentia diuina generat. Quæ adducit ad quartum, & quintum exemplum planata sunt. ¶ Ad sextum interpretatur illud August. testimonium. 4. de trinit. cap. 20. Pater est principium totius deitatis, multis modis. Sed tamen vltima eius interpretatio magis nobis placet. Nemp quod pater dicitur principium totius deitatis, non quia eam generet & spirare: sed quia eam generando & spirando communicat. Et nos alio pacto exposuimus hoc August. testimonium quæst. 33. art. 1. ¶ Occurrit tandem argumentum aduersus sancti Th. conclusionem, huiusmodi. Quicquid est perfectionis tribuitur essentia diuina: generare est perfectionis, iuxta Aristot. doctrinam. 2. de anima

cap. 4. Et hac ratione competit Deo qui generat æternum filium suum, vt explicuimus cum de verbo ageremus: ergo perfectio generationis tribuitur essentia diuina: atque adeo essentia diuina generat. ¶ Respondetur distinguendo maiorem: nõ si faciat hunc sensum, quod omne prædicatum quod importat perfectionem enütatur de ipsa essentia, falsa quidẽ maior est: si verò faciat hunc, quod omnis perfectio cuiuscunque rei tribuitur essentia, cõcedimus eam. Nam perfectio est absolutum, & omnes absolute perfectiones conueniunt diuinæ essentia ac tribus personis: quam obrem esto generatio & spiratio non tribuantur essentia, perfectio tamen earum tribuitur essentia: aut vt ætius loquamur, est ipsamet essentia. Si quidem perfectio omnium absolutorum & relationalium, quæ in deo reperiuntur, non est aliud quàm ipsamet essentia.

Articulus sextus.

Verum persone possint prædicari de nominibus essentialibus.



Ad sextum sic proceditur. Videtur quod persona non possint prædicari de nominibus essentialibus concretis, vt dicatur: Deus est tres persone, vel est trinitas. Hęc enim est falsa, homo est omnis homo, quia pro nullo suppositorum verificari potest. Neque enim Sor. est omnis homo, neque Plato, neque aliquis alius. Sed similiter ista, Deus est Trinitas, pro nullo suppositorum naturæ diuinæ verificari potest. Neque enim pater est Trinitas, neque filius, neque spiritus sanctus. Ergo hęc est falsa, deus est trinitas

nitatis. ¶ Preterea. Inferiora non prædicantur de suis superioribus, nisi accidentali prædicatione, vt cum dico, animal est homo. Accidit enim animali esse hominẽ: sed hoc nomen Deus, se habet ad tres personas, sicut commune ad inferiora, vt Damas. dicit. Ergo videtur quod nomina personarum, non possint prædicari de hoc nomine Deus, nisi accidentaliter. ¶ Sed contra est, quod Augu. dicit in li. de fide ad Petrum. Credimus vnum Deum: vnam esse diuini nominis trinitatem. ¶ Respondeo dicendum, quod (sicut iam dictum est) licet nomina personalia, vel notionalia adiectiua non possint prædicari de essentia, tamen substantiua possunt propter realem identitatem essentia, & personæ. Essentia autem diuina non solum idem est realiter cum vna persona, sed cõ tribus. Vnde & vna persona, & duæ, & tres possunt de essentia prædicari: vt si dicamus, essentia est pater & filius & spiritus sanctus. Et quia hoc nomen Deus per se habet, quod supponat pro essentia (vt dictum est) ideo sicut hæc est vera: essentia est tres personæ, ita hęc est vera, Deus est tres personæ. ¶ Ad primum ergo dicendum, quod (sicut supra dictum est) hoc nomen homo, per se habet supponere pro persona, sed ex adiuncto

habet, quod stet pro natura communi. Et ideo hæc est falsa, homo est omnis homo, quia pro nullo supposito verificari potest: sed hoc nomen Deus per se habet quod stet pro essentia. Vnde licet pro nullo suppositorum diuinæ nature, hæc sit vera, Deus est trinitas, est tamen vera pro essentia. Quod non attendens Porretanus eam negauit. ¶ Ad secundum dicendum, quod cum dicitur Deus, vel diuina essentia est pater, est prædicatione per identitatem, non autem sicut inferioris de superiori, quia in diuinis nõ est vniuersale & singulare. Vnde sicut est per se ista, pater est Deus: ita & ista, Deus est pater, & nullo modo per accidens.

Commentarium.



Onuerso modo Questioni, quærit in hoc articulo de prædicatione personarum de nominibus essentialibus: hæcenas siquidem disputauit, an nomina essentialia possent prædicari de personis. ¶ Titulo autem quæstionis breui responder affirmatè, quod qualibet personarum scorsum, & earum duarum simul, atque omnes tres simul prædicatur de essentia in abstracto & in concreto. ¶ Alia quæ supersunt in corpore articuli adeo sunt perua & manifesta, vt nulla indigeat explicatione. ¶ Verum notandum est, sanctum Tho. excitasse præfatam quæstionem propter Gilbertum Porretanum, qui vtrique affirmavit istam falsam, Deus est trinitas, & Deus est tres personæ. Aduersus quem statuit

Conclusio aduersus Gilbertum Porretam Probatio conclusio statuit conclusionem oppositam, videlicet hanc esse veram: Deus est trinitas, & Deus est tres personae. Quam probat primò August. testimonio in libro de fide ad Petrum, Credimus vnum Deum vnam esse diuini nominis trinitatem. Corroborat etiam in summa ratione hac. Diuina essentia est idem cum tribus personis, ergo diuina essentia est tres personae & trinitas. Licet enim hæc consequentia non teneat in adiectiuis, teneat tamen in substantiis circa subiectam materiam: at hoc nomen Deus ex vi suae significationis (vt dictum est in articulo. 4.) habet supponere pro essentia: ergo hæc est vera, Deus est trinitas & tres personae. vbi nomen Deus supponit pro essentia. Et tandem hæc conclusio & alia quæ respondet quaestioni sunt iuxta fidem tenenda, vt definitur in capitulo de nomen de summa trinitate, & fide cathol. cuius verba sunt. Vna quædam summa res est, incomprehensibilis quidem & ineffabilis, quæ veraciter est pater & filius & spiritus sanctus, tres simul personae, ac sigillatim quælibet earum. Contra hanc vero conclusionem obiecit Gilbertus Porretanus in hunc modum. Nomen Deus supponit pro qualibet personarum patre, filio, & spiritu sancto: sed nulla personarum est trinitas nec tres personae, ergo Deus non est trinitas, nec tres personae. Insuper hæc est falsa, homo est omnis homo: ergo si militer hæc est falsa, Deus est omnis Deus: atque adeo hæc est falsa, Deus est trinitas, & Deus est tres personae. Hoc est virtute primum diui Thomae argumentum. Ad quod respondet negando præfatas consequentias: quia nomen Deus non solum supponit pro qualibet personarum, sed pro natura diuina itidem: & ex consequenti sicut hæc est vera, natura diuina est trinitas & tres personae: ita quoque hæc, Deus est trinitas & Deus est tres personae. Neque est simile de nomine homo & de nomine Deus, nam vt demonstratum est articulo. 4. ad. 3. nomen Deus sine adiuncto habet supponere pro natura diuina: at nomen homo sine adiuncto supponit pro supposito. Secundò in assertionem D. Thomae. qua respondet quaestioni obijcimus. Pater non prædicatur de Deo, ergo illa assertio est falsa. Assumptum verò probamus, quoniam si aliquo pacto prædicaretur maximè accidentaliter, siquidem nomen Deus est superior ad nomen patris, & omne inferius accidentaliter prædicatur de suo

Prædicatio eiusdem in ea scilicet assertio

Argumentum contra conclusionem

Responsio

2. argumentum

inferiori, vt in hac animal est homo: at de Deo nihil accidentaliter prædicari potest, quia in Deo nequit reperiri accidens: ergo nullo modo pater de Deo prædicatur. Hoc est. 2. argumentum sancti Thomae. Cui respondet, quòd ista prædicatio, Deus est pater, est prædicatio identica & perse. Dicit præterea, quòd in ea non prædicatur inferius singulare de suo superiori vniuersali, quia in diuinis non est vniuersale neque singulare. Quæ quidem responsio confestim illustrabitur in disputatione proxime sequenti: nam ad exactam explicationem huius responsionis excitamus eam.

Responsio

Disputatio vnica.



Circa responsionem ergo hanc diui Thomae. occurrit maximi momenti difficultas, an pater & paternitas sint de intellectu & intrinseca ratione naturæ diuinæ, seu deitatis, aut Dei in communi, & similisque sitio est de filio & filiatione, & spiritu sancto & spiratione, atque tota trinitate, & de generatione, & de spiratione, atque alijs actibus notionalibus.

Prima disputationis pars.



HT quidem in fauorem partis affirmantis videntur facere testimonia D. Thomae in quaest. 27. articulo. 2. ad 3. In ipsa enim (inquit) perfectione diuini esse, continetur & verbum intelligibiliter procedens, & principium verbi: sicut & quæcunq; ad eius perfectionem pertinent. Hæc ille. Quibus verbis satis aperte innuit, quòd verbum, seu filius & filiatio essentialiter continentur in esse diuino: at diuinum esse est ipsa natura Dei, ergo filius & filiatio sunt de intellectu & de intrinseca ratione deitatis: & ex consequenti pater & paternitas. Et in expositione horum verborum hoc videtur sentire Caiet. Insuper hoc idem probatur ex verbis diui Thomae in responsione ad hoc secundum: nam dicit, quòd sicut ista est per se, pater

In fauorem partis affirmantis verba S. Tho. adducuntur.

2. argumentum.

3. Argumentum

Caietanus

Sententia Caietani à qua incipit corroborari pars negans

pater est Deus: ita & ista, Deus est pater: a se ista est essentialis, pater est Deus: ergo hæc etiam, Deus est pater: igitur pater, quod est prædicatum, est de essentia Dei ac diuinæ naturæ: & ex consequenti paternitas & alie relationes. Rursum hoc idem probamus ratione. De essentia Dei est quòd sit Trinitas & vnus, ergo de essentia Dei est Trinitas relationum & personarum: ergo omnes personarum diuinæ & earum relationes sunt de essentia Dei, & naturæ diuinæ. Assumptum verò ostendimus, quia esse trinum & vnū, non est neque esse potest accidens Dei: atque adeo est de essentia Dei. Et planè Caietanus præter locum allegatum, in hac quaest. articulo. 1. videtur tueri hæc partem. Est (inquit) in Deo vna ratio formalis non purè absoluta, nec purè respectiua, nec purè communicabilis, nec purè incommunicabilis, sed eminentissimè ac formaliter continens, & quicquid absolutæ perfectionis est: & quicquid trinitatis respectiua exigit. Hæc ille. Ergo ratio Dei continet quicquid trinitatis respectiua exigit. Sed Trinitas respectiua exigit tres relationes, ergo continet essentialiter tres relationes: ac subinde tres relationes trium personarum sunt de essentia rationis Dei: at ratio dei est natura diuina, ergo sunt de essentia naturæ diuinæ. Verum tamen quicquid sentit Caietanus locis allegatis, hic sanè tuerit partem negantem: videlicet quòd hæc, Deus est pater, non est prædicatio per se: simpliciter loquendo de prædicatione per se: & ex consequenti prædicatum quod est pater, non est de essentia dei: ac subinde nec paternitas, nec alie relationes. Nam si prædicatum esset de essentia subiecti, illa esset essentialis, & per se simpliciter. Et quòd præfata propositio non sit simpliciter per se, ostendit: quia propositio (inquit) simpliciter per se est formalis, & præfata prædicatio non est formalis. Et in super quòd ista (Deus est pater) non sit per se, probatur etiam ex sancto Thomae de potentia quaest. 8. articulo. 2. ad. 6. vbi dicit, hanc non esse prædicationem per se, essentia est paternitas: de qua in proposito nostro idem est iudicium quòd de ista, Deus est pater. Verba sancti Thomae loco sic habent. Per se autem prædicatur aliquid de aliquo, quod prædicatur de eo secundum propriam rationem: quod verò non secundum propriam rationem prædicatur, sed propter rei identitatem, non prædicatur per se. Cum ergo dicitur essentia di

uina est paternitas, non prædicatur paternitas de essentia diuina propter identitatem rationis, sed propter identitatem rei. Hæc sanctus Tho. & dicit Caietanus quòd cum in præsentia docet Sanctus Tho. hanc esse per se, Deus est pater, non intelligit quòd sit per se simpliciter, sed per se identica: ita vt id velit sanctus Thomae, quòd non accidit Deo esse patrem, sicut accidit animali esse hominem: quando animal non necessariò est homo, sed Deus necessariò est pater. Rursum, quòd relationes non sint de essentia naturæ diuinæ, probari item potest ex sancto Thoma quaest. 28. articulo. 2. vbi dicit: in nomine essentia non importatur respectus, sed in relatione importatur: igitur de intrinseca ratione & essentia naturæ diuinæ non sunt relationes.

Secunda disputationis pars.



LAm verò statuam assertiones quibus explicemus mentem nostram: quarum prior sit. Quemadmodum necessarium & proprium entis est habere tres passionem, verum, bonum, vnum, quæ intrinsecus & essentialiter sunt ens, vt ostendimus quaest. 15. opuscul. ita quoque necessarium & proprium Dei & naturæ diuinæ est, habere tria supposita seu tres personas, quæ intrinsecus & essentialiter sunt Deus & diuina essentia. Ad cuius maiorem explicationem annotare oportet, quòd præmissimus quaest. 28. articulo. 2. disput. 2. dubio vltimo, quòd videlicet sicut ens se habet ad omnia entia, ita se habet deitas, essentia diuina, aut natura Dei ad omnia diuina. Quia vt ens intrinsecus & essentialiter continetur in omnibus rebus, ita vt omnes res intrinsecus & essentialiter sint ens, sic diuina essentia intrinsecus & essentialiter continetur in omnibus diuinis, tam absolutis quam respectiuis: ac proinde quicquid in deo reperitur, essentialiter & intrinsecus est Deus atque diuina essentia: & ex consequenti diuinæ personarum, earum relationes, & illarum trinitas, ac ipsarum actus notionales, & sic de reliquis, intrinsecus & essentialiter continent naturam diuinam seu Deitatem

1. assertio.

Abhold.

Deitatem: & ipsa est de intellectu & essentia & intrinseca ratione eorum. ¶ Quo fit, ut ista, pater est Deus, pater est Deitas, natura diuina, aut essentia diuina, sit per se & essentialis: quod idem est iudicium de hac filius est Deus, &c. ¶ Et eum dicimus proprium esse Dei habere tria supposita, &c. Non intelligas nos ponere in Deo proprium ad modum quo in creaturis reperitur, ut risibile: quod accidentaliter predicatur de subiecto, quibus per se. Sed sumitur in presentiarum nomine proprium pro eo quod est naturale Deo, & necessario ei tribuitur, & nulli creaturæ: in qua significatione hoc nomine videtur ecclesia in illa oratione, Deus cui proprium est misereri semper & parcere.

¶ *Asser.* Sit verò secunda assertio. Prædicationes in quibus personæ diuinæ, aut earum trinitas, aut relationes ipsarum, aut actus illarum notionales prædicantur de Deo, aut natura diuina, nullo modo sunt per accidens; quia in Deo nequit reperiri aliquo pacto accidens: neque Deo accidit quod sit pater, filius, & spiritus sanctus, trinitas, quod generet, spiraret, &c. Sicut animali accidit quod sit homo: quando quidem omnia illa necessaria conueniunt Deo, nec per diuinam potentiam à Deo separari possunt. ¶ Quocirca omnes illæ prædicationes sunt per se: quædo omnis prædicatio est per se, vel per accidens. Non sunt per accidens, ergo per se. Vnde vera est sententia sancti Th. Cum in presenti assererat hanc esse per se, Deus est pater. ¶ Tertia nihilominus assertio sit. Nulla relatio aut relatiuum in diuinis est de intellectu essentia, ac naturæ diuinæ. Hæc est expressa sententia sancti Th. superius quest. 33. arti. 3. ad primum cuius verba sunt quæ sequuntur. Dicendum quod communia absolute dicta, secundum ordinem intellectus nostri sunt priora quam propria, quia includuntur in intellectu priorum; sed non e conuerso. In intellectu enim personæ patris intelligitur Deus, sed non conuertitur. Hæc ille. Vbi per communia intelligit essentia, & attributa, & reliqua omnia quæ sunt communia tribus personis: & nomine priorum intelligit omnia diuina, quæ importat relationem realem: ut pater & paternitas, filius & filiatio, spiritus sanctus & processio, Trinitas, generatio, & reliqui actus notionales. Et eadem sententiam habet de potentia vbi supra; nam ibi affirmat hanc non esse per se, essentia est paternitas: tamē

si paternitas esset de intellectu essentia, sicut animal est de intellectu & essentia hominis, ea esset prædicatio essentialis: & ex consequenti per se. ¶ Et præter autoritatem 3. Asser. diui Th. & rationem adductam in confirmationem patris negantis, nos ratione alia id probamus: quia si paternitas esset de intellectu & intrinseca ratione diuinæ essentia, & cæteræ relationes diuinæ, filiatio, spiratio, & processio, diuina essentia non esset res absoluta sed relatiua: quod omnium doctorum & sanctorum sententiæ aduersatur. Et consequentia quippe satis liquet, siquid illud quod intrinseca sua ratione continet relationes, relatiuum esse debet. ¶ Rursus, idem euidenter probamus, quia da oppositum: scilicet, quod paternitas est de intellectu & intrinseca ratione diuinæ essentia: at essentia diuina est communis filio & spiritui sancto: ergo & paternitas: atque adeo paternitas est in filio & spiritu sancto: & ex consequenti non distinguitur à filiatione, neque spiratione: quæ omnia sunt contra catholicam fidem. Consequentia verò claret, quoniam si aliquod tertium est de intellectu & essentia alicuius quod alteri communicatur, illud tertium necessariò debet illi cõicari: ut quia animal est de intellectu & essentia hominis, & homo cõmunicatur Petro, necessariò animal ipsum eidem Petro communicatur. Et hoc idem probari potest ex illa regula Aristotelea in antepredicamentis. Quando alterum de altero prædicatur ut de subiecto, quæcumque de eo quod prædicatur dicuntur, omnia etiam de subiecto dicuntur. ¶ Quæ regula intelligi debet potissimum de his, quæ vniocè & essentialiter prædicantur: ut essentia diuina, aut deo in communi prædicatur de tribus personis. Et idē penitus argumētū facere possumus, p̄bado q̄ filiatio sit in patre, & sit ipsamet paternitas: & processio in patre & filio, & sit ipsamet spiratio quod p̄fecto pugnat. ¶ In sententiā tamē hanc opponimus. Omnis prædicatio aut est essentialis, aut accidentalis: ista prædicatio Deus est pater, non est accidentalis (quia est per se, ut sanctus Th. hic affirmat) ergo est essentialis: igitur pater est de intellectu & essentia Dei, ac naturæ diuinæ. Cuius oppositum asserit. 3. conclusio. ¶ Responderetur negādo maiorem: nam inter propositionem accidentariam & essentialem medium quippe reperitur, etiam in creaturis. Nam ista, animal est rationale vel irra-

irrationalē, non est essentialis: quia rationale & irrationalē non sunt de essentia animalis, cum sint differentia eius: & differentia generis quæ contrahunt ipsum, non sunt de essentia illius, neq; illud continet eas actū, sed potentia: vniquit Porphyrius capite de differentia. & rursus, non est accidens talis, quoniam prædicatum quod est rationale vel irrationale, non est accidens animalis, nec proprium: sed necessariò & p̄ se est rationale vel irrationale. Et in diuinis insuper datur medium: videlicet propositio per se identica: qualis est præfata, Deus est pater: quæ neq; est essentialis, neque accidentaria: sed per se identica. ¶ Ad cuius maiorem explanationem notandum est ex sancto Thom. questio 28. artic. 2. ad primū iuxta doctrinam Augusti. lib. 5. de trinitate. cap. 5. cuius verba inferius referemus, q̄ omnia diuina prædicata prædicantur de Deo secundum substantiam, aut secundum relationem: & ex consequenti omnes Dei prædicationes sunt prædicationes secundum substantiam, aut secundum relationem: ad proinde cum hæc prædicatio, Deus est pater, aut essentia est pater, non sit essentialis neq; secundum substantiam, est prædicatio secundum relationem. ¶ Sed tamen existit hoc loco dubitatio: an aliquid prædicetur de Deo secundum accidens: seu, an sit aliqua Dei prædicatio accidentaria, aut secundum accidens. Et videtur sanctus Thom. tenere partem affirmantem de potentia vbi supra: quo in loco videtur dicere quod ista est per accidens, essentia diuina est paternitas. Et præter verba eius allegata dicit eodē loco. Licet enim in Deo nullum sit accidens, est tamen quædam similitudo accidentis: in quantum ea quæ de se inuicem prædicantur secundum accidens differunt ratione, & sunt vnum subiecto. hæc ille. ¶ Alij etiā hoc fatentur, aliquid scilicet de Deo prædicari accidentaliter, & secundum accidens. ¶ Cæterum nos respondemus, nihil de Deo prædicari secundum accidens, aut nullam esse Dei prædicationem accidentariam: ut prorsus tollamus occasionem existimandi esse in Deo accidens aliquo pacto. Et hæc est expressa sententia Augusti. 5. de trinitate. cap. 5. cuius verba sic habent. In Deo autem nihil quidem secundum accidens dicitur, quia nihil in eo mutabile est: nec tamen omne quod dicitur, secundum substantiam dici-

tur. Dicitur enim ad aliquid, sicut pater ad filium, & filius ad patrem, quod non est accidens: quia ille semper pater, & ille semper filius. &c. Lige quæ supersunt in eo capite, & conspicies examulsum probare nostram sententiam: & maximo tibi erunt adiuuenti ad hæc intelligenda. ¶ At verò in fauorē alterius sententiæ, in nostram assertionem obijcimus. Ista prædicatio, Deus creat, est per accidens: ergo assertio falsa. Antecedens autem ostendimus. Creatio est accidens Dei, ergo præfata prædicatio est accidentaria, vel per accidens. Et assumptum quidem probamus. Creatio inest Deo, & abest ante mundi creationem ipso mandatis ergo est accidens eius, ex definitione Porphyrij cap. de accidenti. Accidens est quod potest adesse & abesse subiecto, præter ipsum corruptio nem. ¶ Sunt qui respondeant, quod sicut calefactio nullo modo formaliter sit in igne calefaciente, sed in passio quod calefit: vnde dem motus calefactionis sit actio & passio: passio, ut recipitur in passio: & actio, ut emanat ab agente: quod est expressa sententia Aristot. 3. physicor. textu. 22. sic quoque creatio nullo modo formaliter est in Deo, sed in creatura ipsa: luxta quorum sententiam satis liquet responsio ad argumentū: videlicet, dicendo quod creatio non est accidens Dei, sed creaturæ. ¶ Verū tamen aduersus istorum solutionem opponimus, ex sancto Thom. questio 45. artic. 3. ad primum & 2. vbi dicit quod duplex est creatio: quædam actiua, quæ est in Deo: alia passiva, quæ est in creatura: igitur saltem atq̄ mentum nostrum de creatione actiua conuincit: eam scilicet creationem actiuam esse Dei accidens. Verba sancti Thom. ad primum sunt. Creatio actiua significata significat actionem diuinam, quæ est eius essentia, cum relatione ad creaturam: sed relatio in Deo ad creaturam non est realis, sed secundum rationem tantum. Et ad secundum inquit, creatio passiuè accepta est in creatura. Hæc sanctus Tho. De hac re, quid sit creatio, & in quo formaliter sit, copiosè egimus quest. 25. articulo. 1. & tractamus quest. 45. loco allegato. ¶ Nunc verò ut satisfaciamus argumento notandum est, quod Deus agit & creat per actum intellectus & voluntatis, quos ab æterno habuit, siquidē in Deo nequit esse mutatio: & hi actus sunt idem cum diuina essentia: & creatio actiua Dei fuit ille actus voluntatis & intellectus, qui

Cõfessariū
Proprium dei alterius rationis est apprio creaturæ.

Asser.

Illatio.

Cõclusio.

Asser. ratione.

Confirmatio.

Argumenta contra sanctum Thom.

Responsio.

Obiectio.

Responsio aliquorum.

Refutatio.

Nota.

Responsio auctoris. bus mundum produxit. cum noua relatione rationis Dei ad creaturas. ¶ Modò igitur respondemus, quòd substantia creatio nis Dei actiue est ipsa diuina essentia, quæ nequit esse accidens. Et per hoc patet solutio ad argumentum. ¶ At si obijcias. Illa relatio rationis Dei ad creaturas importata nomine creationis abfuit Deo ante mundi creationem, & modò ad est dum creat: ergo est accidens Dei. Negamus nimirum consequentiam: quoniam accidens est ens reale; ens nanq; reale diuiditur in substantiam & accidens, ac subinde relatio rationis nò est accidens in Deo: sed tantum habet esse per operationem intellectus. ¶ Et obserua q; Deus dicitur incepisse mundum creare. cū creauit, non per mutationem suam, sed per mutationem creaturarum quæ incepit esse: neq; Deum acquisiuisse illam relationem rationis ipsius ad creaturas quam importat creatio, fuit in eo mutatio, quando quidem mutatio fit per acquisitionem vel deperditionem entis realis. ¶ Planè quòd dictum est de hac propositione Deus creat, dicendum est de hac, Deus iustificat: deus condemnat: puniat: & de reliquis similibus quæ non sunt simpliciter necessaria: & in quibus prædicata important relationem rationis Dei ad creaturas: quòd videlicet nò sunt prædicationes secundum accides propter rationem assignatam, ne videamur cedere aliquo pacto in Deo esse accidens. Sed possunt dici prædicationes non secundum substantiam aut secundum accides, sed secundum relationem, rationis videlicet: aut prædicationes contingentes, quatenus in eis per diuinam potentiam prædicatum potest negari & affirmari de Deo: ac subinde contingenter prædicari de eo, non accidentaliter. Obijciat tamen aliquis aduersus nos: ob id asseritur nullum prædicatum de deo accidentaliter prædicari, quia omne prædicatum quod de aliquo accidè taliter prædicatur importat in eo accidens, & in Deo nequit esse accidens: sed hoc fundamentum est falsum, vt confestim manifestum fiet exemplis in responsione: ergo prædicta assertio est falsa. ¶ Respondemus concedendo minorem & consequentiam, sed non concedimus maiorem: neq; affirmamus illud esse fundamentum nostræ assertionis: quinimò affirmamus aliquod prædicatum de subiecto prædicari accidentaliter, quòd nullū importat accides reale in ipso:

vt in hac, Sortes est dexter columnæ, Sortes est cognitus, amatus, & alia id genus. Et hac ratione, oppositæ sententiæ fautores dicebāt, q; de deo aliquid prædicatur accidè taliter, aut secundum accides: vt in hac, Deus creat. Nec sequitur (inquiunt) in deo esse accidens: siquidè prædicatum creatis nò importat in deo accides, sed in creatura; hoc est, relationem reale creaturæ ad deū: quam vocant dependentiā creaturæ à deo. Quorum nempe sensum neutiquam reprobamus: sed oppositam sententiam vt securiorem defendimus. Quæ profectò Augu. sententia fuit, vt visum est.

Tertiã disputationis pars.



Vperestiam tandè. Soluuntur respòdere ad argumenta que fecimus in initio huius disputationis in fauorem partis affirmantis, quibus nitbamur probare, q; pater & paternitas sint de intellectu & essentia nature diuine. ¶ Et in primis respondemus ad verba D. Tho. quæ videntur esse in oppositum: & quibus affirmare videtur, q; perfectio diuini esse continet essentialiter diuinum verbum: ac petin de filiationem. Respondemus itaq; q; illa sunt in hunc modum accipienda: q; esse dei & eius perfectio continet secundum communicationem verbum, & reliqua omnia diuina relatiua & attributa: sicut ens continet omnia entia. Etenim vt dictum est, essentia diuina (quæ est ipsum esse, & perfectio dei) habet se ad omnia diuina, sicut ens ad omnia entia. ¶ Vel secundò respondemus id sanè velle S. Tho. q; dei perfectio continet in se verbi perfectionem, & omnium reliquorum relatiuorum: quia (vt diximus in fine articuli præcedentis, & vt explicuimus quæst. 28. art. 2. disput. 3. in fine secundæ partis,) omnium eorum vnica est perfectio, purità diuina essentia, & esse eius. ¶ Ad secundū negamus consequentiam: neq; illa particula sicut, in verbis D. Tho. dicit omnimodā similitudinem: & ex assertionibus abunde patet solutio. ¶ Ad tertiu, quòd maiorè ingerit difficultatem, respondemus distinguèdo antecedens: hanc scilicet propositionem,

de

de essentia dei est quòd sit trinus: nam ea est vera procul dubio in hoc sensu, id est proprium & necessarium ac naturale Deo est, habere tria supposita: aut tres personas: & earum trinitatem. ¶ Et in hoc sensu etiam vera est: id est, ad naturam & essentiam dei necessariò consequitur trinitas suppositorum. ¶ Et in hoc itidem vera est: id est, esse & essentia dei est esse & essentia trinitatis. ¶ In hoc verò sensu falsa est: id est tres relationes, aut tres personæ, & earum trinitas sunt de intellectu essentia. Et per hoc facile soluitur argumentum. ¶ At parua quædam dubitatio existit, an hæc propositio negans concedenda sit: de essentia & natura dei nò est quòd sit trinus. ¶ Nimirum respondemus eam non esse simpliciter concedendam: siquidem videtur facere hunc sensum; quòd esse trinum est accidens dei, & illi extrinsecum; & quasi aduentitium: quæ sensus est hæreticus. Sed ea planè distinguenda est: sicut modò distinximus suam oppositã. Hætenus de hac vnica disputatione.

Dubitatio

Responsio

Statuuntur regulæ, quibus facile theologus cognoscere possit veritatem aut falsitatem propositionum, in quibus diuina prædicata de se inuicem verè affirmantur aut negantur.



Vnc verò in pauca referamus omnia diuina prædicata, quæ de se inuicem negantur, aut affirmantur. ¶ Vt autem huius rei pleniorè tibi possis comparare notitiam, meminisse oportet eorum quæ diximus quæst. 32. arti. 2. ad secundum & quæst. 28. disput. 2. dubio vltimo. Quibus in locis assignauimus rationem plurius, quæ hîc docemus. Quòd verò commodiùs hanc veritatem ostendamus, aliquot regulas præfigemus. Neque abs re existimè lector, nos in presentiarum huiusmodi regulas adducere: etenim eas in præfati statuimus sanctum Th. imitari, cuius verba si oculatiùs expendas in hoc articulo & præcedentibus, exiguo aut nullo negotio intelliges, eas nobis diuini Th. in illis

articulis tradere. Prior igitur regula sit. ¶ Verba aut participia adiectiua, quæ in i. Regula. portant actum notionalem, non verè affirmantur de diuina essentia. Ita vt hæ planè sint falsæ: essentia generat, generatur, spirat, aut spiratur: & earum quidè oppositæ veræ: Hoc nimirum de fide tenendum est, vt constat ex articulo præcedenti. Neque obstat quòd ista sit vera, essentia est res generans: siquidem regula præfata intelligenda venit, cùm verbum aut participium adiectiuum est integrum prædicatum, & non pars prædicati. Et idem intelligendum est de essentia attributis, etenim hæ etiam sunt falsæ: intellectus, sapientia, voluntas, misericordia, &c. Generat, generatur, spirat, spiratur. Quod probatur eadè prorsus ratione, quæ de essentia in articulo præcedenti probatū est. ¶ Rursus prædicata notionalia personarū, siue sint verba adiectiua siue participia nò prædicantur de notionibus: neque (quòd ferè idem est) de ipsis personarum relationibus in abstracto sumptis. Quod in hunc modum ostendimus: ista est falsa, paternitas generat, aut est generans: ergo ista etiam sunt falsa; filiatio generatur: spiratio spirat: & pater spiratur. Consequentia quippe satis liquet: quando de omnibus consimilibus ratio est. Assumptum autem notum est ex sancto Th. supra quæst. 32. arti. 2. ad secundū vbi non possumus (inquit) dicere, quòd paternitas generet vel creet, sicut sapientia vel intellectus. Et hoc etiam apertè docet sanctus Th. infra quæst. 46. art. 1. in 3. argumento & eius responsione, vbi sic habet. Ad tertium dicendum, quòd participia & verba notionalia significat actus notionales: actus autem suppositorum sunt, proprietates autem non significantur vt supposita, sed vt formæ suppositorum: & ideo modus significandi repugnat, vt participia & verba notionalia de proprietatibus prædicentur. Hęc ille. ¶ Atque itidem, de relationibus in abstracto non prædicantur verba aut participia adiectiua, quæ important actionem accommodatam alicui attributo. Quod nepe ad hunc modum fulcimus. Hęc est falsa, paternitas creat: in qua prædicatum est proprium infinitæ Dei potentia: ergo cum de aliis videatur consimilis ratio, etiam aliæ erunt falsæ: vt paternitas miseretur, paternitas reddit vniciue quod suum est, &c. Quorum primū tribuitur misericordia, secundum iustitiæ. Antecedens autè aper-

re liquet ex sancto Th. in verbis allegatis ex quaest. 31. art. 2. ad. 2. Non possumus (inquit) dicere quod paternitas creet. & nos utique huius regulae reddimus rationem eo loco: & semper quidem intelligimus eam esse falsam, & alias conformes in sensu formali. Apertum enim est illam esse veram in sensu idetico: in hoc scilicet, paternitas est idem re cum create. Quod vero attinet ad hanc propositionem, paternitas non est sapiens, ibidem definiuimus: assignauimusque sensum in quo concedatur a sancto Th. Etenim in. 2. argumeto inquit. Non enim dicimus, quod paternitas sit sapiens. ¶ Insuper, verba, adiectiua, aut participia importantia actione, quae adaptatur vni attributo, esto de eo predicentur: non tamen de altero. Licet enim haec sint vera: intellectus intelligit: voluntas vult: misericordia miseretur: iustitia reddit vnicuique quod suum est: sapientia disponit omnia iuuat: haec tamen si inuertantur sunt falsa, intellectus vult: voluntas intelligit: misericordia reddit vnicuique quod suum est: iustitia miseretur. Huiusque regula rationem plurimum reddimus loco allegato quaest. 32. ¶ Verum obijcimus aduersus regulam hanc. In perpetuum durare tribuit aternitati, & tamen affirmatur de quacunque re diuina tum absoluta tum relationali: haec namque sunt vera, paternitas diuina in aeternum durat: iustitia: voluntas: & sic de reliquis. ¶ Respondetur, nos loqui de propositionibus in quibus praedicata sunt verba aut participia adiectiua, non de verbo substantiuo, quale est, sum, es, sui, & verbum duro, quod aequiualet illi, vel illud continet: durare namque in perpetuum est esse in perpetuum. ¶ Item omnes diuinae personae & actus earum notionales, qui important oppositas relationes, de se inuicem negantur: vt pater non est filius, neque spiritus sanctus, neque trinitas etc. generans non est genitus, spirans non est spiratus. Cofulto diximus, qui important relationes oppositas: quoniam haec vera sunt, generans est spirans: quandoquidem paternitas & spiratio quas important, non sunt oppositae: vt ostendimus quaest. 36. art. 2. & eadem ratione

4. Regula. paternitas sit sapiens. ¶ Insuper, verba, adiectiua, aut participia importantia actione, quae adaptatur vni attributo, esto de eo predicentur: non tamen de altero. Licet enim haec sint vera: intellectus intelligit: voluntas vult: misericordia miseretur: iustitia reddit vnicuique quod suum est: sapientia disponit omnia iuuat: haec tamen si inuertantur sunt falsa, intellectus vult: voluntas intelligit: misericordia reddit vnicuique quod suum est: iustitia miseretur. Huiusque regula rationem plurimum reddimus loco allegato quaest. 32. ¶ Verum obijcimus aduersus regulam hanc. In perpetuum durare tribuit aternitati, & tamen affirmatur de quacunque re diuina tum absoluta tum relationali: haec namque sunt vera, paternitas diuina in aeternum durat: iustitia: voluntas: & sic de reliquis. ¶ Respondetur, nos loqui de propositionibus in quibus praedicata sunt verba aut participia adiectiua, non de verbo substantiuo, quale est, sum, es, sui, & verbum duro, quod aequiualet illi, vel illud continet: durare namque in perpetuum est esse in perpetuum. ¶ Item omnes diuinae personae & actus earum notionales, qui important oppositas relationes, de se inuicem negantur: vt pater non est filius, neque spiritus sanctus, neque trinitas etc. generans non est genitus, spirans non est spiratus. Cofulto diximus, qui important relationes oppositas: quoniam haec vera sunt, generans est spirans: quandoquidem paternitas & spiratio quas important, non sunt oppositae: vt ostendimus quaest. 36. art. 2. & eadem ratione

5. Regula: esse in perpetuum. ¶ Item omnes diuinae personae & actus earum notionales, qui important oppositas relationes, de se inuicem negantur: vt pater non est filius, neque spiritus sanctus, neque trinitas etc. generans non est genitus, spirans non est spiratus. Cofulto diximus, qui important relationes oppositas: quoniam haec vera sunt, generans est spirans: quandoquidem paternitas & spiratio quas important, non sunt oppositae: vt ostendimus quaest. 36. art. 2. & eadem ratione

6. Regula: haec vera est, genitus est spirans. ¶ Ista sunt praedicata diuina quae de se inuicem plurimum negantur, reliqua de se inuicem plurimum affirmantur: vt omnia attributa de se inuicem, & essentia, & personis, & vice versa & omnia praedicata substantiua, essentialia,

4. Regula.

Obiectio.

Solutio.

5. Regula:

6. Regula:

& personalia praedicantur de relationibus in abstracto: vt paternitas est immensa, eterna, est deus & essentia diuina, paternitas est pater. Vt expresse docet. D. Th. quaest. 32. art. 2. ad. 2. Ait enim essentialia verba, quae non habent ordinem ad aliquem actum, sed remouent conditiones creaturae a deo, possunt praedicari de notionibus: possumus enim dicere quod paternitas est aeterna, vel immensa, vel quodcunque huiusmodi: & similiter propter identitatem rei possunt substantiua, personalia, & essentialia praedicari de notionibus. Possumus enim dicere quod paternitas est Deus, & paternitas est pater. haec ille. ¶ Ex consilio diximus illa esse praedicata diuina, quae plurimum negantur: alia vero quae plurimum affirmantur: quoniam non arbitramur nos completi, praefatis regulis omnes propositiones negatiuas & affirmatiuas veras, quae de deo enuntiantur. Sunt enim plures aliae negatiuae & affirmatiuae verae, et enim haec etiam sunt verae: trinitas non est trina: vt docet sanctus Th. quaestio. 31. articulo. 1. ad. 5. Pater filius & spiritus sanctus non sunt differentes neque diuersi, quantum sunt realiter distincti. Deus non est vnicus, licet sit vnus: & filius Dei sit vnicus. Et quam plurimae aliae propositiones negatiuae, quas docet sanctus Thom. eadem allegata quaestione articulo. 2. & etiam. 3. & 4. & in super haec est vera. nulla diuinarum personarum est communis, quantum essentia sit communis. ¶ Contra regulam tamen sextam. opponimus. Attributum potentiae non est attributum scientiae, ergo potentia non est scientia: atque aded attributa non de se inuicem praedicantur. Antecedens autem liquet ex sancto Thom. supra quaestione. 31. articulo. 3. ad. 3. Non (inquit) dicimus quod attributum potentiae sit attributum scientiae. ¶ Resoluitur. pondemus negando consequentiam, sicut virtute negat diuus Thom. eo loco proxime citato. Et ratio est, quia attributum est nomen secundae intentionis: scientia & potentia primae: & a nominibus secundae intentionis ad nomina primae non valet consequentia. vt hęc, species hominis non est genus animalis, ergo homo non est animal. Item, quia sensus antecedentis est, quod potentia & scientia significantur pluribus conceptibus, & non vnico tantum: ex quo sane non colligitur, quod potentia non sit scientia. ¶ Demum argumentamur. Velle 2. Obiectio Dei

Explicit author. qd. dicitur.

Obiectio.

Resoluitur.

Obiectio Dei

Dei & intelligere Dei sunt attributa: & tamen haec est falsa intelligere Dei est velle. Deit ergo attributa non de se inuicem praedicantur. ¶ De hoc argumeto egimus supra quaestio. 28. art. 2. disputationis. 2. dubio vltimo. ubi disputamus an haec sit vera: intelligere Dei est velle Dei. Vide ibi. Et tandem praefata regula intelligi debet potissimum de attributis, quae non sunt verba, aut nomina adiectiua: vt intellectus & voluntas. Et si haec vera est, intelligere Dei est formaliter velle Dei, etiam regula est intelligenda de attributis, quae sunt adiectiua verba aut participia. ¶ Haec sunt quae circa difficultatem propositam se se nobis offerunt: an vero tibi aliqua succurrant harum regularum limitationes, nihil moror: neque enim existimo me omnia comprehendisse. At vero propterea non statim regulis eueritit suum robur: quoniam vt regulae & precepta constant, satis assatumque est vt plurimum verum habeant. ¶ Memoria tandem commenda, assertionem quorundam falsam esse, quae affirmant, omne praedicatum commune tribus personis quod de qualibet earum scotum praedicatur, esse absolutum: & de essentia praedicari. vt constat de his praeditatis, persona, relationum aut referri, constitutum & distinctum per relationem, aut distingui & constitui per relationem.

Responsio.

Memoria commendat.

Articulus septimus.

Vtrum nomina essentialia sint approprianda personis.



D septimum sic proceditur videtur, quod nomina essentialia non sint approprianda personis. Quod enim potest vergere in errorem fidei, vitandum est in diuinis: quia vt Hieronymus dicit

ex verbis inordinate prolatis incurritur heresis. Sed ea quae sunt communia tribus personis, appropriare alicui, potest vergere in errorem fidei: quia potest intelligi, quod vel illi tantum personae conueniat, cui appropriatur: vel quod magis conueniat ei quam alijs. Ergo essentialia attributa, non sunt approprianda personis. ¶ Praeterea. Essentialia attributa in abstracto significata, significant per modum formae, sed vna persona non se habet ad aliam vt forma, cum ab eo cuius est forma supposito non distinguatur. Ergo essentialia attributa maxime in abstracto significata, non debent appropriari personis. ¶ Praeterea. Proprium prius est appropriato. Proprium enim est de ratione appropriati. Sed essentialia attributa, secundum modum intelligendi sunt priora personis, sicut commune est prius proprio. Ergo essentialia attributa non debent esse appropriata. ¶ Sed contra est quod Apostolus dicit, primae Corinth. primo. Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. ¶ Respondeo dicendum, quod ad manifestationem fidei conueniens fuit essentialia attributa personis appropriari. Licet enim trinitas personarum demonstratione probari non possit (vt supra dictum est)

est) conuenit tamen vt per aliqua magis manifesta declaretur. Essentialia verò attributa sunt nobis magis manifesta secundum rationem, quam propria personarum, quia ex creaturis ex quibus cognitionem accipimus, possumus per certitudinem deuenire in cognitionem essentialium attributorum: non autem in cognitionem personarum proprietatum (vt supra dictum est.) Sicut igitur similitudine vestigij vel imaginis in creaturis inuenta, vtimur ad manifestationem diuinarum personarum, ita & essentialibus attributis. Et haec manifestatio personarum per essentialia attributa appropriatio nominatur. Possunt autem manifestari personae diuinae, per essentialia attributa dupliciter. Vno per viam similitudinis: sicut ea quae pertinent ad intellectum appropriantur filio, qui procedit per modum intellectus, vt verbum. Alio modo per modum dissimilitudinis sicut potentia appropriatur patri, (vt Augustin. dicit) quia apud nos patres solent esse propter senectutem infirmi: ne tale aliquid suspicemur in Deo.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod essentialia attributa, non sic appropriantur personis, vt eis esse propria asserantur, sed ad manifestandum personas per viam similitudinis, vel dissimilitudinis, vt

dictum est. Vnde nullus error fidei sequitur, sed magis manifestatio veritatis.

¶ Ad secundum dicendum, quod sic appropriantur essentialia attributa personis, quod essent eis propria, sequeretur quod vna persona se haberet ad aliam in habitudine formae. Quod excludit Augustinus in sexto de trinitate. Ostendens quod pater non est sapientia quam genuit, quasi solus filius sit sapientia: vt sic pater & filius simul tantum possint dici sapientia, non autem pater sine filio: sed filius dicitur sapientia patris, quia est sapientia de patre sapientia. Vterque enim per se est sapientia, & simul ambo vna sapientia: Vnde pater non est sapiens sapientia quam genuit, sed sapientia quae est sua essentia.

¶ Ad tertium dicendum, quod licet essentialia attributa secundum rationem propriam sit prius persona, secundum modum intellegendi tamen in quantum habet rationem appropriati, nihil prohibet proprium personae esse prius, quam appropriatum: sicut color posterior est corpore, in quantum est corpus, prius tamen est naturaliter corpore albo, in quantum est album.

Commenta

Commentarium.

Quid ap. p. priata. Ex appropriari sunt.



Propriata & appropriari verba quidem scholasticorum sunt, quibus coguntur vt ad insinuandum attributa quae aptantur personis, esse communia illis, & non propria alicui earum: quantum Augusti. 6. de trinitate. capit. 10. & alibi, appropriata personarum propria vocet, & Magister in. 1. distinctio. 31. proprietates.

Ordo dicitur.

In articulo ergo presenti disputat diuus Tho. vniuersè de appropriatis personarum, & in articulo sequenti de eisdem speciatim: & constituit duas conclusiones, quarum prior est.

1. Conclusio.

¶ Conueniens fuit, essentialia attributa personis appropriari seu accommodari, ad earum manifestationem.

Notandum.

¶ Quod istam conclusionem exactius intelligamus, meminit opus est doctrinae quam tradit diuus Thom. quaestio. 32. artic. 1. vbi docuit, nos assequi non posse lumine naturali Trinitatis mysterium, atque personarum propria: vt patrem, filium, & spiritum sanctum: verum posse nos naturali ratione cognoscere euidenter Dei attributa: vt Deum esse aeternum, bonum, sapientem, & infinitae virtutis: cuius doctrinae in praesentia etiam mentionem facit.

Corollarium.

¶ Quo fit, vt personae diuinae manifestari possint per attributa, quia ignotiora per notiora quippe innotescunt, & attributa sunt quidem notiora: nam per naturalis rationis lumen nota sunt, personae verò minime. Fiunt autem notae personae per attributa, cum singulis personis accommodamus singula attributa, propter peculiare quaedam rationes quae in illis reperiuntur: vt potentiam patri, cum potentia sit operationis principium, & pater est principium non de principio: sapientiam filio, quia sapientia attinet ad intellectum, & filius producitur per actum intellectus. Atque ratione ista, Paulus. 1. Corinth. 1. filio adaptauit sapientiam & virtutem. Bonitatem rursum tribuit spiritui sancto, ob id quod bonitas ad voluntatem spectat, & spiritus sanctus per actum voluntatis producitur.

Quid ap. p. priatio.

& eadem ratione ei tribuitur amor. Haec autem manifestatio personarum per attri-

buta est appropriatio (vt inquit diuus Th.) quocirca appropriatio seu appropriari non est, attributum proprium personae fieri (siquidem essentialia omnia attributa, communia sunt omnibus personis) sed ei accommodari ad sui manifestationem. Vnde consequenter appropriatum hoc pacto definitur potest. ¶ Attributum accommodatum alicui personae propter peculiarem rationem, quae in ea reperitur ad manifestationem eiusdem. ¶ Caterum vt haec clariora reddantur, argumentamur. Per attributa fiunt notae personae: at attributa innotescunt per rationem naturalem absque aliqua reuelatione supernaturali: ergo personae naturali lumine fiunt notae: Cuius oppositum nunc diximus ex mente sancti Thomae.

Quid ap. p. priatio.

Arguuntur in conclusionem.

Secundum.

Responsio.

¶ In praesenti articulo inquit diuus Tho. quod sicut vtimur attributis ad manifestationem diuinarum personarum, sic quoque vtimur similitudine vestigij, vel imaginis in creaturis inuenta: ergo per similitudinem vestigij vel imaginis quae reperitur in creaturis, innotescunt personae: atque adeo personae & trinitatis ipsarum mysterium lumine naturae nota sunt. ¶ Ad haec argumenta respondemus, vt respondimus vbi supra quaestio. 32. artic. 1. quod duntaxat per reuelationem possumus cognoscere Trinitatis arcanum, diuinaeque personas: verum tamen postquam sola fide & reuelatione accipimus ipsum trinitatis arcanum, possumus id aliquo pacto declarare: tum per attributa, tum etiam per similitudinem vestigij vel imaginis, quae in creaturis conspicimus, vt ostendimus infra quaestio. 45. artic. 7. Et hanc doctrinam insinuat diuus Tho. articulo praesentis cum ait. Licet enim trinitas personarum demonstratione probari non possit, conuenit tamen vt per aliqua magis manifesta declaretur. Ac si dicat. abditissimum trium personarum arcanum probari aliqua argumentatione viribus naturae nequit, sed postquam id sola fide acceptum fuerit, declarari iuxta ingenij nostri tenuitatem posse. ¶ At extat dubitatio, quoniam pacto cum accommodamus attributa personis, declarantur personae. Vt cum accommodamus (exempli causa) potentiam patri, sapientiam filio, bonitatem spiritui sancto: Nam videtur id falsum esse. ¶ Respondemus id quippe hoc pacto fieri, quoniam postquam scimus (verbi gratia) patri tribui potentiam, filio sapientiam, spiritui sancto bonitatem ex sacris literis

(quarum testimonia in articulo sequenti ad-
ducemus) continud colligimus in personis
plures esse rationes peculiare & distinctas,
ratione quaru potius vnum attributum ac-
commodatur vni quam alteri; & inde mo-
uemur ad inuestigandas illas proprietates &
rationes; & tandem per doctrinam san-
ctorum, tum etiam per discursum rationis,
ducimur in aliquantam cognitionem earu;
videlicet, quod pater est principium no de
principio, quapropter ei tribuitur potetia
& quod filius produciatur a patre per intel-
lectum, qua ratione ei accommodatur sapie-
tia; & quod spiritus sanctus produciatur a pa-
tre & filio per voluntatem, quamobrem ei
attribuitur bonitas. Et cognitis his rationibus
cognoscuntur personae, & earum distinctio-
nes: ac subinde hac via per attributa cogno-
scimus personarum.

2. C. d. l. 1. s. o. Sit ergo secunda conclu-
sio. Bifariam manifestantur personae per at-
tributa. Primum nempe per viam similitudi-
nis & attributionis, accommodando perso-
nae aliquid attributum, ad denotandum in
ea esse aliquam proprietatem, vt declaratum
est. Secundum plane modo per modum dissi-
militudinis & rationis, ad insinuandum in
ea non esse aliquam imperfectiois proprie-
tatem: & hoc modo tribuitur potetia patri,
ne suspicemur in patre aeterno esse infirmi-
tatem, quae frequenter accidere solet in pa-
tre in humanis propter senium, coeclis &
ex haustis iam viribus. Quocirca duplici cau-
sa potentia appropriatur patri, & propter
hanc & propter illam quam prius assignaui-
mus: quarum vtraque assignat sanctus Th.

*Ad pri-
mum & se-
condum.* articulo sequenti. In responsione ad primu
& 2. Summatim docet, quod omne attri-
butum aequale primum est in omnibus perso-
nis; etenim eadem potentia, sapientia, & bo-
nitas est omnium personarum; & sic de re-
liquis. Quamobrem cum accommodamus
personae attributum (vt diximus) neque fit,
neque fieri vlla ratione potest illi proprium.

*Observa-
tio.* Et obseruandum etiam nimirum est quod
docet ad secundum, scilicet quod pater non
est sapiens sapientia genita, sed sapientia quae
est sua essentia; vt dicit August. 7. de trinit.
capit. 1. & in libro retractationum capit. 16.
quauis in libro 83. quaestionum quae est. 23.
oppositum asseruerit, videlicet patrem esse
sapientem sapientia genita, quod alii in lo-
cis recantauerunt. Et quod pater non sit sapiens
sapientia genita, probat loco allegato. 7. de
trinit. in hunc modum. In Deo idem est sa-

*Probatio
Augusti.* piens

pere quod esse: si ergo pater est sapiens sa-
pientia genita, sequitur quod est a sapientia
genita: & ex consequenti genitum est ratio
quare gignens sit: quod sane pugnat. In re-
sponione ad 3. asserit, quod attributum na-
turae sua est prius persona cui adaptatur se-
cundum modum nostrum intelligendi: vt
sapientia quatenus sapientia, prior ratione
est filio: verum secundum rationem appro-
priatam, & vt ordinatur ad eius manifestatio-
nem est posterior illo. Neque aliquid inco-
modi est, idem esse prius & posteriori alio
respektu diuersorum: sicut color est poste-
rior corpore in quantum est corpus: prior
tamen est corpore albo, in quantum est al-
bum. Circa hanc materiam fuit haeresis,
quam diuus Bernardus epist. 190. tribuit
Petro Abailardo, quae quidem affirmat ap-
propriata personarum illis esse propria: itaque
potentia erat propria patris, & non conue-
niebat filio neque spiritui sancto: & sapien-
tia propria filii, neque erat in patre neque in
spiritu sancto: & benignitas propria spiri-
tus sancti, quae neque competeat patri nec
filio. A diuersis errorum istum insurgimus,
probando ex sacris literis sapientiam, po-
tentiam, atque benignitatem communes
esse omnibus personis. Et in primis id
probamus de potentia, quod conueniat fi-
lio & spiritui sancto: nam de patre ipse fa-
teretur. Etenim de filio Ioan. 1. dicitur, omnia
per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est
nihil. Et psalm. 106. de eodem dicitur, do-
minus fortis & potens, dominus potens in
praelio. Et Esai. 9. inter alia nomina quae tri-
buit propheta filio, sunt ista: Deus fortis, pa-
ter futuri saeculi: quae non ob aliam causam
quam propter eius potentiam illi tribuun-
tur. Et de filio & spiritu sancto simul psal-
m. 12. inquit vates regius. Verbo domini
caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis
virtus eorum. At vero sapientiam esse in
patre & spiritu sancto etiam probamus,
(nam de filio necessum non est, cum autor
haeresis concedat,) siquidem Paulus in cal-
ce epistolae ad Roman. loquens de persona
patris ait. Soli sapienti Deo per Iesum Chri-
stum, cui honor & gloria in saecula saeculo-
rum. Quod si cui visum est dicere, quod de
Paulus eo loco non loquatur sigillatim de
patre, sed de Deo in comuni vt conuenit tri-
bus personis. Profecto ex hac met responso-
ne clarius colligitur quod nitimur probare.
Quonia si deus, vt cois est tribus personis, sa-
piens

*Ad 1. tero-
tium.*

*Error A
bailardi.*

*Cisfuran-
error A
bailardi.*

*Probatum
potentiam
conuenire fi-
lio & spiri-
tui sancto.*

*Ostendit
sapientiam
tribus patri
& spiritui
sancto.*

*Fugit
conuenire
ex verbis
isidori.*

piens est: consequens proculdubio erit, om-
nes tres personae esse sapientes. Item de spi-
ritu sancto Ioan. 16. ipiamet veritas praedi-
cat: Cum autem venerit ille spiritus verita-
ris docebit nos omne veritate: at quomodo
sapiens non est, qui potens est docere om-
nem veritatem? & Esai. ca. 11. inter alia do-
na spiritus sancti, quae in nos effundit ipse
met spiritus sanctus, enumerat sapientiam
scientiam, & intellectum: quippe fieri non po-
test, vt qui sapientiam, scientiam, & intelle-
ctum tam abunde effundit in alios, sapiens
ipse non sit. Illud duntaxat superest no-
bis probandum, benignitatem scilicet esse in
patre & in filio, cum de spiritu sancto Pe-
trus Abailardus asserat: Lucae naq; 6. Chri-
stus redemptor noster patrem esse benignu
testatur inquis. & eritis filij altissimi, quia
ipse benignus est super ingratos & malos.
De filio autem Salomon sermonem facies,
de sapientia quae filius dei est, ita ait sapient.
7. este enim in illa spiritus intelligentiae san-
ctus: & subiungit, suavis, amans bonu, acu-
tus, qui nihil v erat bene facere, humanus,
benignus &c. & tandem expressiushoc nos
docet Paulus ad Titum. 3. Cum autem beni-
gnitas & humanitas apparuit saluatoris no-
stri &c. Ergo coisans veritas est, illa approp-
riata personarum comunita esse omnibus
personis, & nulli propria: quauis vt dixi-
m. initio articuli. August. appropriata pro-
pria vocet, & quod nos intelligimus per ap-
propriata, ipse plane nomine priorum
intelligit.

*Demonstra-
tur benigni-
tatem cois-
m. patri
& filio.*

Articulus octauus.

Vtrum conuenienter a sacris doctori-
bus sint essentialia personis attributa.



D. octauum
sic procedit:
Videtur quod in
conuenienter a
sacris docto-
ribus sint essen-
tialia personis attributa. Dicit enim

Hila in. 2. de tri. Eternitas est in pa-
tre, species in imagine, vsus in mu-
nere. In quibus verbis ponit tria no-
mina propria personarum, scilicet
nomen patris, & nomen imaginis
quod est propriu filio (vt supra dictu
est) & nomen muneris siue donu,
quod est proprium spūs sancti (vt
supra habitum est.) Poni etia tria
appropriata. Nam eternitatem ap-
propriat patri, speciem filio, vsu
spiritui sancto. Et videtur quod irra-
tionabiliter. Nam aternitas im-
portat durationem essendi, species
vero est essendi principium; vsus
vero ad operationem pertinere vi-
detur. Sed essentia & operatio nul-
li personae appropriari inueniun-
tur. Ergo inconuenienter videntur
ista appropriata personis.

Præterea. Augustinus in primo
de doc. christi sic dicit. In patre est
vnitas: in filio æqualitas: in spū san-
cto æqualitatis vnitasque; concordia.
Et videtur quod inconuenienter.
Quia vna persona non denomina-
tur formaliter, per id quod appro-
priatur alteri. Non enim est sapiens
pater sapientia genita (vt dictum
est.) Sed sicut ibidem subditur, tria
hæc vnum omnia sunt propter pa-
trem: æqualia omnia propter filiu:
connexa omnia propter spiritum
sanctum. Non ergo conuenienter
appropriantur personis.

Item secundum August. patri at-
tribuitur potentia, filio sapientia,
spiritui

spiritui sancto bonitas. Et videtur hoc esse inconueniens. Nam virtus ad potentiam pertinet. Virtus autem inuenitur appropriari filio, secundum illud primæ ad Corin. primo. Christum Dei virtutem. Et etiam spiritui sancto, secundum illud Luc. 6. Virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Non ergo potentia patri est approprianda.

¶ Item Augustin. in libr. de trinit. dicit. Non confusè accipiendū est quod ait apostolus. Ex ipso, & per ipsum, & in ipso. Ex ipso dicens propter patrem, per ipsum propter filium, in ipso propter spiritū sanctum. Sed videtur quod inconueniēter: quia per hoc quod dicit in ipso videtur importari habitudo causæ finalis, quæ est prima causarū. Ergo ista habitudo causæ deberet appropriari patri, qui est principium non de principio.

¶ Item inuenitur veritas appropriari filio, secundum illud Ioan. 14. Ego sum via veritas & vita. Et similiter liber vitæ, secundum illud psal. In capite libri scriptum est de me. Glo. 14 est apud patrem qui est caput meum. Et similiter hoc quod dico, qui est. Quia super illud Isa. 63. Ecce ego ad gentes. dicit gloss. Filius loquitur, qui dixit Moyse. Ego sum, qui sum: sed videtur quod propria sint filij, & non appropriata. Nam veritas secundum Augustin. in libro de vera religione est sum-

ma similitudo principij absq; omni dissimilitudine. Et sic videtur quod propriè conueniat filio, qui habet principium. Liber etiam vitæ videtur proprium aliquid esse. Quia significat ens ab alio. Omnis enim liber ab aliquo scribitur.

Hoc etiam ipsum qui est, videtur esse proprium filio. Quia sicut dicitur Moyse ego sum qui sum, loquitur trinitas. Ergo Moyse poterat dicere, ille qui est pater & filius & spiritus sanctus misit me ad vos. Ergo & ulterius dicere poterat, ille qui est pater & filius & spiritus sanctus misit me ad vos, demonstrando certam personam. Hoc autem est falsum: quia nulla persona est pater & filius & spiritus sanctus. Non ergo potest esse commune trinitati, sed est proprium filij.

¶ Respondeo dicendum, quod intellectus noster, qui ex creaturis in Dei cognitionem manu ducitur, oportet quod Deum consideret secundum modum quem ex creaturis assumit. In consideratione autem alicuius creaturæ quatuor per ordinem nobis occurrunt. Nam primò consideratur res ipsa absolute, in quantum est ens quoddam. Secunda autem consideratio rei est, in quantum est vna. Tertia consideratio rei est, secundum quod inest ei virtus ad operandum, & ad causandum. Quarta autem consideratio rei est secundum habitudi-

nem

nem quæ habet ad causata. Vnde hęc etiam quadruplex consideratio circa Deum nobis occurrit. Secundum igitur primam considerationem qua consideratur absolute Deus secundum esse suum, sic sumitur appropriatio Hila. secundum quam æternitas appropriatur patri, species filio: vsus spiritui sancto. Æternitas enim in quantum significat esse non principiatum similitudinem habet cum proprio patris, qui est principium non de principio. Species autem, siue pulchritudo habet similitudinem cum proprijs filij. Nam ad pulchritudinem tria requiruntur. Primo quidem integritas, siue perfectio, quæ enim diminuta sunt, hoc ipso turpia sunt. Et debita proportio, siue consonantia, & iterum claritas. Vnde quæ habent colorem nitidū pulchra esse dicuntur.

¶ Quantum igitur ad primum similitudinem habet cum proprio filij, in quantum est filius habens in se verè & perfectè naturam patris. Vnde ad hoc innuendum Augustin. in sua expositione dicit. Vbi scilicet in filio summa & perfecta vita est &c.

¶ Quantum verò ad secundum conuenit cum proprio filij, in quantum est imago expressa patris. Vnde videmus quod aliqua imago dicitur esse pulchra, si perfectè representet rem, quanuis turpem. Et

hoc tetigit Augustin. cum dicit. Vbi est tanta conuenientia, & prima æqualitas &c.

¶ Quantum verò ad tertium conuenit cum proprio filij, in quantum est verbum: quod quidem lux est, & splendor intellectus, ut Damasc. dicit. Et hoc tangit Augustin. cum dicit. Tanquæ verbum perfectū, cui non desit aliquid, & ars quædam omnipotentis Dei &c. Vsus autem habet similitudinem cum proprijs spiritus sancti, largo modo accipiendo vsus, secundum quod uti comprehendit sub se etiam frui, prout uti est assumere aliquid in facultatem voluntatis, & frui est cum gaudio uti, ut Augustin. 10. de trinit. dicit. Vsus ergo quo pater & filius se inuicem fruuntur, conuenit cum proprio spiritus sancti in quantum est amor. Et hoc est quod Augustin. dicit. Illa dilectio, delectatio, felicitas vel beatitudo, vsus ab illo appellatus est. Vsus verò, quo nos fruimur similitudinem habet cum proprio spiritus sancti, in quantum est donum. Et hoc ostendit Augustin. cum dicit. Est in trinitate spiritus sanctus genitoris, genitiq; suauitas, ingenti largitate atque vbertate nos vel creaturas perfundens. Et sic patet quare æternitas, species, & vsus personis attribuantur, vel approprientur, non autem essentia vel operatio, quia in ratione horum,

V 5 propter

propter sui communitatem non inuenitur aliquid similitudinem habens cum proprijs personarum. Secunda verò consideratio Dei, est in quantum consideratur vt vnus. Et sic Augustinus patri appropriat vnitatem: filio æqualitatem: spiritui sancto concordiam, siue connexionem. Quæ quidem tria vnitatem importare manifestum est, sed differenter. Nam vnitatis dicitur absolute, non præsupponens aliquid aliud: & ideo appropriatur patri, qui non præsupponit aliquam personam, cū sit principium non de principio. Æqualitas autem importat vnitatem in respectu ad alterum. Nam æquale est quod habet vnā quantitatem cū alio. Et ideo æqualitas appropriatur filio, qui est principium de principio. Connexio autem importat vnitatem, aliquorum duorum. Vnde de appropriatur spiritui sancto, in quantum est à duobus. Ex quo sensu etiā intelligi potest, quod dicit Augustinus. tria esse vnum propter patrem, æqualia propter filium, cōnexa propter spiritum sanctum. Manifestum est enim quod illi attribuitur vnūquodque, in quo primò inuenitur, sicut omnia inferiora dicuntur viuere propter animam vegetabilem, in qua primò inuenitur ratio vitæ: in istis inferioribus. Vnitas autem statim inuenitur in persona patris, etiā per impossibi-

le remotis alijs personis. Et ideo alię personę à patre habent vnitatem, sed remotis alijs personis non inuenitur æqualitas in patre. Sed statim posito filio inuenitur æqualitas. Et ideo dicuntur omnia æqualia, propter filiū, nō quod filius sit principium æqualitatis patri, sed quia nisi esset patri æqualis filius, pater æqualis non posset dici. Æqualitas enim eius primò consideratur ad filium. Hoc enim ipsum, quod spiritus sanctus patri æqualis est à filio habet. Similiter excluso spiritu sancto, qui est duorum nexus, non posset intelligi vnitatis cōnexionis inter patrem & filium. Et ideo dicuntur omnia esse cōnexa propter spiritum sanctum. Quia posito spiritu sancto inuenitur ratio connexionis in diuinis personis. Vnde pater & filius possunt dici connexi.

¶ Secundū verò tertiam considerationem, qua in deo sufficiens virtus consideratur ad causandum, sumitur tertia appropriatio: scilicet potentie, sapientie, & bonitatis. Quæ quidē appropriatio fit, & secundum rationem similitudinis: si consideretur, quod in diuinis personis est. Et secundum rationem dissimilitudinis, si consideretur quod in creaturis est. Potentia enim habet rationem principij, vnde habet similitudinem cum patre cælesti, qui est principium totius diuinitatis. Deficit autem interdum pa-

tri

tri terreno propter senectutem. Sapientia verò similitudinem habet cum filio cælesti, in quantum est verbum, quod nihil aliud est, quā conceptus sapientie. Deficit autem interdum filio terreno, propter temporis paucitatem. Bonitas autem, cū sit ratio & obiectum a moris habet similitudinem cum spiritu diuino, qui est amor, sed repugnantiam habere videtur ad spiritum terrenum, secundum quod importat violentiam quandam & impulsione, prout dicitur Isa. 26. Spiritus robustorum, quasi turbo impellens parietem. Virtus autem appropriatur filio & spiritui sancto, non secundum quod virtus dicitur ipsa potentia rei, sed secundum quod interdum virtus dicitur id quod à potentia rei procedit, prout dicimus aliquid virtuosum factum esse virtutem alicuius agentis.

¶ Secundum verò quartam considerationem prout consideratur Deus in habitudine ad suos effectus, sumitur illa appropriatio ex quo per quem & in quo. Hæc enim præpositio ex importat habitudinem quandam causæ materialis, quæ locum non habet in diuinis. Aliquādo verò habitudinem causæ efficientis, quæ quidem competit Deo ratione suę potentie actiue. Vnde & appropriatur patri, sicut & potentia. Hæc verò præpositio per designat quidem quandoque causam

mediam, sicut dicimus quod faber operatur per martellum. Et sic ly per, quandoque non est appropriatum, sed proprium filij, secundum illud Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt: non quia filius sit instrumentum, sed quia ipse est principium de principio. Quandoque verò designat habitudinem forme per quam agens operatur, sicut dicimus quod artifex operatur per artem. Vnde sicut sapientia & ars appropriantur filio: ita & ly per quem. Hæc verò præpositio in, denotat proprie habitudinem continentis. Continet autem Deus res dupliciter. Vno secundum suas similitudines, prout scilicet res dicuntur esse in Deo, in quantum sunt in eius scientia. Et sic hoc quod dico in ipso, esset appropriatum filio. Alio verò modo continentur res à Deo, in quantum Deus sua bonitate eas conseruat & gubernat, ad finem conuenientem adducendo. Et sic ly in quo, appropriatur spiritui sancto, sicut & bonitas. Nec oportet, quod habitudo causæ finalis, quæ sit prima causarum) appropriatur patri, qui est principium non de principio quia personę diuine: quarum pater est principium, non procedunt vt ad finem (cū que libet illarum sit vltimus finis) sed naturali processione, qua magis ad rationem naturalis potentie pertinet re videtur.

¶ Ad

¶ Ad illud verò quod de alijs quaeritur dicendum, quòd cum veritas pertineat ad intellectum (vt supra dictum est) appropriatur filio, nō tamen est proprium eius: quia veritas (vt supra dictum est,) considerari potest, prout est in intellectu, vel prout est in re. Sicut igitur intellectus & res essentialiter sumpta sunt essentialia, & non personalia, ita & veritas. Diffinitio autem Augustini inducta, datur de veritate secundum quod appropriatur filio. Liber autem vitę in recto quidem importat noticiam, sed in obliquo vitam. Est enim (vt supra dictum est) notitia Dei de his qui habituri sunt vitam æternam. Vnde appropriatur filio, licet vita approprietur spiritui sancto, in quantum importat quędam interiorem motum. Et sic conuenit cum proprio spiritus sancti, in quantum est amor. Esse autem scriptum ab alio, non est de ratione libri in quantum est liber: sed in quantum est quoddam artificiatum. Vnde non importat originem neque est personale, sed appropriatum personę. Ipsum autem nomen qui est, appropriatur personę filij, non secundum propriam rationem, sed ratione adiuncti: in quantum scilicet in locutione Dei ad Moysen præfigurabatur liberatio humani generis: quę facta est per filium. Sed tamen se-

cundum quod ly qui, sumitur relatione, posset referri interdum ad personam filij. Et sic sumeretur personaliter, vt puta si dicatur filius est genitus qui est, sicut & Deus genitus personale est. Sed infinite sumptum est essentialia. Et licet hoc pro nomen iste, grammaticę loquendo, ad aliquam certam personam videatur pertinere, tamen qualibet res demonstrabilis grammaticę loquendo persona dici potest, licet secundum rei naturam, non sit persona. Dicimus enim iste lapis, & iste asinus. Vnde & grammaticę loquendo, essentia diuina, secundum quod significatur & supponitur per hoc nomen Deus, potest demonstrari hoc pronomine iste: secundum illud Exodi. 15. Iste Deus meus, & glorificabo eum.

Commentarium.



Ratens commentarium duas continet partes, in priori quidem agitur de appropriatis personarum, quę sacra scriptura illis accomodat: in secunda verò de appropriatis earum personarum, quę sancti illis adaptant.

Propriatis earum personarum, quę sancti illis adaptant.

Prima commentarij pars.



In hoc ergo articulo S. Th. specialiter agit de appropriatis personarum: in qua nepe pertractatione nō profus ordinē D. Tho. obseruamus. ¶ In primis

itaq; dicimus, sacra paginam adaptare potest patri, sapientia filio, bonitate atq; benignitate spiritui sancto. De potetia probatur ex illo Pauli. 1. ad Timoth. 6. Præcipio tibi coram

corā deo qui viuificat omnia, & christo Iesu qui testimoniū reddidit sub Poncio Pilato bonam confessionem, vt serues mandatum sine macula irreprehensibile, vsque in aduentū domini nostri Iesu Christi, quem suis temporibus ostēdit beatus & solus potens rex regū & dominus dominatū &c. Quę verba iuxta sententiā plurimū doctorū & sanctorū, vt Chrysostrōmi in expositione eorū verborū homilia. 18. & diui Gregorij super eadē expositione, intelliguntur de patre: atq; ad eodē potetia Paulus tribuit patri, cum ait, solus potens: quod in proposito intelligendū venit per appropriationē. Nec laet nos, præfatum locum alios doctores & sanctos exposuisse de tota trinitate: vt sanctū Th. in explanatione eorū verborū imitatus August. lib. 1. de trinit. cap. 6. & alibi vt diximus quęst. 1. art. 3. Ecclesiastici itidem primo, tribuitur potetia patri, vbi habetur Vnus est altissimus creator omnium, omni potens & rex potens, & metuendus nimis, sedens super thronū illius, & dominans deus, ipse creauit illam in spiritu sancto: id est produxit sapientiā cum spiritu sancto, quia ab æterno vtrunq; produxit, hoc est filium & spiritū sanctū: quemadmodū plures exponūt, vt Burgenis hoc loco. Vel alio modo vt explanat glossa, produxit sapientiam in spiritu sancto: id est, vnigenitū aduentum per verbū sibi coæternū cum spiritu sancto dispensauit, quomodo per virginis partum ad salutē mūdi veniret, hæc glossa. & modo amplectamur primā, modò secundā declarationē, norum est præfatū locū de patre intelligi debere, & res aperta sanē est, sanctā catholicā ecclesiā Romanam sapissimē tribuere patri omnipotentiam, dum in quotidianis ferē precibus deū obsecrat dicens: omnipotens sempiternus deus &c. quas finiens inquit, per dominū nostrum Iesum christum, qui in vnitare spiritus sancti etc. ¶ De sapientia autem quòd filio ascribatur in sacris literis, manifestū est ex Paulo: 1. ad Corinth. 1. vbi appellat Christū redemptorem nostrū dei sapientiā, vt visum est articulo præcedenti, & ecclesiastici. 1. omnis sapientia à domino deo est, & cum illo fuit semper, & est ante æuū, & post pauca. Sapientiam dei præcedentem omnia, quis inuestigauit? Prior omnīū creata est sapientia, & intellectus prudentie, ab auo. fons sapientię, verbum dei in excelis. & ecclesiastici 24. ipsa sapientia loquens ait, ego ex ore al-

tissimi prodiui primogenita ante omnem creaturā. Planē adeo apertū est, hæc testimonia loqui de filio, & ei sapientiā tribui, vt nulla indigeamus probatione: & quidē sunt plurima alia scripturę loca, quib; hæc assertio euidenter probatur. ¶ At per cōtuberos, cur Dei sapientia interdū dicatur creata, nō nunq; verò genita, sicut claret in præfatis autoritatibus. Huic difficultati nos respondemus iuxta mentē Hilarij & D. Th. quęst. 27. ar. 1. disp. 1. 3. disputationis parte. ¶ At verò quod etiā spiritui sancto bonitas seu benignitas accommodetur, probatur. In primis ex illo psal. 1. 42. spūs tuus bonus deducet me in terrā rectā, & Luca. 11. Pater vester celestis de celo dabit spiritū bonū perētibus. ¶ Ceterū rationes, ob quas diuinis personis aptatur ea attributa, sunt duplices, vt clarē innuit S. Th. hoc articulo: quędā per viā similitudinis, & has nos assignauimus articulo præcedenti: alię sunt autē per viā dissimilitudinis, quas S. Th. assert in præfati articulo, & etiā Magister sentē. in 1. dist. 34. Cuius verba quę sunt notatu digna referem: verba itaq; Magistri sic habēt. Dixerat enim scriptura sacra quia Deus pater est: & quòd Deus filius est: & audiuit hoc homo qui hominem patrem viderat, Deum patrem non viderat: cogitare cōpit ita esse in creatore, vt viderat esse in creaturis, à quib; hæc nomina trās lata sunt ad creatorē: in quibus p̄ est prior filio, filius est posterior patri: & ex antiquitate in patre defectus, ex posteritate in filio, imperfectio sensus solēt nominari. Ideo occurrit scriptura dicens, pater potētē, ne videatur prior filio: & ideo minus potēs. Et filii sapientē, ne videatur posterior patri: & ideo minus sapiēs. Dicitur est etiā spūs sanctus deus, & dicitur est habere spiritū deus: & videbatur hoc quasi nomē inflationis & timoris, vnde humana cōsciētia ad deū pro rigore & credulitate accedere metuit: ideo q; scriptura tēperauit sermonē suū spiritū bonū nominās, ne crudelis putaretur qui mixis erat: Hęc ille. ¶ Id nimirū vult (vt verba eius sãma verò in pauca cōferamus) quod potetia tribuitur patri æterno in scriptura, ne putemur ei inesse impotetiā: vt cōtingit in patribus humanis, qui corporis sui robore senescēte fiunt impotēs: & sapientiā filio, ne existimemus eū carere sapientia: vt accidit filiis hominū in ipsa pueritia: bonitatemq; spiritui sancto, ne arbitremur in eo esse timorē & inflationē: vt contingit in spiritu creator: vel

Dubitatio

Sacra litte. re adaptas bonitatem spiritui sancto.

Duplici do. causa potetia tribuitur patri: sapientia, filio: bonitas S. S.

Magister sententiar.

Sama verò beru Mag.

(vt di

(vt dicit sanctus Tho.) ne arbitremur eum esse violentum & impetuofum, vt euenire solet in spiritu creatori iuxta illud Efaie. 26. Spiritus robustorum quasi turbo impellens partetem. Et obserua verba illa Magistri redolere phrasin August. tamen ea nos formaliter in ipso August. repetere minime potuimus: etsi libr. 3. contra Maximinum cap. 14. quid simile videatur asserere. ¶ Rursus, liber vitæ, vt metaphoricè sumitur in scriptura pro notitia Dei, qua prædestinauit ad vitam quos præsciuit (vt visum est quæst. 24. arti. 1.) est attributum conueniens omnibus personis, sed appropriatur filio psal. 39. In capite libri scriptum est de me. Vbi est sermo filij ad patrem, vt constat ex Paulo ad Heb. 10. Appropriatur (inquam) filio in illis verbis psalmi, secundum glossam quæ inquit: in capite libri scriptum est de me: id est, apud patrem qui est caput meum. Vbi clarè nomine capitis intelligit patrem, & nomine libri filium. ¶ Ratio autem huius est, quia liber potissimum in ea significatione metaphoricè pertinet ad intellectum: & ea quæ ad intellectum pertinent appropriantur filio: vt ars, sapientia, veritas. ¶ Insuper, sicut esse est Dei attributum quod conuenit omnibus personis, ita quoque complexa ista: ego sum qui sum: qui est: Et sunt nomina maxime propria Deo, vt ostensum est supra quaestio. 13. art. 11. Verum accommodantur filio secundum glossam, quæ (in expositione illius verbi Efaie. 63. Ecce ego ad gentes) inquit: filius loquitur, qui dixit: Moyse Exod. 3. ego sum qui sum. ¶ At notat diuus Tho. quod hoc loco complexa illa non tribuuntur filio secundum propriam rationem, sed ratione adiuncti: quatenus in loquutione Dei ad Moysen, qua intèdebat redemptione Israel ab Egyptiaca seruitute, præfigurabat ut liberatio humani generis quæ facienda erat per filium. ¶ Ad hæc ista prædicata, omnia esse ex ipso Deo: esse per ipsum Deum, esse in ipso Deo, sunt communia omnibus tribus personis: quando quidem omnia sunt ex patre per patrem, & in patre: omnia sunt ex filio per filium, & in filio: & omnia denique sunt ex spiritu sancto per spiritum sanctum, & in spiritu sancto: sumpta particula ex, vt dicit ordinem causæ efficientis: non ordinem causæ materialis. Veruntamen iuxta sensum plurimum doctorum & sanctorum, hæc prædicata appropriantur singula singulis personis à Paulo ad Rom. n. Cum ait. Ex

ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ex ipso, id est patre: per ipsum, id est filium: in ipso, id est in spiritu sancto. Ita exponit diuus Thom. in præfati, & super epistolam ad Rom. loco citato, & Anselmum eodem loco, & plures alij. Quem sensum videtur pariter explicare Paul. 1. Corinth. 8. dum ait. Vnus est Deus pater, ex quo omnia, & nos in illum: & vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. ¶ Obserua tamè, quod in hoc articulo diuus Th. asserit hunc sensum esse iuxta mentem August. optimas planè eum citasse locum diui August. quo id assereret. Cæterum attendente perlustratis locis, vbi eam autoritatem Pauli explicat Augusti, illum sensum minime asserit, sed planè diuersum: vt constat libro de natura boni aduersus Manichæum capit. 2. & libro de moribus ecclesiæ, & de fide & symbolo, capit. 9. & epistol. 66. & 105. Quibus omnibus locis explicat verba Pauli de Deo in communi, & non sigillatim de personis: quinimò, 1. lib. de trinitate, capit. 6. refert hunc sensum quem dicit diuus Tho. esse Augustini, & procul dubio si verba eius expendantur confutatur potius quam probentur: sed forsitan alibi id asserit Augustinus quod diuus Thom. affirmat, si quis reperit candidus impertiat: per gratiam enim nobis faciet. ¶ Ratio autem cur ex ipso, tribuatur patri, est numerum, quoniam illa particula ex, dicit habitudinem causæ efficientis, ad quam spectat potentia, quæ tribuitur patri. Per ipsum verò accommodatur filio, quando particula illa per, designat habitudinem rei per quam agens operatur: sicut cum dicimus: Deus autem sua bonitate, quæ spiritui sancto appropriatur, continet omnes res conseruando & gubernando. ¶ Et adde quod est hoc prædicatum, omnia fieri per ipsum Deum tanquam per causam efficientem, sit commune omnibus personis, & appropriatum filio, sed omnia fieri, per Deum tanquam per verbum, non est appropriatum filij, sed proprium potius: vt optime annotat sanctus Tho. ¶ Denique sunt plura alia attributa aut prædicata communia omnibus personis, quæ in sacro eloquio tribuuntur sigillatim illis: & ea quidem longum esset recensere, vt trahere hominem

Animaduertere.

Ratio.

Nota.

Trahere ad

hominem ad fidem, competit omnibus tribus personis: siquidem est opus ad extra, & opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa. Verum redemptor noster hoc appropriat patri Ioan. 6. Nemo potest venire, ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Causa tamen cur trahere ad fidem, patri tribuatur est, quia trahere, ad potentiam attinet, quæ tribuitur patri.

Secunda commentarij pars.

De appropriatis personarum quæ ipsis personis sancti accommodantur ipsi. Hilarius.



Adaptat asserunt patri, spiritus filio, & vnus spiritus.

Am verò de appropriatis personarum quæ ipsis personis sancti accommodantur, breuit agendum nobis est. In primis itaque Hilarius libro. 2. de Trinitate. adaptat eternitatem patri, speciem filio, & vsum spiritui sancto. Ait enim in patre esse Eternitatem, speciem in imagine, vsum in munere: vbi nomine imaginis intelligit filium, & nomine muneris spiritum sanctum. Qui quidem perfidicilis locus rogitur August. libr. 6. de Trinitate. capite. 10. vbi conatur præfata verba Hilarij declarare. Et Magister sentent. distinct. 31. 1. libr. citatis verbis Augustini quibus contendit explicare Hilarium, subiungit. Ecce habes qualiter verba Hilarij præmissa accipienda sint, licet tantæ sint profunditatis, vt etiam adhibita expositione vix aliquatenus ea intelligere valeat humanus sensus: Cum & ipsa eorum explanatio quæ hic Augusti, edidit, plurimum in se habeat difficultatis & ambiguitatis. Hæc Magister. ¶ Verum enim verò satis lucidè exponit sanctus Thom. Hilarij verba, quoniam aliquanto prolixius: quam obrem nos paucis Hilarium interpretabimur iuxta Augustini & sancti Thomæ mentem. Asserimus vtiq; eternitatem appropriari patri, quia eternitas non habet temporis principium, verum neque imaginariū, & pater est principium sine principio. Species autem (quæ idem est in præsentia quod pulchritudo, iuxta illud Euripidis in phanissis, species prima digna est imperio, qui locus etiam à Porphyrio refertur cap. de specie)

Declaratur verba Hilarij.

tribuatur filio, quia filius est perfecta imago patris, perfectissimè representans & exprimens illum: ac proinde est maxima atq; infinita pulchritudo ipse filius. Quoniam cuiusque imaginis pulchritudo in hoc consistit, vt ad viuum & perfectè referat representet quæ illum cuius est imago: modo illa representet rem pulchram, vt in diuinis: modò rem turpem, vt aliquando contingit in humanis. Vnus verò qui ab Hilario sumitur pro fruitione, appropriatur spiritui sancto, quia personæ diuinæ se inuicè fruuntur per amorem, qui tribuitur spiritui sancto. ¶ Demum Augustin. in. 1. de doctrina christiana cap. 5. patri appropriat vnitatem, filio æqualitatem, spiritui sancto concordiam vtriusque, patris scilicet & filij. Etenim ait: in patre est vnitatis: in filio æqualitatis: in spiritu sancto vnitatis æqualitatisque concordia. Et hæc tria vnum omnia propter patrem: æqualia omnia propter filium: connexa omnia propter spiritum sanctum. ¶ Vnitatis autem tribuitur patri, quia quemadmodum vnitatis est principium numeri, & nullam aliam numeri partem præsupponit: ita pater est principium non de principio, & nullam aliam personam præsupponit. ¶ Æqualitas verò appropriatur filio, quoniam est principium spiritus sancti, & de principio, purè patre: & in quantum est principium, par est patri: & in quantum est de principio, par est spiritui sancto: & nulla alia persona trinitatis est principium ad intra, & de principio, nisi filius. Aut secundæ personæ (quæ est filius) tribuitur æqualitas, quia per positionem secundæ personæ insurgit in diuinis æqualitas, & non per positionem primæ. Nam si dato impossibile, solum esset prima persona, non esset in Deo æqualitas: & quod spiritus sanctus sit æqualis patri, hoc habet à filio à quo procedit. ¶ Concordia autem patris & filij accommodatur spiritui sancto, quia concordia oritur ex amore, qui tribuitur spiritui sancto. ¶ Et ob id dicit Augustinus quod in diuinis omnia dicuntur vnū, propter patrem, quia vnitatis potius patri tribuitur: & omnia æqualia, propter filium, quoniam tantum filio appropriatur æqualitas: & omnia connexa, propter spiritum sanctum, quando solummodo connexio appropriatur spiritui sancto: sicut in creaturis omnia sunt calida propter ignem, quia caliditas potissimum tribuitur igni. ¶ Et notat diuus Thom.

Appro priata ab Augusti.

Ratio qua reuinitur tribuitur patri.

Ratio qua reuinitur tribuitur filio.

Ratio qua reuinitur concordia appropriatur S. S.

Tho. diuersa attributa appropriari diuersis personis, secundum diuersas Dei considerationes: quod per facile erit lectori in littera diui Tho. intelligere, quemadmodum & reliqua quæ in hoc articulo continentur. ¶ At verò etiam aduerte, quòd diuus Tho. videtur probare virtutem spiritui sancto tribui ex illo Luca. 6. virtus de illo exibat & sanabat omnes: vt constat in corpore articuli, & in argumeto. 3. Quod profectò nos non intelligimus quoniam pacto probetur ex illo testimonio: virtus enim in illis verbis non assumitur pro spiritu sancto, nec verum esset dicere, spiritum sanctum exire ex tra ab ipso domino redemptore nostro: sed potius nomen virtutis sibi accipitur, vel pro

abundantia miraculorum quæ Christus edebat, vel pro ipsa salute quam plures consequebantur per eius miracula: Et Chrysostomus in expositione istorum verborum, ait. Neque enim alienam virtutem accipiebat Christus, sed cum naturaliter esset Deus, propriam virtutem super infirmos emittens sanabat omnes. Quibus verbis ab ùde liquet, nomen virtutis hoc loco non accipi pro spiritu sancto. Fortassis id efficacius probaretur ex illo Luca. 1. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: & ex alijs locis, nisi dicamus quod virtus illo loco Luca. 6. assumitur pro effectu qui tribuitur spiritui sancto.

QVAESTIO. XL.

De personis in comparatione ad relationes siue proprietates



Inde quaeritur de personis in comparatione ad relationes, siue proprietates.

¶ Et quaeruntur quatuor. Primò vtrum relatio sit idem quod persona. Secundò vtrum relationes distinguant & constituent personas: Tertio vtrum abstractis per intellectum relationibus à personis, remaneant hypostases distincte. Quarto vtrum relationes secundum intellectum praesupponant actus personarum, vel econuerso.

Articulus primus.

Vtrum relatio sit idem quod persona.



Primum sic proceditur. Videtur quod in diuinis non sit idem relatio, quod persona.

Quæcunq; enim sunt idem, multiplicato vno eorum multiplicatur & aliud. Sed contingit in vna persona esse plures relationes, sicut in persona patris est paternitas & communis spiratio. Et iterum vnam relationem in duabus personis esse: sicut communis spiratio est in patre & filio. Ergo relatio non est idem quod persona.

¶ Præterea. Nihil est in seipso secundum philosopho. in. 4. physico. Sed relatio

relatio est in persona. Nec potest dici quod ratione identitatis, quia sic esset etiam in essentia. Ergo relatio siue proprietates, & persona non sunt idem in diuinis.

¶ Præterea, Quæcunq; sunt idem, ita se habent quod quicquid prædicatur de vno, prædicatur & de alio.

Non autem quicquid prædicatur de persona, prædicatur de proprietate. Dicimus enim quod pater generat, sed non dicimus quod paternitas sit generans. Ergo proprietates non sunt idem quod persona in diuinis.

¶ Sed contra. In diuinis non differt quod est & quo est, vt habetur à Boetio in libro de hebdomada. Sed pater paternitate est pater. Ergo pater idem est quod paternitas, & eadem ratione aliæ proprietates idem sunt cum personis.

¶ Respondeo dicendum, quod circa hoc aliqui diuersimode opinati sunt. Quidam enim dixerunt proprietates, neque esse personas, neque in personis. Qui fuerunt moti ex modo significandi relationum, quæ quidem non significant, vt in aliquo, sed magis vt ad aliquid. Vnde dixerunt relationes esse assistentes, sicut supra expositum est. Sed quia relatio secundum quod est quædam res in diuinis, est ipsa essentia, essentia autem idem est quod persona (vt ex dictis patet) oportet quod tunc relatio sit idem quod persona. Hæc igitur identitatem alij consideran-

tes dixerunt, proprietates quidem esse personas, non autem in personis: quia non ponebant proprietates in diuinis, nisi secundum modum loquendi vt supra dictum est. Necessè est autem ponere proprietates in diuinis, vt supra ostendimus. Quæ quidem significatur in abstracto, vt quædam formæ personarum. Vnde cum de ratione formæ sit quod sit in eo cuius est forma, oportet dicere proprietates esse in personis, & eas tamen esse personas, sicut essentiam esse in Deo dicimus, quæ tamen est Deus.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod persona & proprietates sunt idem re, differunt tamen secundum rationem. Vnde non oportet, quod multiplicato vno multiplicetur reliquum. Considerandum tamen est quod propter diuinam simplicitatem consideratur duplex realis identitas in diuinis, eorum quæ differunt in rebus creatis. Quia enim diuina simplicitas excludit compositionem formæ & materie, sequitur quod in diuinis idem est abstractum & eöcretum, vt deitas, & deus. Quia verò diuina simplicitas excludit compositionem subiecti & accidentis, sequitur quod quicquid attribuitur deo est eius essentia. Et propter hoc sapientia & virtus idem sunt in Deo, quia ambo sunt diuina essentia. Et secundum hanc duplicem rationem identitatis, proprietates in diuinis est

X idem

idem cum persona. Nam proprietates personales sunt idem cum personis, ea ratione qua abstractum est idem cum concreto. Sunt enim ipse personae subsistentes, ut paternitas est ipse pater, & filiationis filius, & processio Spiritus sanctus. Proprietates autem non personales sunt idem cum personis secundum aliam rationem identitatis, qua o illud quod attribuitur Deo est eius essentia.

Sic igitur communis spiratio est idem cum persona patris, & cum persona filii, non quod sit una persona per se subsistens, sed sicut una essentia est in duabus personis, ita & una proprietates, ut supra dictum est.

¶ Ad secundum dicendum, quod proprietates dicuntur esse in essentia per modum identitatis tantum, in personis autem dicuntur esse per modum identitatis, non quidem secundum rem tantum, sed quantum ad modum significandi sicut forma in supposito. Et ideo proprietates determinat & distinguunt personas, non autem essentiam.

¶ Ad tertium dicendum, quod participia & verba notionalia significant actus notionales. Actus autem suppositorum sunt. Proprietates autem non significant ut supposita, sed ut forma suppositorum. Et ideo modus significandi repugnat, ut participia & verba notionalia de proprietatibus predicentur.

Commentarium.



Ratiens commentarium duas continet partes: in prima declaratur littera corporis articuli, atque excitantur duo dubia, & absoluitur, in quorum secundo reprobat sententia

Gregorij: in secunda autem parte sunt plura argumenta aduersus eundem Gregorij, & explicatur littera argumentorum.

Prima commentarij pars.



Actus S. Th. egit de essentia in ordine ad personas, & vice versa de personis in ordine ad se, & essentiam in unum planè incipit petrare de personis in ordine ad relationes.

¶ Ipsi proprietates, pro eodem enim assumit relationem & proprietatem. ¶ Et in primis reprobat Gilberti Porretani errorem dicens, relationes seu proprietates non esse personarum, neque in personis: sed esse Deo assistentes, & ei extrinsecus affixas: ut visum est quæst. 28. arti. 2. ¶ Consultat in super sententiam præpositiui asserentis, in Deo proprietates esse personas, sed non in personis: ut etiam visum est quæst. 31. artic. 2. ¶ Deinde statuit duas conclusiones: quarum prior quid est. ¶ Relatio est idem quod persona: ut paternitas, est pater: Quod probat in argumento ad oppositum, in diuinis non differt, quod est & quo est, ut habetur à Boetio. 1. lib. de hebdomadibus: sed pater paternitate est pater: ergo pater idem est quod paternitas, & eadè ratione alij proprietates idem sunt cum personis: ut filiationis quid est filius, & spiratio Spūs sanctus. ¶ Secundò, pbar in corpore articuli hac ratione. Quia relatio est idem quod essentia, ut habitus est quæst. 28. arti. 2. & essentia est idem quod persona, ut etiam patuit quæst. præcedenti. 1. ergo relatio est idem quod persona. ¶ Itè, pbari pot. Deitas est deus, ppter diuinam simplicitatè, ergo diuina paternitas est pater, ppter eadè diuinam simplicitatè. Cõsequètia autè liquet, quia sicut se habet deitas ad deum, ita diuina pternitas ad patrem.

¶ Sc-

¶ Secunda verò conclusio sit, esto relationes secundum rem sint personarum, sunt nihilominus in personis: sicut diuina essentia est Deus, & in Deo. Quam probat hac ratione. Quia relationes significantur in abstracto, & ut formæ personarum, cum dicimus paternitas, filiationis, & spiratio: & de ratione formæ est, quod sit in eo cuius est forma. ¶ Verum extat dubitatio, utrum scilicet prior conclusio sit de fide tenenda. Respondemus sanè, eam esse secundum fidem catholicam affirmandam: quod demonstramus vidèdo ferme ratione diui Thomæ.

¶ Hæc collectio est optima, relatio diuina est idem quod essentia diuina, & essentia diuina est idem quod persona diuina: ergo relatio diuina est idem quod persona diuina. & maior atque minor sunt de fide, ergo conclusio est de fide. Quod maior sit de fide, ostenditur ratione diui Thomæ: quam adducit quæstion. 28. artic. 2. in argumento ad oppositum. Omnis (inquit) res quæ non est diuina essentia, est creatura: sed relatio realiter competit Deo: si ergo non est diuina essentia, erit creatura: & ita ei non erit adoratio latræ exhibenda: Contra quod in præfatione cantatur, ut in personis proprietates, & in maiestate adoretur æqualitas. hæc ille. Quibus verbis satis aperte probatur, maiorem esse de fide: videlicet relationem esse Deum, & diuinam essentiam: quandoquidem ei debetur adoratio latræ, ut claret ex ecclesiæ præfatione. In personis autem adoretur proprietates. Quod autem minor posuero, (id est quod diuina essentia est persona) sit de fide, probatum est artic. 1. quæstionis præcedentis ex capitulo damnatus de summa trinitate. & fide: ubi definiendo concilium ait. vna quædam summa res est incomprehensibilis quidem & ineffabilis, quæ veraciter est pater, & filius, & Spiritus sanctus, tres simul personæ, ac sigillatim quælibet earum. ¶ Circa secundam conclusionem diui Thomæ. percontamur rursus, an ita sit, quod proprietates sint in personis. Gregorius in primo, distinctione. 26. & 27. quæstione vnica in præbatione. 3. conclusionis, tuetur sententiam Præpositiui: videlicet quod proprietates non sunt in personis: quod multis argumentis nititur probare. ¶ At verò existimamus sententiam hanc aut errorem, aut errori proximam: & velut errorem confutat Magister sentent. in. 1. distinction. 33. qui

sic habet. Quod enim in personis sint proprietates nemo inficari audeat, cum aperte clamet autoritas, quod in personis est proprietates, & in essentia vitas. ¶ Caterum ipse Gregorius loco allegato respondet audaci præsumptione ad autoritatem ecclesiæ, quæ asserit in prædicta præfatione proprietates esse in personis: respondet, inquam, his verbis: non ergo sumenda sunt verba illa in sua proprietate, sed secundum impropriam significationem. Ingentem profectò temeritatem: asserere ecclesiæ improprie loqui de Deo. ¶ Veruntamen ex pluribus argumentis quæ facit Gregorius in corroboracionem suæ sententiæ, potissimum est vnum quod assumit ex verbis Concilii: Lateranensis, quæ habentur de summa trinitate, & fide catholica, capitulo Damnamus, cuius verba sunt. Pater enim ab æterno filium generando suam substantiam ei dedit, iuxta quod ipse testatur: pater quod dedit mihi manus omnibus est. Ac dici non potest, quod partem substantiæ suæ illi dederit, & partem ipse sibi retinuerit, cum substantia patris indiuisibilis sit: ut pote simplex omnino. Sed neque dici potest, quod pater in filium transtulerit suam substantiam generando: quasi sic dederit eam filio, quod non retinuerit ipsam sibi: alioquin desisset esse substantia. Pater ergo quod sine vlla diminutione filius nascendo substantiam patris accepit. Hæc concilium. ¶ Ex quibus verbis virtute in hunc modum argumentatur Gregorius. Filius totam sine diminutione vlla substantiam patris accepit, ergo omnem entitatem patris accepit. Quoniam si aliquam entitatem patris accepit & aliquam non, iam pater partem substantiæ filio dedit, partem sibi retinuit: quod præfatis concilij verbis aduersatur. Tunc vltra, omnem entitatem quam habet pater habet filius: ergo nulla entitas est in patre, quæ non sit in filio. Sed paternitas est entitas, & non est in filio: ergo paternitas non est in patre: & consimili modo filiationis non est in filio: neque spiratio in spiritu sancto: atque adeo proprietates & relationes non sunt in personis. ¶ Cui nimirum argumento respondemus negando consequentiam: videlicet, totam substantiam patris sine diminutione filius nascendo accepit: ergo omnem entitatem patris accepit. Quoniam substantia in illo loco concilij accipitur pro

essentia, X 2 essentia,

¶ Sc-

¶ Sc-

¶ Sc-

¶ Sc-

¶ Sc-

¶ Sc-

¶ Sc-

¶ Sc-

¶ Sc-

¶ Sc-

¶ Sc-

¶ Sc-

¶ Sc-

¶ Sc-

¶ Sc-

¶ Sc-

¶ Sc-

¶ Sc-

¶ Sc-

¶ Sc-

¶ Sc-

¶ Sc-

¶ Sc-

¶ Sc-

¶ Sc-

¶ Sc-

Gregorij Ratio maxime reprobans

Argumentatur Greg.

Concilio Lateranense.

Summa argumèti Greg.

Responsio.



Geterū contra Gregorium argumentamur: ipse namq; fatetur, qd omnē entitatem propriā quā habet pater, habet filius: manifestē (inquit) patet, qd nullā entitatē in se habet sibi propriā p̄, quam filio generādo non dederit. ¶ Aduersus quā assertionē obijciuntur pri-
 mo. Patris propria entitas duntaxat est paternitas, nā diuina essentia cōmunis est patri, filio, & sp̄i sancto, atq; adeo nō p̄pria patris ita vt illi soli conueniat: at hęc est hęc retica, pater communicat filio paternitatē: ergo etiā hęc est hęc retica, pater cōmunicat filio entitatē sibi propriā. ¶ Secundo, colligamus in hunc modū. Pater omnē entitatē quam habet cōmunicat filio, & paternitas est entitas quam habet pater, ergo paternitatē cōmunicat filio: quod est hęc retica. Sanē syllogismus est optimus, & maior ab ipso cōceditur, atq; minor est manifesta. ¶ Sci- mus Gregoriū responsurū negādo minorē: scilicet, pater habet paternitatē: cuius rōnē assignat, quia pater & paternitas sunt idem: & idē se ipsum non habet, neq; in se ipso esse pōt. ¶ In primis hoc fundamētū nullius robotis est, sed manē: videlicet, qd vt aliqua res sit in aliqua, vel vt habeat aliquid, requirit qd realiter distinguantur: quod quidem manifestē est falsum. Nā humanitas p̄pria mē loquendo dicitur esse in homine, & homo habere humanitatē, & deitas in deo, & similitudo in simili, atq; motus in mobili: at humanitas & homo idē secūdū rem sūt, & deitas & deus, similitudo & simile, motus & mobile, p̄sertim secūdū sententiā ipsius Gregorij & Nominaliū. ¶ Rursus, quia nō solū sententiā Gregorij pugnat cū ecclesię doctrina doctorū & sanctorū (vt ostēdimus) sed etiā cū cōmuni hominū sermone: qui vtiq; oēs fatentur, patrē habere paternitatē, & paternitatē esse in patrē: hominē habere humanitatē, & humanitatē esse in homine: & reliqua. & deniq; concretū in vulgari sermone dicitur habere abstractū, & abstractū esse in cōcreto. Cuius egregiam planē rationē assignat diuus Tho. in p̄sentia: quia abstractū significatur vt forma rei, & de ratiōe formę est quoddam sit in eo cuius est forma, & rei. habere ipsam formam. ¶ Et tandem ipse homo cum reliqua turba nominalium non

Argu-
mentum
2. Argu-
mentum
Responsio
Gregorij.
Obiectio.
Obiectio.
Origo erro-
rum in quo
labitur
Nominales

August.

Anselm.

Nota regu-
lam anterioris

essentia, quę est absolutum: entitas autem & res est transcendens, & communis ad absoluta, & relata, atque relationes. Cū igitur pater habeat aliquam relationem quā non habet filius, vt pote paternitatem: aliquam profectō entitatem & aliquam rem habet pater, quam non habet filius: sicut enim dicitur hęc nomina ens & res, pro relationibus & non pro substantia: nam si pro substantia assumentur, tantū est vna res in Deo, & omnem rem quam habet pater habet filius: iuxta p̄sartum concilium. Vna (inquit) quędam summa res est. Si autem ens & res pro relatione accipiantur, sunt in Deo plures res & plura entia, sicut plures relationes & plura relatiua. Quo modo vtendo nomine rei, fatetur diuus Thom. quęst. p̄cedenti art. 3. ad 3. quoddam tres personę sunt tres res. Quod etiam concedit Augustin. i. libro de doctrina Christiana capite. 5. inquit. Res quibus fruendum est, sunt pater, filius, & Spiritus sanctus. & hoc idem concedit Anselmus lib. de incarnatione verbi capite. 3. vbi ait. Nihil prohibet dicere, duas personas patrem & filium, esse duas res: si tamen intelligatur cuiusmodi sunt res. Non enim sic sunt pater & filius duę res, vt in his duabus rebus intelligatur earum substantia, sed earum relationes. Hęc Anselmus. ¶ Nunquam tamen (vt eo loco à nobis est animaduertsum concedendum est simpliciter & sine distinctione, quoddam pater habet aliquam entitatem aut rem quam non habet filius. Oportet etenim hoc pacto explicare, pater aliquam entitatem & rem habet quam non habet filius, si entitas & res accipiantur pro relatione & non pro substantia. Atque eodem modo distinguenda est ista, pater omnem entitatem quam habet cōmunicat filio: quoddam videlicet sit vera, si nomen entitas accipiat pro essentia & substantia: falsa verō, si assumatur ens pro relatione, aut secundum totum ambitum suę significationis. Et hac distinctione vtitur sanctus Th. vbi supra, cū concedit quoddam pater & filius & Spiritus sanctus sunt tres res. Eadem nempe distinctione vtitur Anselmus (vt vides) cū concedit istam: pater & filius sunt duę res.

Secunda commentarij pars.

non attendentes modum significandi terminorum quibus res significamus, sed res ipsas secundum naturam suam, abiecit nimis ac barbarē de ipsis loquuntur: & sine delectu concedentes ac negantes propositiones, quas humana aures refugiunt atque abhorrent audire. Etenim vt docet diuus Thom. tum plurimis locis, tum etiam quęstione p̄cedenti articulo. 5. Ad veritatem loquutionum non solum oportet considerare res significatas, sed etiam modum significandi. hęc ille. & constat ex eo loco, qd propter modum significandi terminorum concedimus hanc esse catholicam, deus generat: istam verō hęc reticam, deitas seu diuina essentia generat. Vnde existimare possumus. Nominales turpiter in barathrum errorum esse prolapsos, dum rerum naturam solum considerantes pro nihilo ducunt modum significandi vocum, quibus res ipsas explicamus: & conceptus animorum, quibus eas intelligimus. Faxit Deus vt signum hoc ab scholis semel pellamus.

**Vltimū ar-
gumentum
annotationis
no dignum.** ¶ Demum vltimū aduersus Gregorium insurgimus, probando patrem aliquam entitatem quam habet, non cōmunicare filio. Hoc quod est esse patrem æternum est infinita entitas, & ens infinitum: & hanc entitatem non cōmunicat filio, ergo Minorē probamus ex definitione Concilij Florentini, quod sic habet. Omnia quę patris sunt, ipse pater vnigenito filio suo gignendo dedit, p̄ter esse patrē. At verō maiorē ostēdimus, quia vel esse patrē æternū est aliquid vel nihil: si aliquid & nō creatura, ergo deus: & ex cōsequēti infinita entitas, seu infinitū ens. Si autē ineptissimē insipienterq; cōcedas, esse patrē æternū nō esse aliquid, igitur esse patrē æternū, & esse filiū æternū, atque esse Spiritū sanctū nihil est secundum rem; atq; adeo personę diuine re ipsa nihil sunt: quod est manifesta hęc retica Sabelliana, quę negabat personas diuinas. ¶ Nimirum Gregorius suo celebri sigmento de complexo significabili innitens (quod nos in opuscul. quęstion. 9. i. quęstionis parte tanquā ineptum & inane facillē reieccimus) conabitur diluere argumentum, respondendo, complexum significabile nihil prorsus esse in rerum natura: & ex consequenti Deum esse patrē æternum: (quoddam iuxta eius sententiam complexum significabile est) nihil esse. Quę quidem responsio adeo portentosa est, vt non solum tanquam hęc retica con-

Reprobatio
ant Grego-
rij responsio

demnanda (vt proximē demonstrauimus), sed etiam vt inepta cum risu explodenda sit. & aperte Concilium Florentinum in verbis allegatus definit patrem esse æternū, esse aliquid: cum ait. Oīa quę patris sunt, ipse p̄ vnigenito filio suo gignendo dedit, p̄ter esse patrē. ergo esse patrē æternum est aliquid: alioquin nihil esset, exceptio illa penitus superuacanea, & inutilis dici posset, quod abest. ¶ Hic disputanda esset quaestio illa, an relationes distinguantur ex natura rei, vel tantum ratione à personis: & si duntaxat secundum rationem à personis distinguuntur, an distinguantur ab ipsis minori distinctione rationis, quā ab ipsa diuina essentia. Quod procul dubio nos definitiuimus quęstion. 28. articulo. 2. disput. 3. secunda parte eius tertia conclusionē: quomobrem in p̄sentia superuacaneum erit iterū eā repetere. Doctrinā ad primum cognitio partim petenda est ex his quę docet. d. Th. quęst. 32. ar. 3. ¶ In responsione ad primū tria asserit: primū, quoddam relatio & persona sunt idē secundum rem, differunt tamen ratione. Quā de causa nō oportet quod si vnū eorū multiplicatur, & alterum eorum multiplicetur: quandoquidem in vna persona sunt duę relationes, vt paternitas & spiratio in patrē, & filiatio atq; spiratio in filio: & vice versa in duabus personis est vnica relatio, vt pote in ipsis patrē & filio: spiratio ipsa. ¶ Docet rursus quoddam paternitas, filiatio, & processio per se subsistentes, sunt personę. ¶ Et tandem admonet quoddam duplici ratione proprietates personales, vt paternitas, filiatio, & processio sunt idem cum persona: primū quia illę & personę habent se sicut abstractum & concretum, quę quidem re ipsa potissimum in diuinis sunt idem: & tantum differunt penes diuersos modos concipiendi. Sunt p̄terea idē cum personis, quia sunt idem cum essentia, & essentia est omnes tres personę, & qualibet earum. ¶ At verō proprietates non personalis, vt spiratio, solummodo est idem cum persona hac vltima ratione: quia est idem cum essentia, & essentia est persona, sed tamen nō est abstractum alicuius personę. etenim spiratio est abstractum spiratoris, & spirator planē non est persona, sed communis duabus personis: hoc est, patri & filio: velut essentia est cōmunis tribus. ¶ Quod ad secundū asserit est profectō annotandum, videlicet quoddam relatio-

Nota.

Ad p̄p̄-

Asser.

Asser.

Ad secū-

nes sunt in essentia vno duntaxat modo, scilicet per identitatem: verum in personis sunt duobus modis, tum per identitatem, tum etiam per modum formae. Quod circa relationes determinat & distinguunt per

Adversus sonas, non tamen essentiam: ¶ Atqui ad. 3. docet id ipsum, quod nos abunde explicuit in quaestione precedenti articulo. 6. & quaestione. 3. artic. 2. ad secundum, videlicet quod verba aut participia adiectiva importantia actus notionales, simpliciter negantur de relationibus in abstracto: ita ut haec sint simpliciter falsa in sensu formali, paternitas generat, filiatio generatur: processio spiratur: Cuius assertiois rationem conuenienter egregie admodum assignat in praesentia: quoniam actiones sunt suppositorum, & relationes significantur non ut supposita, sed ut suppositorum forma.

Ratio. ¶ Equum est candide lector: ut modum aduertat animum ad verba diuini Thomae & experimento cognosces quam pure, & sincere; ac proprie de rebus omnibus loquatur: quamque quadrat sermo illius cum frequenter hominum vsu & acceptatione. Etenim vili familiaris loquutionis humana exhorret concedere, paternitatem generare: filiationem generari. At proinde diuus Thomae admonet nos eas propositiones falsas esse, ut ad discamus rationem loquendi de rebus diuinis: ne improprie, barbaramente, aut parum sincere & caste, sed magis exacte & perfecte (ut sapientes docent) de Deo loquamur. ¶ Quod si quis in hunc modum contra doctrinam diuini Thomae argueretur: Paternitas diuina est Deus, & deus generat, ergo paternitas diuina generat.

Commedia sur. d. Th. aduertat animum ad verba diuini Thomae & experimento cognosces quam pure, & sincere; ac proprie de rebus omnibus loquatur: quamque quadrat sermo illius cum frequenter hominum vsu & acceptatione. Etenim vili familiaris loquutionis humana exhorret concedere, paternitatem generare: filiationem generari. At proinde diuus Thomae admonet nos eas propositiones falsas esse, ut ad discamus rationem loquendi de rebus diuinis: ne improprie, barbaramente, aut parum sincere & caste, sed magis exacte & perfecte (ut sapientes docent) de Deo loquamur. ¶ Quod si quis in hunc modum contra doctrinam diuini Thomae argueretur: Paternitas diuina est Deus, & deus generat, ergo paternitas diuina generat.

Obiectio. ¶ Nempte syllogismum hunc futilem atque inanem esse, ex his quae diximus quaestione precedenti & quaestione. 3. opuscul. satis constat: tibi enim variatur appellatio, sed oportet concludere: ergo Deus qui est paternitas diuina generat, puta pater.

Responsio. ¶ Nempte syllogismum hunc futilem atque inanem esse, ex his quae diximus quaestione precedenti & quaestione. 3. opuscul. satis constat: tibi enim variatur appellatio, sed oportet concludere: ergo Deus qui est paternitas diuina generat, puta pater.

Articulus secundus.

Utrum persona distinguatur per relationes.



D secundum sic proceditur. Videtur quod persona non distinguitur per relationes. Simplicia enim seipsis distinguuntur. Sed personae sunt maxime simplices. Ergo distinguuntur seipsis & non relationibus.

¶ Praeterea, Nulla forma distinguitur nisi secundum suum genus.

Non enim album a nigro distinguitur, nisi secundum qualitatem. Sed hypostasos significat indiuiduum in genere substantiae. Non ergo relationibus hypostasos distinguuntur.

¶ Praeterea, Absolutum est prius quam relatiuum, sed prima distinctio est distinctio diuinarum personarum. Ergo diuinae personae non distinguuntur relationibus.

¶ Praeterea, Id quod praesupponit distinctionem, non potest esse primum distinctionis principium. Sed relatio praesupponit distinctionem, cum in eius definitione ponatur. Esse enim relatiui est ad aliud se habere. Ergo primum principium distinctionis in diuinis non potest esse relatio.

¶ Sed contra est quod Boetius dicit in lib. de trinitate, quod sola relatio multiplicat trinitatem diuinarum personarum.

¶ Respondeo dicendum, quod in quibus-

cunq; pluribus inuenit aliquid commune, oportet querere aliquid distinctiuum. Vnde cum tres personae conueniant secundum essentiae unitatem, necesse est querere aliquid quo distinguantur, ad hoc quod plures sint. Inueniuntur autem in diuinis personis duo secundum quae differunt scilicet origo & relatio.

Quae quidem quauis re non differant, differunt tamen secundum modum significandi. Nam origo significatur per modum actus, ut generatio: relatio vero per modum formae ut paternitas. Quidam igitur attendentes, quod relatio consequitur actum, dixerunt quod hypostasos in diuinis distinguuntur per originem, ut dicamus quod pater distinguitur a filio in quantum ille generat, ut hic est genitus. Relationes autem siue proprietates manifestant consequenter hypostasos siue personarum distinctiones, sicut & in creaturis proprietates manifestant distinctiones indiuiduorum, quae sunt per materialia principia. Sed hoc non potest stare propter duo. Primo quidem, quia ad hoc quod aliqua duo distincta intelligantur, necesse est eorum distinctionem intelligi per aliquid intrinsecum utrique, sicut in rebus creatis: vel per materiam, vel per formam. Origo autem alicuius rei non significatur, ut aliquid intrinsecum, sed ut via quaedam ad rem, vel ad rem. Sicut generatio significatur ut via quaedam ad rem geni-

tam, & ut progrediens a generate. Vnde non potest esse quod res genita, & generans distinguantur sola generatione, sed oportet intelligere tam in generatione quam in genito ea quibus adiuuante distinguuntur. In persona autem diuina non est aliud intelligere nisi essentiam & relationem siue proprietatem. Vnde cum in essentia conueniant, relinquitur quod per relationes personae abinucem distinguantur. Secundo quia distinctio in diuinis personis non est sic intelligenda quasi aliquid commune diuidatur, quia essentia communis remanet indiuisa, sed oportet quod ipsa distinctio constituant res distinctas. Sic autem relationes vel proprietates distinguunt, vel constituunt hypostasos vel personas in quantum sunt ipsae personae subsistentes sicut paternitas est pater, & filiatio est filius, eo quod in diuinis non differunt abstractum & concretum. Sed contra rationem originis est, quod constituat hypostasos vel personam. Quia origo actiue significata significatur ut progrediens a persona subsistente. Vnde praesupponit eam. Origo autem passiuè significata ut natiuitas, significatur ut via ad personam subsistentem, & nondum ut eam constituens. Vnde melius dicitur, quod personae seu hypostasos distinguantur relationibus quam per originem. Licet enim distinguantur utroque modo, tamen

prius & principalius p relationes secundum modum intelligendi. Vnde hoc nomen pater, non solum significat proprietatem, sed etiam hypostasim. Sed hoc nomen genitor, vel generans significat tantum proprietatem. Quia hoc nomen pater, significat relationem quae est distinctiua & constitutiua hypostasis. Hoc autem nomen generans, vel genitus significat originem, quae non est distinctiua & constitutiua hypostasis.

Ad primum ergo dicendum, quod personae sunt ipsae relationes subsistentes. Vnde non repugnat simpliciter diuinarum personarum, quod relationibus distinguantur.

Ad secundum dicendum, quod personae diuinae non distinguuntur in esse in quo subsistunt, neque in aliquo absoluto, sed solum secundum id quod ad aliquid dicuntur. Vnde ad earum distinctionem sufficit relatio.

Ad tertium dicendum, quod quanto distinctio prior est, tanto propinquior est unitati. Et ideo debet esse minima. Et ideo distinctio personarum non debet esse nisi per id quod minimum distinguit, scilicet per relationem.

Ad quartum dicendum, quod relatio praesupponit distinctionem suppositorum in quando est accidens. Sed si relatio sit subsistens non praesupponit, sed secum fert distinctionem. Cum enim dicitur, quod relatiui

esse, est ad aliud se habere, per ly aliud, intelligitur correlatiuum.

Quod non est prius sed simul natura.

Commentarium.



Articulis diuini. Tho. hic est vnus qui in scholis negotium solet facere, quod ob rem si in eo explicando plus solito immoremur, non debet lector molestus ferre: cum id facimus eius utilitati prospicientes, ut clarius rem perdifficilem intelligat. Atque commentarium in quatuor diuisionibus patres: in prima namque parte quid renendum sit iuxta fidem catholicam in praesenti disputatione diffinimus, & conclusionem sancti Thomae statuimus: in secunda examinabitur vnum dubium, in tertia alterum, in quarta aliud: & difficultates quasdam abluemus, quae ex litera huius articuli emergunt.

Prima commentarij pars.



Orro antequam disputationem aggredi incipiamus, ea quae certissima sunt in fide catholica, & secundum fidem catholicam asserenda praemittimus oportet. In primo quod personae diuinae realiter distinguuntur: quod ne per demonstrationem contra Sabellium quaestio 27. ar. 1. disp. 1. 4. ei parte apertissimis scripturae testimonijs. Quo sane sit, ut longe alia quaestio sit haec, an diuinae personae distinguantur per relationes: ab hac, an distinguantur inter se. Nam hoc in dubium reuocari non potest, cum plane sit expressa catholica fides: & illud sub iudice, & in disputatione vocetur inter doctores: Quod praedictum plures non attendentes, lapsissime falluntur. Itaque iuxta fidem catholicam asserendum est, quod personae diuinae distinguuntur per proprietates personales: quia hoc definit concilium Lateranense, & habetur de summa trinitate, & fide cathol. cap. Firmiter, quod quidem sic habet. Haec sancta trinitas secundum communem essentiam indiuidua, & secundum personales proprietates discreta.

Corollarium

2. Fidei dogma.

Concilium.

Et

Et obserua maxime, quod haec collectio quam solent aliqui acclamantes facere, nulla proculdubio est, sed vana, & inutilis prorsus, haec inquam. Personae non distinguuntur per relationes, nec constituuntur re ipsa & secluso. ordine ad intellectum, sed tantum per operationem intellectus: ergo re ipsa, & a parte rei non distinguuntur inter se realiter. Nam consequens est nimirum haereticum, & antecessus verum, ut ostendimus: quoniam sanctus Bonaventura defendit (ut deinceps dicemus) quod personae nullo modo constituuntur nec distinguuntur per relationes, nec secundum rem, nec secundum rationem.

3. Fidei dogma.

Probatio:

De fide rursum tenendum est, quod in Deo sunt relationes, & relatiuae: & quod personae diuinae adinuicem referuntur: ita ut oppositum asserere sit haereticum. Quod in hunc modum ostendimus. In deo sunt pater & filius, seu verbum, & spiritus sanctus: at haec sunt relatiuae, & relationes, & ad inuicem referuntur: ergo in Deo sunt relationes, & relatiuae: & personae diuinae ad inuicem referuntur. Minor utriusque & consequentia euidentissima sunt, & maior fide constat, Matth. ultimo. Baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. & 1. Ioan. ultimo. Tres sunt qui testimonium dant in caelo: pater, verbum, & spiritus sanctus. Et etiam claret ex symbolo apostolorum, Niceni, & Aethanasi. His igitur praemis, quae praeculis habere debet lector, ne passim in praesenti disputatione decipiatur, ad disputationem accedamus oportet.

Conclusio d. Th.

In praesentia agenda est de distinctione personarum non de constitutione earum.

In hoc articulo sanctus Thomas, summam respondet unice conclusionem, ut pote, diuinae personae distinguuntur tum per relationes, tum per origines, sed magis principaliter per relationes. Et quidem nonnulla inculcat sanctus Thomas in hoc articulo de constitutione personarum, de qua in praesentia agendum non est, usque ad articulum quartum, nisi obiter & perfunctorie. Etenim, alia difficultas est de distinctione personarum, & alia de ipsarum constitutione: nam in praesentia affirmat diuus Thomas, quod personae distinguuntur per origines, & negat quod per eas constituantur aliquo modo. Contrariam (inquit) originis est, quod constituat hypostasim, vel personam. Et Gregorius loco allegato in articulo praecedenti asserit, quod diuinae personae nullo modo constituuntur per relationes seu proprietates, attamen iuxta aliquem sensum concedit, quod

distinguantur per eas: ut in posterum videbimus. Vt ergo suo quoque loco disputetur, & distinctius acclarius rem absoluamus, tamen in hoc articulo tituli quaestio examinanda est: an scilicet personae distinguantur per relationes. Atque excitabimus aliquot dubia ad explanationem eius: quibus explicatis, pota nepe litera perspicua, relinquetur. Quapropter non amplius in litera declaratione immorandum est.

Secunda commentarij pars.



Rimum autem dubium quod occurrit, an ipsae diuinae personae sint intrinsecus & essentialiter relatiuae, atque intrinsecus ad inuicem referantur. Circa haec nepe quaestio quaestio tria sunt prior tribuitur Iohanni de Ripa in 1. dist. 26. & 26. quae quidem opinio dubitationi respondet, quod diuinae personae sunt res simpliciter absolutae constitutae ex essentia, & quibusdam proprietatibus absolutis proprijs: ut Lenzulus constituitur ex natura humana, & differentia indiuiduali absoluta, quam vocat Scotus Lentalitatem, & Tullius ipse. Et consulto dicitur prorsus absolutus, ut insinuetur, iuxta sententiam istam personae non distingui nec constitui per origines: ut generationem, natuitatem, spirationem, quae inuolunt relationes: esto aliqui contradicant, affirmantes, secundum hanc opinionem personae distinguuntur, & constituuntur per origines. Itaque vult ista opinio, quod in diuina persona sint quatuor scilicet essentia, absoluta proprietates, origines, & relatio, & solum ipsa diuina persona constituitur intrinsecus ex essentia, & absoluta proprietate. A seuerat tamen praefata sententia, quod diuinae personae, esto sint simpliciter res absolute, ut Petrus, & Paulus filius eius, nihilominus referuntur ad inuicem per paternitatem, filiationem, & spirationem: quae (ait) adiunguntur ipsis personis absolutis, & iam constitutis, per suas proprietates absolutas & personales. Quo fit, ut itidem referat ista opinio, quod haec nomina pater, filius, & spiritus sanctus non sint nomina propria

Declaratur praedicta assertio

2. A seuerat

Corollarium primum.

Corollarium
ad respon-
dendum
ad articulum.

pria personarum: siquidem ipsae sunt penitus absolutae res, & haec nomina sunt relatiua: sed propria nomina diuinarum personarum (ait) sunt nomina absolutae, quae nos omnino ignoramus. Colligitur insuper manifeste, iuxta hanc sententiam respondendum esse neganter ad praefatam tituli quaestionem: videlicet, quod personae non differunt per relationes, sed per res & proprietates absolutas: ac subinde non esse plures, propter relationes, sed propter proprietates omnino absolutas. Siquidem res per ea sunt plures, per quae distinguuntur: adeo relationes non faciunt personas diuinas esse plures, nec multiplicat eas, sed illae proprietates absolutae. In fertur primum ex assertio nibus huius sententiae, quod absoluta omnia in diuinis non sunt vnum sed plura: quoniam illae proprietates absolutae, per quas personae distinguuntur, sunt tria absoluta realiter distincta, secundum hanc opinionem. Hanc profecto opinionem falso imponunt diuo Bonauenturae, qui non per absoluta penitus, sed per origines ait personas distinguere: vt videbimus. Et quidem Scotus in 1. distinct. 26. quaestione vnica, nititur probare hanc sententiam esse consonam & concordem diuinae scripturae, hoc sane pacto. Pro uerbiorum. 30. sapiens interrogas proprium nomen filij Dei, quod (inquit) nomen est eius? & quod nomen filij eius, si noster? Qui bus uerbis supponit tanquam manifestum, filium esse nomen secundae diuinae personae, & inquit eius nomen proprium: at si diuinae personae intrinsecus & essentialiter esset relatiua, & per relationes constitueretur, filius sane esset proprium nomen eius: ac subinde non inquireret aliquid eius nomen proprium. Signum igitur est, quod diuinae personae sunt simpliciter res absolutae. Leuchetius Scoti propugnator & explicator dum exponit locum allegatum Scoti, affirmat hanc opinionem esse faciliorem intellectu, & clariorem, atque maiorem continere probabilitatem ex tribus aut quatuor opinionibus, quae circa huiusmodi disputationem solent afferri, & in hanc sententiam videtur inclinare Scotus, vt etiam praefatus doctor fatetur: siquidem summis uerbis nititur eam defendere & fulcire, & respondet ad argumenta quae contra ipsam sunt, sed non omnino explicat mentem suam, est omnes opiniones velut probabiles rececit. In primis sententia haec est contra commu-

Leuchetti
glacium.

Reproba-
tio.

nem opinionem, vt Scotus & Leuchetius fatentur, & praesertim contra antiquorum atque sanctorum sententiam. Boetius enim de trinitate in fine cap. 12. ait, quod dicitur multiplicat trinitatem, & plura alia ad hoc propositum adducit. Hieronymus uero in expositione symboli Damasci papae ait: Tres personas expressas sub proprietate distingui. & vt constat ex praecedentibus & sequentibus, nomine proprietatis intelligit proprietatem relatiuam. Item Damascenus lib. 1. cap. 10. inquit, quod quicquid habet vna trium personarum habet quaeuis alia, praeter innales generationem, & processionem, & statim subiungit haec uerba. In his enim solis personalibus proprietatibus differunt ab inuicem tres sanctae hypostases, hoc est, substantiae ac personae. Vbi manifeste assertit, personas distinguere per proprietates has: innales generationem, & processionem. At haec non sunt absolutae proprietates, quia inuoluunt (vt diximus) & important relationes. Et rursus Magister sentent. dist. 33. primus, ait. Superius quoque multis sanctorum testimonij astruximus, personas per proprietates distinguere atque terminari, ipsasque proprietates, tres scilicet, proprias expressimus uocabulis. Haec ille. De qua quidem reagit dist. 26. & 27. & dist. 26. explicat quod istae proprietates sunt generatio, natiuitas, spiratio: quae alij (inquit) nominibus nuncupantur paternitas, filiatio, & cetera. Item Anselmus in libro de incarnatione cap. 3. aperte docet, quod personae distinguuntur per relationes, & idem de processione spiritus sancti cap. 1. Haec itaque (inquit) sola causa pluralitatis est in Deo, vt pater & filius & spiritus sanctus dici non possint de se inuicem, sed alij, sicut ab inuicem: quia praedictis duobus modis est deus de Deo, quod totum potest dici relatio. Na quomodo filius existit de deo nascendo, & spiritus sanctus procedendo, ipsa diuersitate natiuitatis & processionis referuntur ad inuicem, diuersi & alij ab inuicem. & capitulo. 2. aperte dicit, quod in diuinis omnia sunt vnum, ubi non est relationis oppositio. & pluribus alijs locis hanc sententiam docet Anselmus. At qui, is est finis & scopus in quem destinantur quaecumque asserit diuus Augustinus lib. 5. de trinitate, quod videlicet in diuinis absolutae omnia sunt vnum: relatiua, multa. Rufus idem docet. 6. de trinitate, cap. 2. quod scilicet pater & filius in omnibus absolutis conueniunt, in solis

Magister
sententiae

Anselmo

Augustinus

Bernardus
Ambrosius

Prodicta
sententia
pugnans
cum
ecclesiae
dis
tinctione.

Lateranen
secculum

Pugnat
cum
sententia
fidelium

Argumentum
contra
praedictam
opinionem
maxi

solis relationibus differunt. Filius uero (inquit) sicut in se ipso dicitur filius, quod non cum patre dicitur, sed ad patrem. Et post pauca, Quicquid ergo ad se dicitur, non dicitur alter sub altero id est, quicquid dicitur quod substantiam eorum ostendat, ambo simul dicuntur. Haec ille. Et. 7. de trinitate. capite ultimo hoc idem docet. Insuper 9. de trinitate. cap. 1. Cuius uerba sunt. Quod ergo ad istam quaestionem attinet, credamus patrem, & filium, & spiritum sanctum esse vnum. Deum, vnicae creaturae conditionem, atque rectorem: neque patrem esse filium: neque spiritum sanctum, vel patrem esse vel filium: sed trinitatem rotatarum ad inuicem personarum, & unitatem equalis essentiae. Haec ille. Hoc ipsum in libris de trinitate, saepissime reperit. Et rursus libro de fide ad Petrum, Diaconom cap. 1. Pater (inquit) & filius & spiritus sanctus personarum sunt ab inuicem proprietate distincti. In Augustini autem doctrina apertissimum est, nomen proprietatis in diuinis intelligi relationem. Huic nempe fundamento innititur diuus Bernardus lib. 5. de consideratione: eadem etiam Ambrosius in libris de fide ad Gratianum Augustinum: & lib. 1. cap. 1. ait. Non enim pater ipse qui filius, sed inter patrem & filium generationis expressa distinctio est, vt ex Deo Deus, & cetera. Vbi manifeste asserit, patrem & filium distinguere per generationem: non ergo distinguuntur per absolutam: siquidem (vt saepe diximus) generatio inuoluunt relationem. Opponitur itidem haec sententia ecclesiae, & definitioni decretisque conciliorum: quia ubicumque de diuinis personis sermonem instituunt, non aliter explicat eas quam ostensa distinctio ne per nomina relatiua, pater, filius, & spiritus sanctus: vt constat ex praefatis symbolis apostolorum, Niceni, & Athanasij, & ex concilio Lateranensi quod habetur de summa trinitate, & fide catholica, capitulo firmiter, & capitulo Damnamus, & eodem titulo, cap. 6. Pugnat etiam cum sacris literis, potissimum noui testamenti, ubi semper cum sit mentio de diuinis personis, explicantur his nominibus relatiuis: pater, filius, & spiritus sanctus: vt constat locis allegatis Matth. ultimo, & 1. Ioan. ultimo, & quam plurimis alijs. Ad haec, argumenta tamen. Christus redemptor noster contulit nobis baptismum sub inuocatione trium personarum, baptizantes (inquit) eos in no-

mine patris, & filij, & spiritus sancti: ergo haec sunt nomina propria trium personarum. Quia non est credendum, Christum compellasse diuinas personas nominibus extraneis & non proprijs: siquidem illi non latebant propria nomina personarum. Tandem ecclesia (vt in dubio sequenti magis erit competum) clarissima uoce asserit, quod personae distinguuntur per proprietates: & vt ex eius uerbis constat, nomine proprietatum intelliguntur relationes, & non res absolutae. Porro his ferere omnibus quae adducta sunt haecenus contra praefatam opinionem, nititur Scotus respondere: vt tamen eius solutiones neque ipsimet Scotus satisfaciunt, nedum nobis: quando non auerter praefatam opinionem, asserere ueram. Et ratione item agimus aduersus istam opinionem. Relationes adueniunt personis iam constitutis per absoluta, ergo sunt eis accidentariae. Negat quippe Scotus consequentiam, & assignat rationem in similibus: siquidem spiratio aduenit patri & filio iam constitutis per paternitatem & filiationem, sed non est accidentaria eis. Fatetur tamen Scotus relationes esse aduentitias personis. Attamen obicitur, ergo sunt extrinsecus affixae personis: quod est incidere in errorem Gilberti damnatum in concilio Remensi: vt uisum est quaest. 28. art. 2. & nimirum non est casta loquutio, neque honestas finibus contenta, sed aliena potius ab ea proprietate sermonis, quam circa diuina diligenter obseruare debemus: hanc etenim loquutionem humanae aures respuunt, & audire exhorrent, asserere uidelicet, aliquid esse aduentitium Deo. Et quantumuis Scotus magna diligentia conetur fulcire atque defendere eam opinionem, non plane exstima mus errorem quam proximam, ne simpliciter dicamus errorem. Et praeter testimonia quae adducta sunt a nobis quae plurima, aperte conuincitur ex concilio Florentino & Toletano. Si quidem in concilio Florentino sessione 18. habentur haec uerba. Sola namque relatio, quam principalem habitudinem superius nominauimus, apud omnes tam Graecos quam Latinos doctores diuinae processionis personas multiplicat: cui etiam duo illa a quo & ad quod, de quibus est supra dictum conueniunt. Siquidem igitur relationes huiusmodi, personas multiplicat, ita ut non vlla alia ratione quam vi relationis pater ad filio, ac vna persona ab alia differant. Haec in concilio.

nota
dignu

Confirma-
tio

Scotus ed-
natur resp-
dere sed no
satisfacit

Argu-
mentum

Respondet
Scotus

Constat
Scotus resp-
dit
Concilium
Remense

Reprobatur

Concilium
Florentinum

Concilium
Toletano

ilio. Entibi lector studiose, quam citra ambiguitatem & obsecraturam aliquam, verba ipsa concilij contraria statuunt sententiam; Et licet præfata verba in vltima definitione concilij non habeantur, illis tamen maxima adhibenda est fides & auctoritas: cuius rationem reddidimus superius quæstio. 28. art. 2. dispur. 3. Et vt iam tandem re vnicò atque eodem efficacissimo argumento ab-

Concilium Toletanum, 112

soluamus, concilium Toletanum. 11. præfata etiam opinionem damnat, cuius verba in fidei professione sunt. Hæc ergo sancta Trinitas quæ vnus & verus est Deus, quæ neque recedit à numero, nec capitur numero, in relatione enim personarum numerò certitur. Et post pauca. Ergo hoc solo numeru insinuat, quòd ad inuicem sunt: & in hoc numero caret, quòd in se sunt. Hactenus concilium. Vbi manifestè definit cōcilium, pluralitatem diuinarum personarum ex relationibus oriri, neque aliunde posse ortum habere; & quòd relatiua sint plura, omnia verò absoluta vnum. Et vltimo assertionè prædictæ opinionis, hoc est patrem, filium, & spiritum sanctum non esse propria nomina diuinarum personarum, expressis verbis condemnat: Damasus papa in simbolo suo, quòd inter opera diuini Hieronymi haberetur dicens. Proprium nomen est patri, pater: & proprium nomen est filio, filius: & proprium nomen spiritui sancto, spiritus sanctus. Hæc ille. His tribus quidem testimoniis proximè adductis non posset profectò satisfacere. Scotus, aut illius admirato-

Responsio ad argumētum Scoti
quod fecit in sanctorum presbitero
in vno sensu
annide
Alpa.

res & sequaces. Et ad argumentum Scoti, quo volebat probare illam sententiam ex sacris literis prouerbiorum. 30. Quod nomen est eius? Et quòd nomen filij eius, si nosti? Planè respondemus, quòd secunda diuina persona habet duo propria nomina relatiua: quorum vnum est nomen filius Dei, secundum est verbum: quòd quidem nomen erat ignotum hominibus, & si eius fuerit nonnulla mentio in veteri testamento: vt liquet ex his quæ diximus quæstio. 27. cum de verbo ageremus: verum nunquam fuit perfectè notum vsque ad Ioannem euangelistam, qui id hominibus manifestauit. 1. iui euangelij capite inquitens. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbū. Et infra. Verbum caro factum est. Et hoc est nempe nomen quòd sapiens inquitabat, cum ait. Quòd nomen est eius, &c.

Tertia commentarij pars.



Ramissa igitur hæc catholica doctrina, videlicet quòd personæ non sunt res absolutæ, neque per res aut proprietates absolutas distinguuntur: percontamur nimirum secundo, 2. Dubium

an distinguantur per relationes an per origines: etenim origines esto non sint formaliter relationes, important tamen eas: vt generare, paternitatem: generari filiationem, &c. Circa quæstionem hæc plures versantur Theologorum sententiæ. Præpositius nempe, de quo mentionem fecimus, quæst. 32. art. 2. & Gregorius vbi supra, in 1. quæstione vnica distinct. 26. & 27. timentur negantem partem: quoniam dicunt quòd personæ distinguuntur seipsis, & non per relationes neque origines, velut per quasdam formas ab ipsis distinctas. Siquidem inquit, quòd ipsæ relationes vel origines nulla prorsus distinctione distinguuntur à personis, sed sunt penitus omnibus modis idem quòd personæ per se subsistentes: fatentur tamen quòd personæ distinguuntur relationibus aut per relationes, secundum loquutionem (vt aiunt) intransitiuam, iuxta hunc sensum: id est, personæ quæ sunt relationes distinguuntur. Hæc planè sententia, si intelligatur seclusa quacunque operatione intellectus, vera profectò est: quando quidem secluso quocunque ordine ad intellectū penitus sunt idem relationes & origines cum personis: atque adeo se ipsis distinguuntur, & non per relationes neque origines, velut per formas ab eis distinctas. Etenim vt aliqua res distinguat aliam, vel constituat, necessum est esse eas aliquo pacto diuersas saltem ratione: at personæ & earum relationes penitus sunt idem extra intellectum, & secluso quocunque ordine ad intellectum: & solum differunt per operationem intellectus. Et hoc asserit Caiet. in præsentia art. in responsione ad primū & sanctus Th. in 1. sentent. distinct. 26. quæstio. 2. art. 1. ad quintum, cuius verba sunt. Ad quintum dicendum, quòd etiam personæ diuinæ seipsis distinguuntur, in quantum personæ secundum rem sunt ipsæ relationes. Sed sicut per

opinio Præpositius & Gregorij.

Sententia Præpositius & Gregorij in vno sensu vera in altero falsa.

sona quantum ad modum significandi, non est idem quòd relatio, ita etiam seipsis non distinguuntur: sed relationibus. Sicut Deus per se ipsum est Deus, quantum ad deitatem sit Deus: quia ipse est sua deitas. Hæc ille. Et hoc itidem aperte innuit hic sanctus Th. in 1. argumento, & in responsione ad illud: alioqui argumento profectò non satisfaceret, vt cuius patere potest. Et eadem ratione dicendum est, quòd personæ extra intellectum actu & potentia, nullo modo constituantur: vt filius declarabimus articulo. 4.

Reprobatur eorum opinio.
1. Argumētum in quo adducitur doctrina commēdanda.

Veruntamen opinio hæc simpliciter & sine distinctione falsa quippe est, nam vt annotatum est à nobis in articulo præcedenti, iuxta doctrinam diuini Tho. ad veritatem loquutionum non solum oportet considerare res secundum naturam suam, sed etiam secundum modum significandi terminorum quibus de eis loquimur, & secundum modum concipiendi quo noster intellectus eas intelligit: at quia nos personas intelligimus in concreto, & velut supposita per se substantia, per hos conceptus: persona, pater, filius, & spiritus sanctus: & relationes in abstracto, & vt formas personarum, per hæc alia nomina: paternitas: filiatio, processio: & de ratione formæ est, quòd per eam id cuius est forma, ab aliis distinguatur: ob id, præcipuè & aptissimè concedimus, quòd personæ distinguuntur per relationes: quæ admodum concedimus, quòd propriissimè deus deitate differt à creaturis, & homo humanitate à brutis: & ex consequenti asserere quòd personæ non distinguuntur per relationes, præter hoc, quòd planè est alienum à veritate & falsa loquutio, est proculdubio improprius & barbarus modus loquendi de Deo: sicut cum quis affirmaret, quòd Deus deitate non differt à creaturis, neque homo humanitate à brutis. Et istum quippe modum loquendi docuit nos sancta mater ecclesia loco allegato, capite firmiter de summa trinit. & fide cathol. Hæc sancta trinitas secundum communem essentiam indiuidua, & secundum personales proprietates discretæ: hoc est, per relationes distincta. Ad hæc si non esset concedendum personas distinguuntur per relationes, ob id absque dubio esset quoniam re ipsa personæ sunt idem cum relationibus (vt docet Bernardus lib. 5. de consideratione prope medium, dum ait, personarum proprietates, non aliud quam perso-

2. Argumētum.

Bernardus

nas fides catholica confiteretur.) Sed hæc ratio nullius sanè momenti est; nam trinitas & tres personæ idem re ipsa sunt: veruntamen trinitatem personis distinctam docet concilium Toletanum primum in fidei assertionè. Hanc trinitatem (inquit) personis distinctam, substantiam vnitam credimus.

Concilium Toletanum primum.

Itè, pater, filius, & spiritus sanctus, atque personæ diuinæ idem prorsus sunt: sed tamen Hieronymus in expositione symboli Damasi Papæ ait, quòd pater, filius, & spiritus sanctus personis distinguuntur. Cuius verba sunt. Pater semper pater est, filius semper filius est, spiritus sanctus semper spiritus sanctus est. Itaque substantiam vniam sunt, personis ac nominibus distinguuntur. Hæc Hieronymus. Denique argumentamur ratione sancti Tho. in præsentia articulo. Dum aliqua conueniunt in aliquo communi, & realiter differunt inter se, necessum est signare aliqua quibus ab inuicè distinguantur: at personæ diuinæ conueniunt in diuina essentia, & realiter differunt: ergo necessum est signare aliqua, quibus ab inuicem distinguantur. sed non possumus signare alia quibus ab inuicem distinguuntur, præter relationes: ergo per relationes distinguuntur. Et tandem, si isti doctores as-

3. Argumētum. Hieronij.

4. Argumētum.

Afirmatio heretica.

firmant quòd personæ non distinguuntur per proprietates, eorum planè assertio heretica est: quia oppositum definit ecclesia loco citato, capite. Firmiter. Nec prima opinio quam reprobauim⁹ dubio. 1. id asserit: quinimo affirmat personas distinguuntur per proprietates personales, absolutas tamen. Ex plora ergo istorum hominum sententia velut barbara nimis, & quæ proprium loquendi modum de deo prætergreditur & negat, est alta probabilis antiquorum doctorum opinio, quam tueretur Bonauentura in 1. dist. Bonauentura 26. & 27. potissimum quæst. 3. qui vtrique asserunt, quòd personæ distinguuntur per origines & actus notionales: ita quòd pater distinguitur à filio, quatenus generat: & filius à patre, quatenus generatur: & quòd relationes, vt paternitas & filiatio, dumtaxat indicant personarum distinctionem, quem admodum paternitas & filiatio in humanis, signa sunt manifesta quòd ipsi homines, pater & filius distinguuntur: quandoquidè paternitas & filiatio in eodem esse nequeunt respectu eiusdem. Qui quidem compluribus rationibus conantur defendere sententiam suam: quarum sanè duas adducemus potiores,

potiores, & earum quidem vtraque procedit vno præmissio fundamento. *Suppositio.* Fundamentum itaque cui prior ratio innitur, hoc inquam est: quod d relationes consequuntur ad actus notionales seu origines, & sunt eis posteriores. Quod quidem fundamentum est etiam sancti Tho. in artic. 4.) vt paternitas consequitur generationem, & est ea posterior: enim vt d secundum nostrum modum intelligendi, generatio præsupponitur ad paternitatem & ei præintelligitur: prius enim est secundum modum nostrum intelligendi personam generare, quam quod sit pater: ob id q; communiter dicitur, paternitatem pro fundamento habere generationem. At que eadem ratione filiatio consequitur natiuitatem, & est ea posterior: prius siquidem est iuxta modum intelligendi nostrum aliquam personam nasci & generari, quam q; sit filius: atque eam nasci & generari præintelligitur ad hoc quod d filius sit. Quo nempe fundamento, iacto prior eorum ratio ad hunc modum procedit. ¶ Relationes personarum consequuntur ipsarum origines, ergo origines sunt priores: igitur personæ distinguuntur per origines. Quoniam si alicui rei conueniunt duo, quorum vnus est prius altero, ipsa distinguitur p id. quod est prius, & non per id quod est posterius: vti homini conueniunt rationale & risibile, quorum prius est rationale, & homo distinguitur p rationale, & non per risibile: & est planè in præsentia sermo de distinctione & differentia per se, & non per accidens. Istam opinionem, & eius rationem atque fundamentum cui innitur, refert diuus Th. in illis verbis dum ait, quidam igitur attendentes & c. vlt. que ad illud verbum, sed hoc nõ potest stare propter duo. ¶ Secunda autem eorũ ratio, quam non adducit. sanctus Thom. Sed Bonauentura vbi supra, innitur huic alteri fundamento videlicet, quod d relatio vt refert, consequitur personam que refertur, & est ea posterior secundum modum nostrum intelligendi. Etenim relatio vt refert, præsupponit personam quæ refertur: atq; præsupponitur & præintelligitur personæ esse, vt ipsa referatur. ¶ Nunc itaq; eorũ secunda ratio procedit. Nihil distinguitur per id quod consequitur ad ipsum, & est ipso posterior: vt homo non distinguitur ab alijs per accidentia, aut proprias passiones quæ ipsum consequuntur: at relationes consequuntur personas, & sunt eis posteriores, igitur personæ non di-

stinguuntur per eas. ¶ Et lubet verba huius sancti doctoris Bonauentura referre, vt eim mentem lector melius percipiat: ait namque loco allegato distinct. 26. quæst. 3. In diuinis enim hypostasibus intelligimus originem siue emanationem, intelligimus etiam habitudinem: secundum rationem intelligendi origo præcedit ipsum qui oritur, & secundum rationem intelligendi relatio consequitur ipsum qui refertur, potest igitur proprietas relatiua importare solum habitudinem: & hoc modo consequitur rationem distinctionis, & est ratio innotescendi distinctionem, non distinguendi. hæc ille. & plura alia licebit legere eo loco, quibus huius sancti doctoris mens patebit. & eisdem rationibus nituntur probare, quod personæ nõ constituantur per relationes: quia est constans principium ab ipsis concessum, quod d res per idẽ prorsus per quod constituitur, distinguitur. Rationibus autem diui Bonauentura deinceps satisfaciemus, quia profectò non leues nec parui momenti sunt. ¶ Hanc verò sententiam argumentis magni roboris conuellit atq; confutat diuus Tho. in præsentia. Ad quorum enodationem sunt aliqua præmittenda iuxta mentem eius. ¶ In primis quid sit origo: origo vti que est actus notionalis, quo vna persona producit aliam, vel ab alia producit: & quo vna persona cognoscitur distincta ab alia: vt generatio, natiuitas, seu generare vel generari, spirare vel spirari. Quo fit, vt origo & actus notionalis pro eodem prorsus accipiantur in hac materia de trinitate. ¶ Rursus verò obseruare & maxime memoriam commedare oportet, quod egregie notat sanctus Th. articulo præsentis, & quæst. sequenti artic. 1. ad. 2. declarat atque exactè probat, quod d relatio scilicet & origo sunt idem secundum rem, & sola ratione aut cognitione differunt quo ad modum significandi & intelligendi. Quandoquidem relatio significatur p modum formæ, & origo per modum actus: vt exempli causa paternitas & generatio re ipsa sunt idem, & solum differunt ratione quantum ad modum significandi: quia generatio significatur ad modum actus, per hoc nomẽ generatio, quod significat eam veluti actum progredientem à patre: sed paternitas significatur per modum formæ patris per istum terminum paternitas, qui significat eam vt formam patris, ipsum constitutem. Quod idem affirmandum est de filiatione & natiuitate,

Verba Bonauentura.
Cõfutat. d. Th. sententiam Bonauenturae & aliorum.
2. Annotatio memo- ria commedanda.

uitate, & processione atque spiratione passua. Id nempe vult sanctus Tho. quod illa entitas relatiua que est paternitas, quatenus significatur hoc nomine generatio, est actus & origo: & quatenus significatur hoc nomine paternitas, est relatio: & in quantum significatur & intelligitur hoc nomine aut conceptu generatio, est actus progrediens à patre: & in quantum significatur aut intelligitur hoc nomine aut conceptu paternitas, constituitur patrè. Quod penitus asseuerandum est de natiuitate & filiatione, processione & spiratione passua: vt pote quod illa entitas relatiua que est filiatio, quæ intelligitur aut significatur hoc conceptu natiuitas, est via ad filium, & non constituit ipsum: sed quæ intelligitur & significatur hoc conceptu filiatio, constituit filium: quemadmodum in creaturis calefactio & calor sunt re ipsa idem & eadẽ res, sed vt significatur hoc nomine calefactio, est via ad calorem: & isto pacto considerata non constituit calidum in esse calidi formaliter: at tamẽ vt significatur hoc nomine calor, constituit calidum in esse calidi formaliter. Et hanc doctrinam sancti Thomæ insinuat magister sententiarum in. 1. dist. 26. vbi dicit, quod generatio & natiuitas alijs nominibus dicuntur paternitas & filiatio. ¶ His prælibatis, sanctus Th. impugnat prædictam opinionem duabus rationibus: quarum priori probat, personas magis principaliter distingui per relationes, quam per origines: & secundæ, quod nõ constituantur per origines, sed per relationes. Prima ergo sancti Tho. ratio sic procedit. Res proprie distinguuntur: aut intelliguntur distingui per aliquid internũ & intrinsecum ipsis, & non per extrinsecum & externũ: at generatio, vt generatio, significatur vt extrinseca patri, quando significatur vt actio progrediens à patre: & natiuitas, quatenus natiuitas, significatur vt externa & extrinseca filio: & vt via ad filium: ergo pater & filius non distinguuntur per generationem & natiuitatem. ¶ Secunda ratio sancti Tho. quæ in virtute format. Generatio significatur vt est actio progrediens à persona patris, ergo præsupponit patris personam: igitur persona patris nõ constituitur per generationem. Itẽ etiam natiuitas significatur & intelligitur vt via ad filium, ergo præsupponitur ad filium: nõ igitur constituit filium: quoniam præintelligitur antequam filius intelligatur constitutus aut Opinio sancti Thomæ.

suasus diuus Th. sustinet opinionem aliam, quam iuxta mentem eius initio articuli constitimus: videlicet, q; personæ distinguuntur tum per relationes, tum etiã per origines secundum modum nostrum intelligendi, sed principaliter per relationes: quoniam relationes significatur & intelligitur vt forme internæ & intrinsecæ personis, & origines vt externæ & extrinsecæ. & res potius distinguuntur per id quod est internum & intrinsecum sibi, quam per externum. ¶ Et quauis prior opinio Bonauenturae probabilior sit, existimamus sancti Th. probabiliorẽ, & magis consonam proprio & formali atq; exacto modo loquendi de Deo. Et faremur quidẽ, sanctos insinuare aliquando q; personæ distinguuntur per origines, vt Damascenus vbi supra, & Ambrosius loco allegato dubio. 2. Et August. in lib. de fide ad Petri diaconum cap. 1. in fine capitis ait. Quia igitur aliud est genuisse quã natũ esse, aliud q; est procedere quã genuisse vel natũ esse, manifestum est, quoniam alius est pater, alius filius, alius spiritus sanctus. Quod sane non negat sanctus Th. sed asserit quod d principaliter distinguuntur per relationes. ¶ At obicitur aliquis, sententiam Bonauenturae pugnare cum ecclesiæ doctrinã, dum ait loco allegato capite Firmo. Hæc sancta Trinitas secundum communem essentiam indiuidua, & secundum personales proprietates distincta: At personales proprietates significat relationes, ergo iuxta ecclesiæ definitionem distinguuntur personæ per relationes, & non per origines. ¶ Respondemus sanè, q; nomine personales proprietates, intelligi possunt nõ solum relationes, sed etiã origines. ¶ Dubitari autem potest, an sit hæc res, affirmare q; diuine personæ nõ distinguuntur per relationes neque per origines. ¶ Respondemus, probabile quidẽ esse q; personæ distinguantur per origines, & nõ per relationes: & vice versa, probabile est, personas distinguuntur per relationes, & nõ per origines. Nos verò censemus doctrinã maxime fidei consonã, personas distinguuntur per origines, aut per relationes: ita vt arbitremur oppositũ esse errorẽ, aut errorem proximum. Quod ad huc modum probamus, personæ distinguuntur p proprietates personales, & nõ distinguuntur per proprietates absolutas: ergo distinguuntur per origines, aut per relationes: quæ in diuinis nequeunt intelligi alia proprietates. Collectio sanè est euidens, & maiore est de fide, vt initio articuli præ-

Declaratur plus sibi Tho.
Explatur sententia sancti Thomæ appositio in exemplo.
1. Ratio sibi Thomæ contra prædictam opinionem.
2. Ratio.
Opinio sancti Thomæ.
Autoris decretum.
Augustinus.
Obiectio.
Solutio.
Dubitatio.
Responsio. Maxime obseruanda.
Autoris.
Euidens probatio.

præmissum est, minor verò ita est fidei con-
sona, vt oppositum sit error, aut proximum
errori, vt ostensum est primo dubio: ergo
& conclusio ita est consona fidei, vt oppo-
situm sit error, aut errori proximum. ¶ Iam verò
etiã æquum est, vt argumenta quæ in fa-
uorem diuinauaturæ adducta sunt, dis-
soluamus. Ad primum ergo respondemus
negando illam consequentiã, origines per-
sonarum sunt priores relationibus earum,
ergo personæ distinguuntur per origines.
Et ratio est, quoniam origines significantur
vt externæ & extrinsecæ personis, & rela-
tiones vt formæ intrinsecæ & internæ eis:
quemadmodum paternitas significatur &
intelligitur vt forma intrinsecæ patris: res
autem principalius distinguuntur per intrin-
secæ, quàm per extrinsecæ. Et si ratio præsa-
ta esset alicuius momenti, probaret quippe
quod homo distinguatur à brutis per dispo-
sitiones materiae, & non per animam ratio-
nalem: siquidem illæ sunt priores ea, via ge-
nerationis. ¶ Pro declaratione verò secun-
di argumenti, quod maiorem ingerit diffi-
cultatem, in primis recolere oportet quod
nuper annotauimus, cum ageremus aduer-
sus sententiam præpositiui & Gregorij: vi-
delicet, quod personæ diuinæ seclusa ope-
ratione intellectus seipsis distinguuntur, &
solum distinguuntur per relationes, velut
per earum formas quo ad modum nostrum
intelligendi: quia videlicet intelligimus per
sonas in concreto, vt res subsistentes: & rela-
tiones in abstracto, ita quàm earum formas:
& de ratione formæ est constituere id cuius
est forma, & ipsam ab aliis distinguere. Itaque
dato impossibile si relationes, quæ res ipsa
sunt personæ, nõ possent intelligi in abstra-
cto: vt formæ personarum, per istas notitias,
paternitas, filiatio, spiratio: aut per istam no-
titiam complexam, proprietates personarum
aut, per istam aliam, rationes personarum,
neque per alias similes: personæ ipsæ
profecto nõ distinguerentur per ratio-
nes; velut per earum formas: quia illo impossi-
bili dato, relationes ipsæ neque essent formæ
personarum secundum rem, neque secundum
modum nostrum intelligendi: & quia
vt aliqua res distinguat aliam, necessum est
vt sit aliqua diuersitas inter eas, saltem ratio-
nis: & dato illo impossibili, quod relationes
non possent intelligi in abstracto, sed tantum
in concreto, nulla esset distinctio neque di-
uersitas secundum rem, nec secundum ra-

Ad pri-
mū Bona-
uenturæ.

Explicat
tur exem-
plo, arguo
infirmatur
consequen-
tia.

1. Anno-
tatio sum-
mo ope ab-
seruanda.

tionem inter personas & relationes: vt inter
patrem & paternitatem, filium & filiatio-
nem, spiritum sanctum & processionem.
¶ Aduertendum etiã est, quod in diuinis
esto sit ordo naturæ, quo vna persona pro-
ducit aliam, vel ab alia producit, nequit
tamen re ipsa & extra intellectum in Deo
esse aliquis ordo prioris aut posterioris.
Quod docet diuus Tho. ex August. quæst.
42. art. 3. Et hanc ipsam veritatem docemur
in symbolo Athanasij. Et in hac trinitate ni-
hil prius aut posterius. Itaque ab æterno fue-
runt simul persona patris, paternitas, gene-
ratio filij, eiusdem natiuitas, ipse æternus fi-
lius, & sua filiatio, atque distinctio inter pa-
trem & filium, & mutua eorum relatio qua
inuicem sibi referuntur. Et simul itidem ab
æterno fuerunt pater, filius, spiratio spiritus
sancti, & processio eiusdem, & ipse spiritus
sanctus, atque distinctio eorumque mutua
relatio. Veruntamen nos non possumus illa
omnia in simul intelligere; atque vna cogita-
tione complecti: quin necessum est ordine
quodam seruari, hæc prius, illud posterius
cognoscere. Prius etenim intelligimus per-
sonam patris æterni esse, quàm quod gene-
ret filium: & prius nasci filium atque esse, quàm
quod distinguatur à patre, & referatur ad
illum: atque adeo personam patris iuxta modum
nostrum intelligendi, & captum humanæ
cognitionis, præsupponitur ad generationem
& ei præintelligitur, & generatio ad natiui-
tatem, natiuitas ad filium & esse filij, & fi-
lius præsupponitur & præintelligitur ad
hoc, quod est ipsum à patre distingui, ad
ipsumque referri. Cuius rei hæc ratio est,
quia cum omnis nostra cognitio ortum ha-
beat à sensu: ac cognitionem mutuemus ab
ipsis rebus sensibilibus, hinc est vt cognosca-
mus diuina secundum modum & ordinem,
quo res humanas & sensibiles cognoscimus;
vt pluribus in locis docet sanctus Tho. &
speciatim infra quæst. 41. art. 1. ad secundum.
In rebus autem sensibilibus necessum est
prius esse personam, quàm quod generet
filium: & prius est generare filium, aut dare
operam ad generandum illum, quàm ipsum
generari: & prius est ipsum generari, quàm
esse: & prius est ipsum esse, quàm à patre di-
stingui & ad illum referri. Quo fit, vt licet
in rebus diuinis non sit ordo prioris & po-
sterioris extra operationem intellectus, est
tamen ordo prioris & posterioris secundum
rationem & modum nostrum intelligendi
atque

Anno-
tatio quæ
maximè
moria com-
mendanda.

Ratio an-
notationis.

Corollarium

atque concipiendi. Quamobrem (inquit
sanctus Thom. quæstio. 33. articulo. 3. ad pri-
mum loquens de diuinis) communia abso-
lutè dicta, secundum ordinem intellectus
nostri sunt priora quàm propria. ¶ His præ-
missis, respondemus ad secundum argu-
mentum Bonauenturæ distinguendo mi-
norem, videlicet, relationes consequuntur
ad personas, & sunt eis posteriores: Aut ex-
tra intellectum secluso que ordine ad intel-
lectum, & hoc pacto negamus quoniam per-
sonæ sunt ipsæ relationes subsistentes vt di-
cit sanctus Tho. ad primum & vice versa,
relationes sunt ipsæ personæ subsistentes,
vt etiam dicit sanctus Tho. articulo præce-
denti ad primum: aut secundum modum no-
strum intelligendi, qua ratione fatemur,
quia nos (vt constat ex secunda annotatio-
ne) prius intelligimus personas in suo esse
constitutas, & earum origines, quàm intel-
ligamus eas distingui, & ad inuicem referri.
Sed cum colligis, ergo non distinguuntur
personæ per relationes quo ad modum no-
strum intelligendi, negamus consequentiã.
Quia personæ vt distinguuntur, &
ipsæ relationes vt distinguuntur & referuntur
sunt posteriores secundum modum nostrum
intelligendi ipsi met personis, vt sunt in esse
constitutæ, vt diximus: & in illo posteriori
secundum modum nostrum intelligendi
sunt simul personæ distinctæ, & relationes
vt distinguunt & referunt eas. Sed ex illo
antececente duntaxat colligendum erat,
ergo personæ non constituuntur per rela-
tiones, vt ipsæ referunt & distinguunt per-
sonas: quia hoc pacto consideratæ sunt po-
steriores ipsi personis in esse constitutis,
quod quidem ingenue fatemur: nam rela-
tiones, vt proprietates & formæ personarum,
constituunt eas, sed non constituunt
eas quatenus referunt & distinguunt illas:
quemadmodum manifestum relinquuntur
in articulo. 4. vbi palam hoc asserit sanctus
Th. ¶ Quod verb. hæc diuina opinatio
clarior reddatur, argumentamur aduersus
primam annotationem, quam proximè præ-
missimus: vt argumentum Bonauenturæ fa-
tistaceamus: & vt nostrum argumentum
intelligas, repete nunc illam annotationem,
& in memoriam reuocato. Si illa annotatio
vera esset, sequeretur quod diuinæ personæ
duntaxat distinguerentur per relationes,
dum nos illas concipimus in abstracto: &
cum definimus eas intelligere in abstracto,

Responsio
ad secundum.

ipsæ personæ desinunt distingui per relatio-
nes: ergo Deus mutatur, & infinitæ muta-
tiones contingunt ipsi Deo: quod est hære-
ticum. ¶ Respondemus negando consequentiã
tiam, quin nos mutamur: qui modò concipi-
mus diuinas personas per hos conceptus,
modò per illos. ¶ At obicitur, igitur sequi
tur quod nobis dormientibus aut nihil de
Deo cogitantibus, aut dum ipsum agnosci-
mus per solas notitias concretas, ecclesiæ
doctrina efficitur falsa, qua in capitulo firmi-
ter de summa trinitate sæpe allegato docet,
quod Trinitas distinguatur per relationes
aut proprietates. ¶ Item ab æterno personæ
distinguuntur per relationes, vt potest elici
ex allegato capitulo, nam doctrina illa eccle-
siæ est æternæ veritatis: at nos non fuimus
ab æterno, neque creatura aliqua intelle-
ctualis: ergo personæ non distinguuntur per
relationes solum secundum nostrum mo-
dum intelligendi, sed re ipsa. ¶ Respon-
demus primò, quod cum ego intelligo diui-
nas personas duntaxat conceptibus con-
cretis, tunc diuinæ personæ vt à me intel-
liguntur, non distinguuntur per relationes
tanquam per earum formas: quia vt ego in-
telligo illas, nulla est distinctio inter ipsas
& relationes: & inter distinguens & id
quod distinguitur debet esse (vt diximus)
distinctio saltem rationis. ¶ Asserimus se-
cundò (præmissis quod diximus de distin-
ctione rationis actu & aptitudine quæstio.
28. articulo. 2. disputatiõe. 1. iam ad finem,
& disputatiõe. 2. primo dubio) asserimus
iniquam, quod ab æterno personæ distin-
guuntur per relationes & proprietates:
quia ab æterno fuit distinctio rationis, sal-
tem aptitudinalis, aut aptitudinalis, quate-
nus ab æterno personæ poterant concipi
ab intellectu creato per notitias relatiuas,
abstractas, & concretas. ¶ Tertio affir-
mamus, quod etiam ab æterno fuit distin-
ctio rationis actu inter personas & relatio-
nes earum, in quantum Deus actu ab æterno
cognouit personas & relationes, vt pote-
rant cognosci à creatura per diuersas no-
titias. ¶ Quo fit, vt ab æterno necessariò
fuerit personæ distincta per relatio-
nes, quia ab æterno Deus necessariò illo mo-
do cognouit relationes & personas: ex qua
diuina cognitione insurgit necessariò dis-
tinctio rationis actu inter ipsas: & præte-
rea necessariò fuit distinctio rationis inter
illas aptitudine.

Responsio

Obiectio

Confirmatio

Solutio

Secundum

Tertio

Corollarium

Corollarium ¶ Ex quibus colligitur, doctrinam praefatam ecclesiae, esse aeternae veritatis, atque non mutari de veritate in falsitate per diuersos modos cognoscendi nostros. Sed tamen secluso quocunque ordine ad intellectum, dato impossibile, aut considerando eas per conceptus absolutos & concretos, vt sic considerantur, nulla est distinctio inter personas & relationes: vt inter patrem & paternitatem, inter filium & filiationem: inter spiritum sanctum & processionem: quauis personae inter se necessitate realiter distinguantur, & relationes etiam inter se realiter distinguantur: atque adeo (vt saepe iteramus) personae secluso quocunque ordine ad intellectum, solū se ipsis distinguuntur. ¶ Hoc nempe fundamentum plures non assequuntur, neque intelligunt, ob cuius ignorantiam passim eos decipi contingit in hac disputatione: quae si hanc solutionem, & priorem annotationem diligenti animo atque apertis oculis expendas studioso lector, innumera argumenta & Scoti & aliorum, facili aut nullo negotio dissolues. A trāmen argumenta quibus ipsemet diuus Th. insurgit contra se ipsum, grauiora multo sunt omnibus aliis quae ab aliis doctoribus coaeruantur. ¶ Quorum primum

Nota. ¶ Hoc nempe fundamentum plures non assequuntur, neque intelligunt, ob cuius ignorantiam passim eos decipi contingit in hac disputatione: quae si hanc solutionem, & priorem annotationem diligenti animo atque apertis oculis expendas studioso lector, innumera argumenta & Scoti & aliorum, facili aut nullo negotio dissolues. A trāmen argumenta quibus ipsemet diuus Th. insurgit contra se ipsum, grauiora multo sunt omnibus aliis quae ab aliis doctoribus coaeruantur. ¶ Quorum primum

1. Sci Th. Argumentum est: simplicia tantummodo se ipsis distinguuntur, diuinae personae sunt simplicissima: ergo distinguuntur se ipsis, & non relationibus. Respondet quippe diuus Th. his verbis: quod personae sunt ipsae relationes subsistentes. Vnde non repugnat simplicitati diuinarum personarum, quod relationibus distinguantur. Virtute igitur respondet sanctus Th. negando consequentiam: quoniam esse diuinam personam extra intellectum se ipsis distinguuntur, verum quo ad modum nostrum intelligendi relationibus distinguuntur: dum eas concipimus vt formas personarum. Negat hoc pugnat cum diuina simplicitate, quia personae re ipsa atque extra intellectum sunt ipsae relationes subsistentes. Profecto si ea quae dicitur ad. 1. hoc pacto non intelligantur, vt per annotauimus, diuus Th. non satisfaceret argumento. ¶ Secundum argumentum est. Substantia solū distinguitur inter se & essentialiter ab aliis, per rem de praedicamento substantiae: vt homo per rationale: at qualibet persona diuina est substantia: ergo per substantiam & rem absolutam distinguitur ab aliis personis, & non per relationem. ¶ Respondet summam negando consequentiam: quoniam personae diuinae non distinguuntur,

substantia aut essentia, neque in esse in quo subsistunt, neque alio absoluto, sed duntaxat secundum quod ad aliquod dicuntur: quamobrem tantummodo per relationes distinguuntur. Secus est de substantiis creatis, quae distinguuntur inter se essentialiter per absoluta: vt homo & brutum, per rationale & irrationale. ¶ Est tertium argumentum. In diuinis prius est absolutum quam relatiuum, vt etiam constat loco allegato quaest. 33. artic. 3. ad. 1. igitur prior est distinctio absolutorum quam relatiuorum: at prima omnium distinctio est distinctio inter personas diuinas, ergo distinctio diuinarum personarum est per absoluta, & non per relationes. ¶ Respondet negando priorem consequentiam: quia in diuinis tantum est vnum primum absolutum, nempe diuina essentia: alia enim attributa sunt idem cum diuina essentia: & vbi est solum vnum, nequit esse distinctio realis. ¶ Et notat diuus Th. quod distinctio diuinarum personarum est minima inter omnes reales distinctiones, quia inter omnes est propinquior unitati diuinae: quocirca distinctio personarum debet esse per id quod minus distinguit, videlicet per relationem. ¶ Quo fit assertio quorundam qui dicunt, diuinas personas tantum distinguuntur tres homines Petrum, Paulum, Ioanem, falsam quidem esse: quoniam hi distinguuntur personaliter & per absoluta secundam essentiam: diuinae vero personae solum per relationes & non secundum essentiam. ¶ Quarto argumentum dicitur, Th. ad quod supponit distinctio, neque esse distinctio principium: at relatio praesupponit distinctionem, ergo relatio nequit esse distinctio principium: & ex consequenti diuinam personam non possunt distinguere per relationes, tanquam per principia distinctionis. Ostendimus autem minorem ex definitione relationis, aut relationum, quae est ad aliud se habere: ac perinde praesupponit aliud distinctum. ¶ Respondet diuus Th. quod in creaturis relatio supponit distinctionem suppositorum, quia est accidens: sed in diuinis est substantia per se subsistens, quamobrem non praesupponit distinctionem: sed illam praesens. Et obseruat diuus Th. quod in definitione relatiui, per illam partem quae dicitur ad aliud, intelligitur correlatiuum: quod non est prius, sed simul natura cum eo ad quod refertur. Quapropter hinc, quod relatio aut relatiuum se habeat ad aliud

1. Sci Th.
2. Argumentum.
Respondet.

substantia aut essentia, neque in esse in quo subsistunt, neque alio absoluto, sed duntaxat secundum quod ad aliquod dicuntur: quamobrem tantummodo per relationes distinguuntur. Secus est de substantiis creatis, quae distinguuntur inter se essentialiter per absoluta: vt homo & brutum, per rationale & irrationale. ¶ Est tertium argumentum. In diuinis prius est absolutum quam relatiuum, vt etiam constat loco allegato quaest. 33. artic. 3. ad. 1. igitur prior est distinctio absolutorum quam relatiuorum: at prima omnium distinctio est distinctio inter personas diuinas, ergo distinctio diuinarum personarum est per absoluta, & non per relationes. ¶ Respondet negando priorem consequentiam: quia in diuinis tantum est vnum primum absolutum, nempe diuina essentia: alia enim attributa sunt idem cum diuina essentia: & vbi est solum vnum, nequit esse distinctio realis. ¶ Et notat diuus Th. quod distinctio diuinarum personarum est minima inter omnes reales distinctiones, quia inter omnes est propinquior unitati diuinae: quocirca distinctio personarum debet esse per id quod minus distinguit, videlicet per relationem. ¶ Quo fit assertio quorundam qui dicunt, diuinas personas tantum distinguuntur tres homines Petrum, Paulum, Ioanem, falsam quidem esse: quoniam hi distinguuntur personaliter & per absoluta secundam essentiam: diuinae vero personae solum per relationes & non secundum essentiam. ¶ Quarto argumentum dicitur, Th. ad quod supponit distinctio, neque esse distinctio principium: at relatio praesupponit distinctionem, ergo relatio nequit esse distinctio principium: & ex consequenti diuinam personam non possunt distinguere per relationes, tanquam per principia distinctionis. Ostendimus autem minorem ex definitione relationis, aut relationum, quae est ad aliud se habere: ac perinde praesupponit aliud distinctum. ¶ Respondet diuus Th. quod in creaturis relatio supponit distinctionem suppositorum, quia est accidens: sed in diuinis est substantia per se subsistens, quamobrem non praesupponit distinctionem: sed illam praesens. Et obseruat diuus Th. quod in definitione relatiui, per illam partem quae dicitur ad aliud, intelligitur correlatiuum: quod non est prius, sed simul natura cum eo ad quod refertur. Quapropter hinc, quod relatio aut relatiuum se habeat ad aliud

aliud, non sequitur quod praesupponat distinctionem, sed quod ipsa distinguantur. Plura alia sunt argumenta contra assertionem sancti Th. quae nos adducemus art. 4.

Quarta commentarii pars.



Tertium.

Responsio relegatur in alio loco

Difficultas circa litteram.

Obiectio.

Responsio.

¶ Eterum postquam definitum est, iuxta S Th. sententiam personae distinguuntur per relationes, dubitamus tertio: an personae diuinae duntaxat distinguantur per oppositionem relationum, aut relationes sibi inuicem oppositas: ita vt pater distinguatur à filio per paternitatem, quia illa solummodo relatae opponitur filio: & ea non distinguatur ab spiritu sancto, quia per eam non opponitur relatae spiritui sancto: & simili ratione filius tantummodo distinguatur à patre per filiationem, & non ab spiritu sancto. ¶ Quam quidem quaestio non fuit disputauimus superius quaest. 36. art. 2. Cuius partem affirmantem eodem loco tuetur sanctus Th. ex qua nempe colligit, quod si spiritus sanctus non procederet à filio, ab eo neutiquam distingueretur: quādoquidem eo impossibili dato, spiritus sanctus non opponeretur relatiui filio. Partem verò negantem, vt ibidem diximus, mordicus tenet Scotus: videlicet, quod pater distinguitur per paternitatem non solum à filio, sed ab spiritu sancto: & filius per filiationem non solum à patre, sed ab eodem spiritu sancto. Ex qua nimirum opposito modo colligit Scotus ipse, quod si spiritus sanctus non procederet à filio, & spiraretur à patre, adhuc distingueretur à filio per spirationem passiuā quae procederet à patre. Quamobrem ne identidem eadem repetendo molesti simus lectori, ab hac quaestione modo abstinemus, vt suo loco lector eam perlegat. ¶ Ex litera huius articuli emergunt aliqua difficultates, quibus adhibenda est explicatio. Initio, inquit, diuus Th. quod distinguuntur constituit res distinctas, obijcimus, quoniam spiratio distinguit patrem & filium ab spiritu sancto, & nullam personam constituit: vt ostensum est quaest. 32. art. 3. ¶ Respondemus sanctum Thomam loqui de proprietatibus personarum: aut secundum dicimus, quod spiratio

secundum modum nostrum intelligendi constituit spiratorem, vt abstractum constituit suum concretum: veluti deitas deū. Neque propterea tibi in mentem subeat vana cogitatio, in diuinis spiratorem esse quantum constitutum extra intellectum, vt perperam Nominalium aliqui congingunt, quorum sententiam in superioribus confutauimus. Neque existimes spiratorem esse personam, aut spirationem esse proprietatem personalem, vt saepe admonuimus: siquidem est communis patri & filio & ipse spirator, & ipsa spiratio. ¶ Altera difficultas circa litteram est, quoniam videtur, discrimen quod constituit diuus Thom. inter generationem & paternitatem, non habere verum, quatenus dicit quod paternitas significatur per modum formae, generatio verò minime: sed per modum actus progrediens à patre. Aduersus quod discrimen argumentamur. ¶ Primum, paternitas significatur per modum formae, quia significatur in abstracto: at generatio pariter significatur in abstracto: ergo etiam significatur per modum formae, sicut paternitas. ¶ Itē, sicut paternitas, qua paternitas est, constituit patrem, ita generatio, qua generatio, generantem & genitorem: ergo sicut paternitas significatur per modum formae constituit patrem, sic quoque generatio significatur per modum formae constituit genitorem. ¶ Et tandem, sicut paternitas est abstractio patris, ita generatio generantis, aut genitoris: igitur vtraque earum forma est sui concreti: atque adeo discrimen d. Th. falsū videtur. ¶ Vt ambiguitatem hanc explicemus obseruandum est, quod actio, qua actio est, non constituit agens, sed potius praesupponit illud: quia actiones sunt suppositorum, aut existentium quae iam sunt constituta in esse: & quia de ratione constitutis est, esse in constituto: & actio, vt actio, non est in agente formaliter sed in passio: etenim vt dicit Aristot. 3. physic. text. 21. motus qui est in passio est actio & passio. actio, in quantum oritur ab agente: passio, in quantum recipitur in passio. Item, quia actio, vt actio, progreditur ab agente in terminum actionis: non ergo vt sic, manet in agente: neque hoc pacto constituit agens. ¶ Quo fit, vt generatio, patris vt agens, non constituit generantem, aut genitorem predictis duabus rationibus: tum quia praesupponit ipsum, tum etiam quia de ratione constitutis est: vt fit in constituto. ¶ Y 2 & gene

Difficultas.

1. Art. 2.

Secundum.

Tertium.

ambiguitas.

Illud.

& generatio, vt generatio & actio est, non significatur vt manens in patre & existens in eo, sed potius vt ab eo progreditur in terminum generationis: scilicet filium.

Solutio ad 1^{am} quaestionem. Qua annotatione praemissa, facile erit argumentis praefatis satisfacere, dicendo quod esto generatio sit abstractum genitoris & generantis, non tamen significatur per modum formae: sicut paternitas: Quia significari per modum formae, est significari in abstracto per modum existentis in eo cuius est abstractum, & constitutivis id: quo pacto non significatur generatio patris aeterni per hoc nomen generatio, quod significat illam, vt actionem & actum progredientem a patre: & non significat eam vt permanentem & existentem in eo. Sed opposito nempe modo asserendum est de paternitate: quod videlicet significatur hoc nomine paternitas in abstracto per modum existentis in patre, & constitutivis ipsum.

Obiectio. Aduersus tamen hanc assertionem opponimus ex eodem sancto Thom. qui de potentia quaest. 8. art. 2. ait in haec verba. Quantitas significatur vt alicuius in quo est, & similitur qualitas: ad aliquid vero non significatur vt aliquid eius in quo est, sed vt ad id quod extra est: haec sanctus Thom. at paternitas est ad aliquid, ergo falsum est quod asserimus, videlicet quod paternitas significatur per modum existentis in patre: sed potius significatur per modum tendentis.

1. Responso. aut respiciens filium. Respondemus quod paternitas non est ad aliquid, sed potius ratio qua res aliqua est ad aliquid, & ad aliud refertur. Sanctus Thom. autem loquitur de ad aliquid quod est relatiuum, & concretum relationis, & non de relatione in abstracto.

2. Responso. Quod si haec responsio non placet, dicimus aliter quod relatio in abstracto, vt paternitas, bifariam considerari potest: vno modo vt forma relatiui in eo existens, & illud constituens, vt paternitas in quantum est in patre, & patrem constituit: & hoc pacto significatur per hoc nomen paternitas: Alio modo vt est respectus ad filium, & vt refert patrem ad filium: & sic significatur hoc nomine ad aliquid, atque ad eo omnia consonant: & quod asserit Sanctus Thom. & quod nos dicimus.

Obiectio. Verum obijcimus Paternitas, vt significatur hoc nomine paternitas, est abstractum patris: ergo significatur non vt est in patre, sed potius per modum existentis

per se, & vt a patre abstracta: ob id enim dicitur abstractum: Non ergo hoc nomine paternitas significatur per modum existentis in patre. In primis si hoc argumentum esset alicuius momenti, probaret assertionem praefatam diui Thom. falsam esse, qua loco allegato de potentia asserit, quod quantitas significatur vt alicuius in quo est, & similiter qualitas: nam sicut paternitas est abstractum, ita quantitas & qualitas. Secundo dicimus quod paternitas non dicitur abstractum, quia significatur vt abstracta a patre: sed quia significatur vt ratio distincta a patre, & vt ipsi constitutivis: quod constat ex eius definitione. Nam perfectio si interrogamus quid est paternitas, respondere habemus quod est ratio, qua pater est pater, & simili modo dicendum est de quocunque alio abstracto: vt albedo est ratio qua album est album: & quantitas ratio qua res est quanta: & qualitas ratio qua res est qualis: & deitas ratio qua Deus est Deus. Demum vltimo existit alia dubitatio circa illa verba sancti Thom. videlicet, relationes vel proprietates distinguunt vel constituunt hypostasias vel personas, in quantum sunt ipsae personae subsistentes. Contra hanc assertionem obijcimus. Idem, quatenus idem, se ipsum constituere non potest: quoniam vt saepe a nobis animaduersum est, inter constituentem & constitutum debet esse aliqua distinctio: falsa igitur est assertio diui Thom. dum ait, quod relationes in quantum sunt ipsae personae subsistentes constituunt illas. Pro enodatione huius difficultatis annotare oportet, multiplicem esse constitutionem: alteram secundum partem, vt qua homo constituitur ex corpore & anima: alteram vero secundum accidens, qua quidem constituitur aliquid ex subiecto & accidenti, vt album, ex corpore & albedine, & forsitan sunt plura alia genera constitutionis, quae sanè omnes ferunt secundum compositionem & imperfectionem: quocirca diuina simplicitati repugnant. Ceterum alta est constitutio ex abstracto & concreto, quae sunt omnino idem, sed tamen concipiuntur per diuersas notitias in abstracto & concreto: Quomodo Deus, vt concipitur hoc nomine concreto Deus, constituitur ex deitate, aut ex ipsomet Deo: vt concipitur per hanc aliam notitiam deitas, & huiusmodi nimirum constitutio nullam compositionem dicit, neque imperfectionem: qua de causa diuina simplicitati non repugnat. Ex quibus colligitur, quod de ratione huiusmodi simplicissima constitutione, nis duo sunt: primum, quod constitutum & constituens sint omnino idem re ipsa: secunda coaditio qua requiritur est, quod discernantur duntaxat: penes diuersos modos concipiendi, quibus concipimus eandem penitus rem. Infertur insuper quod haec propositio est concedenda: Constituens in quantum est idem re cum constituto & ratione differt ab eo, constituit illud hac simplicissima constitutione ex abstracto & concreto. Elicitur tandem vltimo, quod paternitas in quantum re est idem cum patre & ratione differt ab eo, constituit ipsum hac simplicissima constitutione: ac subinde vera est assertio diui Thom. quod videlicet relationes, quatenus secundum rem sunt ipsae personae subsistentes (supple, & ratione differunt ab eis), constituunt ipsas personas constitutione hac simplicissima, & dato nihil addamus assertioni diui Thom. ea verissima est: nam illa particula, in quantum, explicat & specificat primam rationem aut conditionem necessariam ad constitutionem huiusmodi ex abstracto & concreto: quod videlicet constituens & constitutum secundum rem & extra intellectum sunt idem. Et addit sanctus Thom. particulam illam reduplicatiuam, in quantum sunt personae subsistentes, vt insinuaret quod constitutio qua relationes constituunt personas, est simplicissima, & non importat imperfectionem: sicut ea in qua constituens & constitutum differunt secundum rem: vt constitutio secundum partem, aut secundum accidens. Si qua haecenus dicta sunt exacte cognoscas, profiteor in litera diui Thom. quae perdifficilis est, nihil manere obscuritatis.

compositionem dicit, neque imperfectionem: qua de causa diuina simplicitati non repugnat. Ex quibus colligitur, quod de ratione huiusmodi simplicissima constitutione, nis duo sunt: primum, quod constitutum & constituens sint omnino idem re ipsa: secunda coaditio qua requiritur est, quod discernantur duntaxat: penes diuersos modos concipiendi, quibus concipimus eandem penitus rem. Infertur insuper quod haec propositio est concedenda: Constituens in quantum est idem re cum constituto & ratione differt ab eo, constituit illud hac simplicissima constitutione ex abstracto & concreto. Elicitur tandem vltimo, quod paternitas in quantum re est idem cum patre & ratione differt ab eo, constituit ipsum hac simplicissima constitutione: ac subinde vera est assertio diui Thom. quod videlicet relationes, quatenus secundum rem sunt ipsae personae subsistentes (supple, & ratione differunt ab eis), constituunt ipsas personas constitutione hac simplicissima, & dato nihil addamus assertioni diui Thom. ea verissima est: nam illa particula, in quantum, explicat & specificat primam rationem aut conditionem necessariam ad constitutionem huiusmodi ex abstracto & concreto: quod videlicet constituens & constitutum secundum rem & extra intellectum sunt idem. Et addit sanctus Thom. particulam illam reduplicatiuam, in quantum sunt personae subsistentes, vt insinuaret quod constitutio qua relationes constituunt personas, est simplicissima, & non importat imperfectionem: sicut ea in qua constituens & constitutum differunt secundum rem: vt constitutio secundum partem, aut secundum accidens. Si qua haecenus dicta sunt exacte cognoscas, profiteor in litera diui Thom. quae perdifficilis est, nihil manere obscuritatis.

Articulus tertius.

Vtrum abstractis per intellectum proprietatibus seu relationibus a per-

sonis, adhuc remaneant hypostasias.



De tertium sic proceditur. Videtur, quod abstractis per intellectum proprietatibus, seu relationibus a

personis, adhuc remaneant hypostasias. Id enim ad quod aliquid se habet ex additione, potest intelligi remoto eo quod sibi additur. Sicut homo se habet ad animal ex additione & potest intelligi animal remoto rationali, sed persona se habet ex additione ad hypostasiam. Est enim persona hypostasias proprietate distincta ad dignitatem pertinente. Ergo remota proprietate personali a persona intelligitur hypostasias.

Preterea, Pater non ab eodem habet, quod sit pater, & quod sit aliquid: Cum enim paternitate sit pater, si paternitate esset aliquid, sequeretur quod filius in quo non est paternitas, non esset aliquid. Remota ergo per intellectum paternitate a patre, adhuc remanet quod sit aliquid, quod est esse hypostasias. Ergo remota proprietate a persona remanet hypostasias.

Preterea, August. dicit. s. de trin. Non hoc est dicere ingenitum, quod est dicere patrem. Quia si filium

non genuisset, nihil prohiberet cum dicere ingenitum: sed si filiū non genuisset, non inesset ei paternitas. Ergo remota paternitate adhuc remanet hypostasis patris ingenuita. Sed contra est quod Hila. dicit. 4. de tri. Nihil habet filius nisi natum. Natiuitate autem est filius. Ergo remota filiatione non remanet hypostasis filij. Et eadem ratio est de alijs personis.

¶ Respondeo dicendum, quod duplex fit abstractio per intellectum. Vna quidem, secundum quod vniuersale abstrahitur à particulari, vt animal ab homine. Alia verò, secundum quod forma abstrahitur à materia. Sicut forma circuli abstrahitur per intellectum ab omni materia sensibili.

¶ Inter has autē abstractiones hæc est differentia, quod in abstractione, quæ fit secundum vniuersale & particulare, non remanet id à quo fit abstractio; Remota enim ab homine differentia rationali, non remanet in intellectu homo, sed solum animal.

¶ In abstractione verò quæ attenditur secundum formam à materia, vtrunq; remanet in intellectu. Abstrahendo enim formam circuli ab e, remanet seorsum in intellectu nostro & intellectus circuli & in intellectu eius. Quamuis autem in diuinis non sit vniuersale neq; particulare, nec forma nec materia secundum rem, tamen secundum modum

significandi inuenitur aliqua similitudo horum in diuinis: secundum quem modum Damasc. dicit, quod commune est substantia, particula re verò hypostasis. Si igitur loquamur de abstractione quæ fit secundum vniuersale & particulare, remotis proprietatibus remanet in intellectu essentia communis, non autem hypostasis patris, quæ est quasi particulare. Si verò loquamur secundum modum abstractionis formæ à materia, remotis proprietatibus non personalibus remanet intellectus hypostasum, & personarum. Sicut remoto per intellectum a patre quod sit ingenitus vel spirans, remanet hypostasis, vel persona patris: sed remota proprietate personali per intellectum, tollitur hypostasis intellectus. Non enim proprietates personales sic intelliguntur aduenire hypostasibus diuinis, sicut forma subiecto præexistenti: sed ferunt secum sua supposita in quantum sunt ipsæ personæ subsistentes. Sicut paternitas est ipse pater, hypostasis enim significat aliquid distinctum in diuinis, cum hypostasis sit substantia indiuidua. Cum igitur relatio sit, quæ distinguit hypostasem & constituit (vt dictum est) relinquitur quod relationibus personalibus remotis per intellectum, non remaneant hypostasem. Sed (sicut dictum est) aliqui dicunt quod hypostasem

postasem in diuinis non distinguuntur per relationes, sed per solam originem: vt intelligatur pater esse hypostasis quedam, per hoc quod non est ab alio filius autem per hoc quod est ab alio per generationem. Sed relationes aduenientes quasi proprietates ad dignitatem pertinentes, constituunt rationem personæ. Vnde & personalitates dicuntur. Vnde remotis huiusmodi relationibus per intellectum, remanent quidem hypostasem, sed non personam: sed hoc non potest esse propter duo. Primum, quia relationes distinguunt & constituunt hypostasem, vt ostensum est. Secundum quia omnis hypostasis naturæ rationalis est persona, vt patet per definitionem Boet. dicentis, quod persona est rationalis naturæ indiuidua substantia. Vnde ad hoc quod esse hypostasis & non persona, oportet abstrahi ex parte naturæ rationalitatem, non autem ex parte personæ proprietatem.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod persona non addit supra hypostasem proprietatem distinguentem absolute, sed proprietatem pertinentem ad dignitatem pertinentem. Totum enim hoc est accipiendum loco vnius differentie. Ad dignitatem autem pertinet proprietatem distinguens, secundum quod intelligitur subsistens in natura rationali. Vnde remota proprietate distinguente à persona, non remanet hy-

postasis. Sed remaneret si tolleretur rationalitas naturæ. Tam enim persona quæ hypostasis est substantia indiuidua. Vnde in diuinis de ratione vtriusque est relatio distinguens.

¶ Ad secundum dicendum, quod paternitate non solum est pater, sed est persona, & est quis, siue hypostasis. Nec tamen sequitur quod filius non sit quis siue hypostasis, sicut non sequitur quod non sit persona.

¶ Ad tertium dicendum, quod intentio August. non fuit dicere, quod hypostasis patris remaneat ingenuita remota paternitate, quasi innascibilitas constituat & distinguit hypostasem patris. Hoc enim esse non potest, cum ingenitum nihil ponatur, sed negatiue dicatur, vt ipsemet dicit: sed loquitur in communi, quia non omne ingenitum est pater. Remota ergo paternitate non remanet in diuinis hypostasis patris, vt distinguitur ab alijs personis, sed vt distinguitur a creaturis sicut iudei intelligunt.

Commentarium.



Discriminatio. Omne hypostasis intelligit diuus Th. inter hypostasem & personam. Vnde dicitur, quod hypostasis est substantia, persona est substantia ad dignitatem pertinentem. Vnde dicitur, quod hypostasis est substantia, persona est substantia ad dignitatem pertinentem. Vnde dicitur, quod hypostasis est substantia, persona est substantia ad dignitatem pertinentem.

persona autem est suppositum naturæ intellectuales, vt definit Boetius, rationalis natura indiuidua substantia: Et hoc inuit diu Th. in 1. argumento, cum ait. Persona se habet ex additione ad hypostasim: est enim hypostasis proprietate distincta ad dignitate pertinet. ¶ Ob quod nempe discrimen, aliqui antiquorum, (quorum opinionem diuus Th. in præsentis articulo recitat,) opinari sunt quod hypostasis & persona longè in diuinis distet intervallo. Etenim aut, quod hypostases constituitur & distinguitur per origines: & personæ per relationes: ita quod diuinis hypostasis iam constitutis per origines, adueniunt relationes tantam proprietates ad dignitatem pertinentes, & constituitur hypostases secundum rationem personæ: ita vt persona diuina sit constituta ex hypostase & relatione sibi adueniente. An autem hæc opinio sit omnino eadem cum illa quam reulit articulo præcedenti ex antiquis, conuertienda quippe est in altera quæ: sed profecto parum momenti. Quapropter nos eam missam facimus, opinetur quibus vt libenter, parum enim refert. **Hæc autem opinio dicitur confutari diuis Th. Primò, quia relationes distinguunt & constituunt hypostases, vt ostensum est articulo præcedenti: secundò, quia omnis hypostasis naturæ intellectuales est persona, ut liquet ex definitione Boetij: igitur hypostasis naturæ diuinæ, & persona nullo pacto distinguuntur. ¶ A tercio etiam in hoc articulo nonnulla sanctus Th. ingerit, quæ ad logicam & metaphisicam pertinent, quæ sane intellectu facultatis & in animæ personis sancti ei, qui iam pridem logicum & metaphisicum egit. Pendet etiam huius articuli cognitio ab his quæ in articulo præcedenti diximus, sed his in super quæ in articulo sequenti dicemus: quibus intellectus litera diu Th. clara & perspicua relinquatur. Quamobrem metem eius summarim explicabimus quatuor assertionibus, quarum non prius eius ordine seruari: quatuor prius sit. ¶ Iuxta opinionem antiquorum, proxime ad ducta, si dato impossibile, abstraheretur relationes à diuinis, remaneret hypostases diuinæ sed non personæ. Eadem osere dicendum est secundum opinionem Ioannis de Ripa, & secundum opinionem Bonauenturæ, quas articulo præcedenti impugnauimus. Hæc sane sententiam, vt proxime diximus, confutatur rationibus adductis: ¶ Secunda uero assertio.**

Antiquorum opinio

Reprobatur

Omissa autem in præsentis articulo disputata sunt quæ ad logicam & metaphisicam pertinent, quæ sane intellectu facultatis & in animæ personis sancti ei, qui iam pridem logicum & metaphisicum egit. Pendet etiam huius articuli cognitio ab his quæ in articulo præcedenti diximus, sed his in super quæ in articulo sequenti dicemus: quibus intellectus litera diu Th. clara & perspicua relinquatur. Quamobrem metem eius summarim explicabimus quatuor assertionibus, quarum non prius eius ordine seruari: quatuor prius sit. ¶ Iuxta opinionem antiquorum, proxime ad ducta, si dato impossibile, abstraheretur relationes à diuinis, remaneret hypostases diuinæ sed non personæ. Eadem osere dicendum est secundum opinionem Ioannis de Ripa, & secundum opinionem Bonauenturæ, quas articulo præcedenti impugnauimus. Hæc sane sententiam, vt proxime diximus, confutatur rationibus adductis: ¶ Secunda uero assertio.

rio. Si concessio eo quod fieri minime potest, relationes abstraherentur à diuinis, non remaneret hypostasis, neque aliqua trium personarum, nec pater, nec filius, nec spiritus sanctus: quandoquidem hypostases diuinæ & personæ sunt ipsæ relationes subsistentes. ¶ Tertia assertio: Si id quod fieri nequit, concedamus quod spiratio abstraheretur à patre, & à filio, remaneret persona patris, & persona filij: quia persona patris (solum constituitur paternitate: & persona filij filiatione. ¶ Ultima tandem assertio est: quod si dato impossibile, abstraherentur omnes relationes à Deo manente essentia, tunc remaneret vna persona, puta ipsa essentia: quæ tunc esset persona. Persona namque duo dicitur, scilicet quod sit subsistens, & non sit communis, & illo concessio, diuina essentia esset subsistens & non communis: atque adeo esset persona admodum quod sit in intellectu deū & diuinam essentiam esse vnicam personam.

Articulus quartus. *De actibus notionales præintelliguntur proprietatibus.*



Ad quartum sic proceditur. Videtur quod actus notionales præintelliguntur proprietatibus: dicit enim Magister 2. d. 1. sententiarum, quod pater semper est, quia genuit seipsum filium. Et ita videtur, quod generatio secundum intellectum præcedat paternitatem. ¶ Præterea, Omnis relatio præsupponit in intellectu id supra quod fundatur, sicut æqualitas quantitati: sed paternitas est relatio fundata super actione, quæ est generatio. Ergo paternitas præsupponit generationem.

¶ Pre-

¶ Præterea, Sicut se habet generatio actiua ad paternitatem, ita se habet natiuitas ad filiationem. Sed filiatione præsupponit natiuitatem (Ideo enim, filius est, quia natus est) ergo & paternitas præsupponit generationem. ¶ Sed contra, Generatio est operatio personæ patris. Sed paternitas constituit personam patris. Ergo prius est secundum intellectum paternitas qua generatio. ¶ Respondetur dicendum, quod secundum illos, qui dicunt quod proprietates non distinguunt & constituunt hypostases, sed manifestant hypostases distinctas & constitutas, absolute dicendum est quod relationes secundum modum intelligendi consequuntur actus notionales: vt dici potest simpliciter, quod quia generat est pater: sed supponendo quod relationes distinguant, & constituunt hypostases in diuinis, oportet distinctione vti. Quia origo significatur in diuinis actiue & passiue. Actiue quidem, sicut generatio attribuitur patri, & spiratio sumpta pro actu notionali attribuitur patri & filio. Passiue autem sicut natiuitas attribuitur filio: & processio spiritui sancto. Origines enim passiue significat simpliciter præcedunt secundum intellectum, proprietates personarum procedunt, etiam personales. Quia origo passiue significata, significat vt via

ad personam proprietate constitutam. Similiter & origo actiue significata prior est secundum intellectum quæ relatio personæ originantis, quæ non est personalis. Sicut actus notionalis spirationis secundum intellectum præcedit proprietatem relatiuam innominatam communem patri & filio. Sed proprietates personales patris potest considerari dupliciter. Vno modo, vt est relatio. Et sic iterum secundum intellectum præsupponit actum notionalem, quia relatio in quantum huiusmodi fundatur super actum. Alio modo secundum quod est constitutiua personæ. Et sic oportet quod præintelligatur relatio actui notionali sicut persona agens præintelligitur actioni. ¶ Ad primū ergo dicendum, quod cum Magister dicit quod quia generat est pater, & spiritus nomen patris secundum quod designat relatione tantum, non autem secundum quod significat persona subsistente. Sic enim oportet, e contrario dicere, quod quia pater est, generat. ¶ Ad secundū dicendum, quod obiectio illa procedit de paternitate secundum quod est relatio, & non secundum quod est constitutiua personæ. ¶ Ad tertium dicendum, quod natiuitas est via ad personam filij. Et ideo secundum intellectum præcedit filiationem, etiam secundum quod est constitutiua personæ filij. Sed generatio actiua significatur vt progredies a plura patris. Et ideo præsupponit proprietatem personalem patris.

¶ Com-

Commentarium.



Commentariū hoc in tres secam^o partes: in .i. art. literā declarabimus: in secunda disputabimus vnā quæstionē: in tertia alterā. Nec mireris optime lector, nos in pertractatione & explicatione huius articuli sepe eadem repetendū fecimus, vt intellectu eius perdifficilem tibi enodemus.

Prima commentarij pars.



Omne proprietatū intelligit relationes quæ constituunt personas: quare deinceps indifferenter vtimur, isto vel illo nomine pro eodem: quod oportet lectorē annotare: vt multitudinē aut varietatē horū nominū deceptus turbetur: cū sanctus Th. in art. præsentis modō hoc, modō illud pro ebdē actū piat, scilicet pro entitate reatiua, quæ est in Deo. An vero aliquo pacto differat hæc nomina quoad significationē, esto pro eodem accipiantur, postea videbimus.

Pro eodem accipitur p. prietas & relatio.

Petuntur quæ pluri- ma ex præsentis.

quæ pertractauimus art. 1. & præsertim 2. non parū nobis labore in præsentia leuauerunt: & nimirū huius articuli literæ exa-ctius intelligendæ, necessum est recolere quod in .2. art. diximus: vt pote quod actus notionalis seu origo, est productio quæ vā personā producit alia, aut ab eā producit, vā generatio & natiuitas, & origines atque relationes esse idē secundū rem, & sola ratione differre quo ad modū significandi: sicut paternitas & generatio. Meminisse videm opus est, quod in deo secū dū rem nulla est prioritas: sed solum secundū modū nostrū intelligendi. Quod abundē ibi explicauimus, & etiam inferius dicemus. Rursus in memoriam reuocare oportuerit quod docuit sanctus Th. quæst. 28. art. 4. patet relationes spiratoris & spirati non habere propria nomina, sed vocari hanc, processionem illam verō, spirationem. Quæ utiq; nomina potius per-

tinent ad origines & actus notionales, quā ad relationes, & in præsentis articulo S. Th. actum spirandi vocat spirationem, & dicit relationem spiratoris communem patri & filio, esse innominatam. Demum præmittit diuus Th. originem esse duplicem: alterā actiuam, vt generationē & actum spirandi: alteram verō passiuam, vt natiuitatē & spirari. His prælibatis, mentem diui Th. in corpore articuli, & in responsione ad argumenta, explanamus aliquibus propositionibus, non penitus eius ordine seruato. Primā, igitur sic iuxta sententiam eorum qui opinantur, personas non distingui neque constitui per relationes, sed relationes indicare eas esse distinctas: illisq; vt sic constitutis & distinctis aduenire: absolute dicendū est, quod actus notionales præintelliguntur & præsupponuntur ad relationes: ita vt absolute asserant hanc propositionē: pater quia generans, est pater. Verū iuxta sententiam prædictā (qua asserimus, personas distingui & constitui per proprietates & relationes) distinctio quippe vtendū est, vt recte quæstioni propositæ respondeamus: videlicet, quod vno modo & secundū vnā considerationē aliquis actus in bōnalitē præsupponitur & præintelligitur relationi: & alio modo, atque secundū aliam considerationē, vice versa illa proprietates & relatio præintelligitur & præsupponitur illi actui notionali. Ad quod nempe discrimen explicādum, sit secūda conclusio: Paternitas duo exerceat munera, quia constituit patrem, & refert ipsum ad filium: & quatenus constituit patrem, præintelligitur nempe: & est prior generatione secundū modū nostrū intelligendi, atque præsupponitur ad ipsam, nam generatio est actio progressiua a patre, aut significatur vt a patre progressiua, & præsupponit paternitatem, constitutum: nam agens præintelligitur actioni, ac lubin de paternitas, vt constituit patrem, præsupponitur ad generationem: ita tamen paternitas, vt relatio, & vt refert patrem ad filium, præsupponit generationem: quia super generationē non fundatur. Præsupponitur enim & præintelligitur, vt pater refertur ad filium, quod prius saltem secundū modū nostrū intelligendi generet filium. Tertia conclusio: Filiatio etiam duo munera exerceat: & constituit filium, & refert ipsum ad patrem. Verū tamen secundū modū nostrū in vnus simpliciter & prorsus natiuitas præcedit ipsa: & in

Annotatio d. Tho.

Cōclusio.

Cōclusio.

Cōclusio.

& in quantum constituit, & in quantum refert filium: quoniam natiuitas est via ad filium proprietate constitutum. Et pari modo dicendum est de processione quæ constituit spiritum sanctum, & refert ipsum ad patrem & filium: videlicet quod simili ratione spiratio passiuā seu spirari, quæ est via ad spiritum sanctum, iuxta modum nostrū intelligendi simpliciter præcedit ipsam processionem, secundū vt rōnq; munus quod habet. Quo fit, vt origines passiuæ simpliciter & prorsus præcedant relationes personarum procedentium: tum qua constitunt eas, tum qua referunt eas. Similiter innuit diuus Tho. quod actus spirandi, qui est origo actiuā penitus præcedit spirationem, seu illam relationem innominatam communem patri & filio: quando præcedit illam, vt relatio est, & nō constituit personam. Sed si fallimur, profectō quatenus non constituat personam, constituit tamen spirationem: vt deitas Deum, secundū modum intelligendi: quo scilicet spiratore, qui pater & filius est, significatur vt progressiua actus spirandi. Atque adeo dicendum absque dubio erit, quod illa relatio vt constituit spirationem, præcedit actum spirandi: vt autem refert ipsum ad spiritum sanctum, præsupponit ipsū actum spirandi: sicut diximus de paternitate & generatione. Neque inde inferas, me ponere quartum constitutum in diuinis iuxta sensum aliorum, quorum sententiam confutauimus quæstione 36. art. 4. Et tandem in hoc differunt origines actiuæ & passiuæ, quod passiuæ simpliciter præcedunt secundū modum nostrū intelligendi, relationes personarum procedentium, & quatenus illæ relationes constituunt & referunt: sed origines actiuæ præcedunt relationes personarum procedentium, vt illæ relationes referunt, verum illas præsupponunt vt constituunt. Et nota quod sicut relatio vt refert, præsupponit actum notionalem, ita vt distinguit: quia in quantum refert vnā personam ab alia, distinguit illam ab alia: & sicut origo passiuā simpliciter præcedit relationem vt constituit & vt refert, ita etiam vt distinguit: quia relatio, secundū modum nostrū intelligendi, simul refert & distinguit: vt annotauimus artic. 2. dubio. 2.

Corollarium.

Author.

Ad primū d. Tho.

In responsione ad primum explanat verba Magistri in .i. distin. 27. quo in loco virtute asserit, quod prima persona quia generat

est pater: & docet quod ea loquutio est vera, si nomen patris designet relationem tantum, id est, relationem quatenus refert: at verò si nomen pater designet personam patris subsistentem, & paternitatem quatenus constituit eam, non est vera: sed e conuerso asserendum est, quod quia pater est generat. Obiter obseruare debet lector, quā prudenter diuus Thom. non prius responderet oblata sibi aliqua dubia propositione, præsertim in arcano Trinitatis mysterio, quā ambiguitatem explicet adhibita distinctione. Quod faciendum vniuersū est in quibuscunq; dubijs propositionibus, ne si candidus theologus aliter fecerit, mentes piorum interturbet, aut aliquid scandalum ingeneret: quod a nobis annotatum & animaduersum est, superius præcedenti quæstione.

Nota.

Secunda commentarij pars.



Ista literā huius articuli offertur nobis quæstio perdifficilis, & explicatione nimium indigens. An videlicet diuinæ personæ constituatur per relationes, quibus superius distingui asserimus. Nimirum est quæstio ista alia sit a quæstione de distinctione personarum, vt art. 2. præmissimus, tamē profectō præsens hæc ab illa, maxime pendet: & ob id, necessum est vt hanc intelligamus, ea quæ de distinctione personarum pertractauimus ob oculos mentis reuocare.

Questio perdifficilis.

Comune ad axioma scho lasticorum.

Pro cuius intelligentia obseruandū quippe est, scholasticos doctores cōmunitè pro constanti fundamento habere, omne quod distinguit aliquam rem constituere ipsam: quod sub alijs verbis enuntiatū solet, omne distinctiuum alicuius rei, est eiusdem constitutum. Quod quidē axioma ex Arist. sumitur. 7. met. text. 49. vbi ait, actus nōq; separat. Quæ verba explicans diuus Th. eo loco inquit. Actus habet virtutem separandi & diuidendi: vnum quodque enim diuiditur ab altero per propriam formam. Quocirca tot versatur opiniones circa hanc quæstionem de constitutione personarum, quot circa illam de distinctione. Quas nos omnes

omnes percurrentes paucis perstringemus; & falsas confutabimus: ne id ipsum a uerbis lectoris inculcare sapientis uideamur. ¶ Circa hanc igitur dubitationem quatuor versantur opiniones: quarum sanè prior est illa quae tribuitur Iohanni de Ripa, & quam Scotus & eius sequaces tanquam probabilem defendunt, ut artic. 2. recensuimus: uidelicet, quòd persona sicut internè & essentialiter distinguuntur per proprietates absolutas: ita constituuntur. ¶ Aduersus quam argumentamur, praemisso fundamento ab illis concessio, in hunc modum. Idem quod distinguit constituit, ut persona diuina non distinguuntur internè & essentialiter per absolutas proprietates: ergo neque constituuntur. Maior & consequenter libenter ab ipsis conceditur, & minorem nos copiosissime ostendimus. Quamobrem de hac opinione uerbum non amplius addemus. ¶ Altera uero opinio est Praepositui & Gregorij, asserentium quòd quemadmodum persona diuina seipsis distinguunt, ita quoque proprietas non constituuntur per aliquod. ¶ Quam etiam nos improbamus ex eodem praemissio fundamento: omne quod distinguit constituit, at diuinae personae distinguuntur per proprietates: ergo constituuntur per eas. Còsequenter cum maiori ipsi ingenuè fatentur; & minorem nos demonstrauimus etiam ecclesiae definitione, dum ait. Haec sancta trinitas secundum communem essentiam indiuidua; & secundum personales proprietates discreta. Quapropter itidem & hanc falsam esse censuimus. ¶ Tertia autem opinio Anthonij & Bonauenturae est, personas constitui per origines, sicut per easdem distinguuntur. ¶ Quam planè diuus Thò. eo artic. 2. his rationibus uirtute refellit. ¶ Res proprie constituuntur per aliquid internum & intrinsecum illis: at origines significantur ut extrinsecas personis: ergo per eas non constituuntur. ¶ Iterum, origines actiuae praesupponunt personas iam constitutas; & falsae sunt uia ad ipsas personas procedentes: ergo persona non constituuntur aliquo pacto per origines. Ne uero oportet nos in harum rationum explicitatione immorari, cum satis superque illas eo articulo explicauerimus. ¶ Itaque his opinionibus praetermissis; diui Th. sententiam amplectendam in mediū proferamus: quam in hoc articulo & secundo praeter alios suae doctrinae locos, tutatur atque defendit: uidelicet, diuinas personas per relationes constitui, sicut & per eas distinguuntur. Quòd eisdem profectò rationibus probat, quibus Bonauentura proxime citata sententiam improbat. ¶ Ceterum quòd haec magis explicitetur obseruandum maximè est; quòd uel esto haereticus sit asserere, personas diuinas non distinguuntur, aut eas non distinguuntur per proprietates personales, ut initio articuli demonstrauimus; uerum non est haereticum dicere, neque error affirmare, quòd quia persona diuinae simplicissima sunt, nullo pacto constituuntur: ut affirmat Gregorius ubi supra propositione prima. Et probatur, Probatio. quia profectò oppositum, ut potè quòd diuinae personae constituuntur, neque continentur in sacris literis, neque in ecclesiae definitione, neque etiam ex his euidenter colligitur. ¶ In hanc tamen assertionem in-
1. Argumētum contra sanctū Th.
2. Argumētum
Suppositio memoranda.
Illatum.

1. Argumētum contra sanctū Th.
2. Argumētum
Suppositio memoranda.
Illatum.

paruam aut nullam de huiusmodi constitutione faciunt mentionem, etsi creberrimè de eorum distinctione loquantur. ¶ Sed tamen existimo, assertionem qua quis inconsulto modò assereret personas nullo modo constitui, esse temerariam: tum propter auctoritatem sancti Thò. aliorumque; scholasticorum, tum etiam propter uerba adducta concilij. ¶ Et ratione id sanè probatur. Omnis proprietates personalis quae distinguit personam, constituit eam: quod patet ex nomine proprietatis, nam ratio aliqua potius dicitur proprietates quia constituit, quam quia distinguit: sed personae diuinae distinguuntur per proprietates personales: ergo eis constituitur. Et uidetur hęc assertio non parū consona ecclesiae definitioni, cum definit personas per proprietates personales distinguuntur: ut haec ratio proxime adducta probat. ¶ Reliquum autem est, ut argumentemur aduersus sententiam diui Thò. ut ea magis ac magis illustretur. In quacunque constitutione est compositio ex actu & potentia, in Deo nequit esse compositio neque potentia: ergo diuinae personae non constituuntur. ¶ Secundo, nihil seipso constituitur: at diuinae personae sunt ipsae relationes per se subsistentes, ut saepe iuxta doctrinam d. Th. affirmauimus: ergo diuinae personae non constituuntur. Nimirum, quòd difficultatem quam inquirunt isthaec argumenta explicemus, nonnulla sunt praemittenda. ¶ Initio, quòd sicut secluso ordine ad intellectum personae diuinae distinguuntur se ipsis, & non per relationes uelur per earum formas, ut satis superque docuimus art. 2. ita quoque personae diuinae secluso ordine ad intellectum non constituuntur per relationes, neque aliquo alio modo. Quoniam inter constituens & constitutum (ut crebro admonitus est nobis lector) necessum quippe est aliquam esse distinctionem, saltem rationis: & planè secluso ordine ad intellectum nulla est distinctio inter personas & relationes. ¶ Quocirca diuinae personae solum constituuntur relationibus per operationem intellectus, uel in ordine ad intellectum nostrum: & quatenus intellectus noster concipit personas in concreto & abstracto per diuersas notitias. Ita quod inter patrem & paternitatem est rationis distinctio, in quantum concipimus ipsam patris personam in concreto & abstracto, his duobus conceptibus: pater & paternitas: & neque paternitas illo modo cognita in abstracto, & uel

ratione distinguitur à patre, constituit ipsū patrem quòd ad modum nostrum intelligendi. Siquidem huiusmodi conceptus, paternitas, significat eam in abstracto, & per modum formae: & procul dubio de ratione formae est, quòd sit in eo cuius est forma (ut docet sanctus Th. art. 1. huius questionis) & constituat ipsum: haec autem constitutio (ut praemissum est art. 2. in illi^o calce, difficultate. 3.) non est secundum partem, aut secundum accidens, aut aliquo alio modo qui dicat imperfectionem: sed est constitutio quaedam ex abstracto & concreto, quae in re simplicissima reperitur, solum quia concipitur à nobis per diuersos conceptus in abstracto & concreto, ut Deus constituitur ex deitate quòd ad modum nostrum intelligendi, secundum quem intelligimus eum per hos duos conceptus, Deus & deitas. Atque haec profectò constitutio personarum per suas relationes ab aeterno fuit, quia ab aeterno inter ipsas personas & relationes fuit distinctio rationis aptitudine, & item actu uti demonstratum lucidè est art. 2. ¶ At in foribus est obiectio: obiectio, haec personarum constitutio ex relationibus; solum extat & habet esse nostri intellectus operatione: ergo re ipsa non est uera, sed ficta: atque adeo haec assertio falsa omnino est, quando asserimus personas constitui relationibus. ¶ Respondemus negata consequentia, etenim cum de patre (exempli causa) formamus duas notitias, unam in concreto, scilicet pater, aliam in abstracto, hoc est paternitas: inter patrem & paternitatem insurgit distinctio rationis, ut inter formam & id cuius est forma: & illa distinctio sufficit, ad hoc quòd pater uerè constituitur per paternitatem quòd ad modum nostrum intelligendi, & secundum quod nos concipimus. Identidem dicere oportet de Deo & deitate, quod deitate Deus constituitur: & de ente & entitate: & tandem de omni concreto & eius abstracto. Id ipsum quod docet d. Th. tum compluribus locis, tum praefertim de potentia quaest. 8. ar. 3. ad decimum: cuius uerba referre libet. ¶ Abstractum & concretum in diuinis non differunt secundum rem, cum in deo non sit accidens, neque materia: sed solum secundum modum significandi, ex quo modo procedit quod intelligimus diuinitatem ut constituerem deum, & deum uel habentem deitatem: & similiter est dicendum de paternitate & patre. haec ille. Itaque ipsae relationes diuinae, ut intelliguntur &

cōcipiuntur à nobis per notitias in abstracto, & per modū formatū, verè cōstituent personas vt sic intelligūtur. Quandoquidē nos intelligimus eas, vt formas cōstituentes personas ipsas. ¶ Vñ ad maiore huius explanationē aduertēdū maximè est, qd vt aliqua res dicatur cōstitui per aliā secundū rōnē, & per eā distingui ab alijs, satis est qd vna significetur aut cognoscatur in cōcreto per modū totius, aut per modū subsistentis: & alia cognoscatur aut significetur ī abstracto per modū formæ, quanuis re ipsa sint omni no idē. Quamobrem concedimus, qd homo humanitate cōstituitur & distinguitur à brutis: & deus deitate cōstituitur & distinguitur à creaturis. Quod omnino (vt diximus) asseuerandū est de quocunq; alio concreto, & de eius abstracto. ¶ Quo fit, vt personas cōstitui hoc pacto per relationes, nihil aliud sit, quā ipsas personas cognosci aut significari in concreto: & relationes cognosci aut significari in abstracto per modū formatū ipsas cōstituentiū: & hoc siue actu siue aptitudine. Quamobrem diuinæ personæ verè cōstituantur per relationes, quia illæ verè significantur aut intelligūtur à nobis in concreto per has notitias, pater, fili⁹, & spiritus sanctus: & hæc in abstracto p has, paternitas, filiaro, processio. ¶ Et vt semel intelligas, hoc loco nullum aliud inexplabile subesse aut recondi mysteriū, attende qd diuinæ personæ quod ad se non cōstituitur per relationes, quia sunt ipsæmet relationes: sed quod ad nos quatenus concipim⁹ ipsas relationes in abstracto, vt formas cōstituentes personas. & hoc est quod docet d. Th. loco allegato de potētia, qd videlicet deus quod ad se nō cōstituitur, sed quod ad nos, & modū nostrū intelligendi, vt intelligimus deitatem, velut dei formā cōstituentē ipsū. ¶ Quod si vigeat lector, quoniam pacto ob id qd nos intelligamus relationes vt cōstituentes personas, sequatur eas verè cōstitui per illas: siquidē ppter ea qd nos intelligimus lineā à corpore seū etā & separatam per hanc notitiā lineā, nimirum nō statim sequitur, qd ea verè & re ipsa sit separata à corpore. ¶ Profecū si qui hæc interrogat, ad ea quæ proximè diximus applicuisset animū, hac quæstione nō torqueretur. Quandoquidē vt nuper diximus, & forsitan nunc molestè reperimus, personæ ipsæ quod ad se & secluso ordine ad intellectū nostrū non cōstituantur; sed verè cōstituantur

quod ad modū nostrū intelligendi. ¶ Quod hoc pacto ostēdimus, vt ex animo tuo hūc scrupulum penitus euellamus, & tibi plenè in hac re satisfiat. personas cōstitui per relationes in ordine ad modū nostrū intelligēdi, est illas cognosci in cōcreto, & has in abstracto, vt formas cōstituentes illas. Sed verè isto modo illæ intelliguntur in concreto à nobis, & hæc in abstracto, tanquam earū formæ: ergo personæ verè cōstituitur quoad modum nostrum intelligendi per relationes. & fatemur itidem, qd cū nos intelligimus hac notitiā lineā, lineā ipsam, nō est ea re separata à corpore, & si bene intelligatur à nobis vt separata à corpore, & ipsa verè sit à nobis cognita vt separata: & ex consequenti verè sit separata quo ad modū nostrum intelligendi, & si non quod ad se. Nec sequitur, nos decipi, quia abstractentium nō est mendaciū, autore Arist. 2. phys. text. 28. ¶ Ex quibus colligitur absq; dubio, Scoti opinione & scotistatū verā non esse: qui alle-
Refellit scotistarū opinio.
runt loco allegato, cōstitutionē personarū re ipsa esse in ipsis personis secluso quocunq; ordine ad intellectū. Etenim affirmant, qd diuina persona, vt pater (exempli causa) cōstituitur ex essentia & paternitate, quæ secluso ordine ad intellectū ex natura rei formaliter distinguuntur: quod nempe nos impugnauimus atq; refellim⁹ quest. 28. ar. 2. disput. 3. ¶ Iam verò ad primū argumentū liquet facile responsio ex his quæ diximus: negamus nanq; maiorē siquidem in cōstitutione ex abstracto & concreto, qualem in deo esse asserimus, nulla est cōpositio nec potentia in re ipsa, sed in nostro intellectu, qui per plures notitias eandē prorsus rem cōcipimus. ¶ Ad secundū argumentū respōdemus distinguendo maiorē, videlicet nihil se ipsum cōstituit: id est, vbi nulla prorsus est distinctio, nulla est cōstitutio: & hoc pacto libenter fatemur, verum tamen sola distinctio rationis sufficit ad cōstitutionem hanc ex abstracto & concreto: atq; adeo cōcedimus ingenuè, qd aliqua res quatenus intelligitur in abstracto & per modum formæ, cōstituit se ipsam vt concipitur in concreto per modum totius, & subsistentis: quoniam inter eā cōceptam illo modo, & eandem vt conceptā isto modo, & forsitan hunc sensum: id est, nihil cōstituit seipsum vt diuersis modis concipitur aut significatur, quanuis idem secundum quod idem
Ad secundum.
Responsio ad primum.
Ad tertium.

annotatio.

Corollarium annotatio dignum.

Summa de istis.

Vrgat lector.

Responsio.

Recole.

sibi ipsi, & nulla ratione à se ipso distinguitur, nō cōstituit se ipsum. ¶ Vnde diligentissimè commendanda est memoria illa doctrina sancti Th. quā sepius iterauimus, qd ad veritatem loquutionum quæ in vulgari sermone conceduntur, non solum oportet aduertere res secundum suam naturam, sed etiam ad modum significandi terminorum quibus de eis loquimur, & ad modum concipiendi quo eas intelligimus: & in cōmuni hominum sermone vt aliqua res dicitur verè cōstitui ex aliqua, satis est qd nos concipiamus illam in cōcreto, & hanc in abstracto, tanquam formam cōstituentem illam. & hac ratione conceditur qd deus cōstituitur ex deitate, homo ex humanitate: vt sepe diximus, vt lector semel intelligat.

Tertia commentarii pars.

Difficilis questio in doctrina Thom.



Variæ opiniones Thomistarum annotatio.

Prior sententia eius prior assertio.

T superest nobis in presenti disputatione maximi ponderis dubitatio, præmissa veritate hac, qd personæ cōstituitur per relationes, an videlicet cōstituantur per relationes, quatenus relationes sunt, & quatenus referunt vnā personam ad aliam, vel potius per ipsas relationes, in quatum sunt formæ & proprietates personarum. ¶ Hæc nempe dubitatio molestè solet Torquere thomistas, circa quā plandē multiplices opiniones versantur, ex quibus duntaxat vnicam probabiliorē in mediū proferemus: & deinceps nostram adducemus sententiam. ¶ Igitur pro explicatione præfate opinionis annotare oportet, quod esto relatio personæ in diuinis, & proprietates eiusdem sint idem secundū rem, & crebrè hæc nomina pro eodem accipiuntur, ceterum ratione distinguuntur: quoniā relatio, vt relatio & vt refert, dicit ordinem ad personam ad quam refert: at proprietates tantūmodo dicit ordinem ad personā in qua est. Est enim proprietates diuinæ personæ, eius forma secundum nostrum modū intelligendi, quæ eam cōstituit. ¶ Hac ergo annotatiōe præmissa, priorem sententiam duabus assertionibus explicamus: quarum prima sit, ¶ Relationes, quatenus relationes atq; vt re-

ferunt vnā personam ad alteram, non cōstituent personas. Primò quia supponunt personas iam in esse constitutas, secundum modum nostrum intelligendi: præintelligitur enim qd persona sit, vt ad aliam referatur. Item hoc idem speciatim de paternitate probamus, quandoquidem paternitas vt refert patrem ad filium (vti præmissum est initio huius articuli à diuo Thoma) præsupponit generationem: & generatio, personā patris iam constitutam: igitur de primo ad vltimum, paternitas vt refert patrem ad filium, præsupponit personam patris iam constitutam: & ex consequenti, eam non cōstituit. ¶ Secunda autem assertio sit. Personæ cōstituantur per relationes, vt sunt earū formæ & proprietates. Nam cōstituantur per relationes, non vt sunt relationes & referunt (iuxta primam assertionem) ergo cōstituantur per eas vt sunt formæ & proprietates earum. Insuper probatur ex his quæ prius diximus. Relationes secundum nostrum modū intelligendi cōstituent personas: quatenus illas relationes intelligimus in abstracto, velut formas personarum: igitur relationes, vt cognitæ à nobis in abstracto, & vt sunt formæ illarum, cōstituant easdem. At vt sic cognitæ, solum dicunt ordinem ad ipsas personas in quibus sunt, & non ordinem ad eas ad quas referunt: ergo non vt relationes, & vt referunt: sed vt proprietates & formæ personarum, ipsas cōstituant. ¶ Istam sententiam tuentur Capreolus in 1. dist. 26. quest. vnica. 3. eius parte in responsione ad argumenta, & Ferrar. 4. contra gentes cap. 26. iam ad finem, & Marthus in 1. quest. 29. art. 1. conclusionē, 1. & 2. & eandem profecū videri habere hoc articulo S. Th. Nam inquit quod paternitas cōsiderari potest duobus modis: vno modo vt relatio, alio modo vt constitutiva personæ: igitur vt relatio non cōstituit personam. & clari⁹ id ipsum asserit de potentia quest. 11. art. 3. quod videlicet, quanuis relatio vt relatio, distinguit vnā personam ab altera, nō tamen cōstituit personam. ¶ In hanc tamen sententiam opponimus. Personæ non cōstituantur per relationes, quia relationes sunt: igitur cōstituantur, ac subinde distinguntur per absolutā: quod est incidere in priorem opinionem quam tutatur Scotus, & eā refellimus. ¶ Quod istud argumentū soluiamus aduertendū quippe est, qd diuinæ relationes possunt concipi à nobis tū per conceptus

Probatio. 1.

2. probatio.

2. assertio.

Probatio. 2.

Probatio. 3.

Capreolus Ferrar. & Marthus.

Argum. suo aduersus sententiam Capreol. Ferrar. & Marth.

ceptus ab solutos, tum etiam per conceptus
relatiuos: relatiuos nepe, vt dū formamus
has notitias, paternitas & filiatio &c. abso-
lutos autem, vt dum concipimus has noti-
tias: proprietates, forma, ratio diuinæ perso-
næ: aut istam propositionem, proprietates
personarum sunt res aut entia. ¶ Hoc idem
ratione probamus, quia relationes intrinse-
cæ continent diuinam essentiam, & Dei at-
tributa (vt quæst. 28. art. 2. disput. 2. osten-
sum est) quæ quidem sunt rationes absolu-
tæ: ergo ipsæ relationes non solum possunt
cōcipi à nobis per notitias relatiuas, sed etiam

absolutas. ¶ Hac itaque annotatione præ-
missa, affirmat Capreolus quod diuina perso-
na constituitur per entitatem relatiuā, ac
per relationem: vt concipitur tamen noti-
tia absoluta, & non notitia relatiua. Siqui-
dem cum noster intellectus intelligit rela-
tionem vt constituit personam, intelligit eā
velut formam & proprietatem, aut ratio-
nem eius per hos conceptus: personæ prop-
rietates, forma, ratio: qui sunt absoluti, &
non significant relationem vt refert, neque
in ordine ad personam ad quā refert, quin
potius in ordine ad personam in qua est, ve-
lut forma. ¶ Ad argumentum responde-
mus, primum negando consequentiam: sed
solum colligendum erat, quod personæ cō-
stituantur per relationes, non vt concipiū-
tur per notitias relatiuas, sed absolutas.

Insuper respondemus secundo pro hac
opinionem, negando itidem consequentiam:
quando quidem personæ constituantur per
relationes, vt sunt formæ, aut proprietates,
aut rationes personarum: forma autem, p-
rietas, & ratio nec sunt absoluta nec rela-
tiua, sed communia vtriusque: Quoniam re-
latio diuina est forma, proprietates, & ratio
personæ diuinæ: consimili modo dicitur,
quæ est absolutum, est ratio; aut intelli-
gitur vt ratio & forma Dei: & humanitas est
ratio & forma hominis. Planè opinio hæc
fatis probabilis est (vt diximus) & forsitan ve-
ra. ¶ Ceterum aliter respondendum præ-
dictæ difficultati censemus: vt potè quod
diuinæ personæ constituantur per ratio-
nes formaliter, & in quantum diuinæ rela-
tiones sunt, & hæc est Durandi opinio. in. r.
dist. 26. quæst. 1. ¶ Pro qua sanè sententia in-
telligenda obseruandum est, quod ad essen-
tiam relationis realis duo procul dubio atti-
nent: primum, quod sit proprietates seu for-
ma, aut ratio relatiui, quæ pro eodem sumi-

mus in præsentia, ne sæpe ea inutiliter repe-
tamus: secundum, quod referat ipsum ad a-
liud: Quod profectò claret ex eius definitio-
ne, nam si interrogemur quidnam relatio
sit, respondere habemus quod est ratio rela-
tiui, quæ refert ipsum ad suū correlatiuū.
& si quis percontetur quidnam sit paterni-
tas, vtique responsuri sumus, quod est for-
ma patris quæ ipsum refert ad filium. & si-
mili modo respondendum est, quando cun-
que interrogamur de alia quacunque rela-
tione diuina in abstracto significata: etiam
cum de relatiōe reali creata interrogamur.
¶ Nunc ergo probamus hanc sententiā no-
stram. Personæ constituantur per relatiōes
quatenus sunt formæ & proprietates earū,
at in quantum relationes, sunt proprietates
& formæ personarū (ex præmissa suppositio-
ne) quando ad essentia relationis attinet. ¶
¶ Sit forma & proprietates relatiui: igitur per-
sonæ diuinæ constituantur per relatiōes, qua-
tenus relationes sunt: particula illa redupli-
cativa accepta specificatiuè (vt dicunt diale-
ctici) & vt importat primam rationem, quæ
spectat ad essentiam relationis: quæ est, esse
formam & proprietatem relatiui. ¶ Obijci-
mus tamen, quoniam aperte oppositum vi-
detur asserere sanctus Tho. in præsentia arti-
culo: hoc est, quod relatio in quantum re-
latio non constituit personam. & hoc expre-
ssè asserit vbi supra de potentia quæst. 10.
arti. 3. ait namque in hæc verba. Intellegimus
enim ipsam relationem vt constitutiuā per-
sonæ, quod quidē non habet in quantum est
relatio. hæc ille. ¶ Istā planè diu. Tho. verba
videtur palam pugnare cū sententiā nostra, sed
neutiquā pugnāt, si multiplicè huius nomi-
nis relatio significatū aperiamus & explicem-
us. Istud ergo nomē relatio bifariā assumi
sōlet, & pro actu referendi, & pro essentia
relatiōis: & quidē si primò modo sumatur,
ingenuè fatemur quod relatio diuina, qua rela-
tio est, & quæ refert vnā personā ad alterā,
non constituit personā (vt diximus) sed præ-
supponit eā iā constitutā. Si aut relatio in. 2.
significatiōe assumatur, p. essentia relatiōis,
asserimus quidē quod relatio diuina, in quantum
huiusmodi, constituit personam: quoniam ad essen-
tia eius (vt præmissimus) attinet esse proprie-
tatem, formam, atque rationem diuinæ personæ: &
vti proprietates & forma ipsius constituit eā.
¶ Et ex consilio diximus, quod relatio diuina,
in quantum huiusmodi, constituit personam
diuinā: quoniam relatio diuina, in quantum
in ge-

neret, & secundum quod toto ambitu
sui significatio amplectitur relationē crea-
tam & in creatam, nimirum non constituit
personam: quia relatio creata personam ne
quit constituit, quado persona est aliquid
subsistens in genere substantiæ: & relatio
creata est accidens. ¶ Et ne existimet lector
hanc explicationem esse contra mentem
diu. Thom. quin potius omnino iuxta men-
tem eius, lubet eius verba afferre: & se-
quuntur post verba adducta nullo prorsus
verbo interposito: quæ sic habent. Quod
ex hoc patet, quia relationes in rebushuma-
nis non constitunt personas: cum relatio-
nes sint accidentia, persona verò est aliquid
subsistens in genere substantiæ, substantia
autem per accidentia constitui non potest.
Sed habet hoc relatio in diuinis, quod personā
constituit in quantum est diuina relatio.
Hæc iterum ille. Ex quibus satis aperte pa-
tet sententiā nostram esse diu. Thom. &
insuper claret responsio ad obiectionem,
quam contra nos opposuimus ex D. Tho.
verbis. ¶ Obijcimus tandem aduersus hæc
nostram sententiā ex eodem sancto Tho-
de potentia quæst. 8. art. 3. ad 7. vbi mani-
festo affirmat, quod relationes diuinæ con-
stitunt personas in quantum sunt diuina
essentia: ergo non in quantum relationes.
Cuius verba sunt. Relationes autem in diu-
inis et si constituant hypostases, & sic faciunt
eas subsistentes: hoc tamen faciunt in quan-
tum sunt essentia diuina. Relatio enim in
quantum est relatio, non habet quod subsi-
stat, vel subsistere faciat: hoc enim solius
substantiæ est. Hæc ille. ¶ Vt verba hæc D.
Thom. explicemus annotare nimirum oport-
uerit, quod de ratione diuinæ personæ duo
sunt: primum quod per se subsistat: secun-
dum quod non sit communis, sed incommu-
nicabilis (vt dicunt scholastici) vti con-
stat ex definitione personæ pluries à nobis
repetita. Rationalis naturæ indiuidua sub-
stantia. Hoc est, incommunicabilis substantia.
¶ Ex qua annotatione palam colligitur,
quod cum relatio diuina constituat personam
diuinā in esse personæ (iuxta sensum prius
assignatum) colligitur inquam, quod ipsa
diuina relatio confert seu communicat di-
uinæ personæ esse substantiæ, aut subsisten-
tiæ, & incommunicabilitatem. Et adde quod
hoc munus, scilicet conferre personæ in-
communicabilitatem, habet ex propria ra-
tione, quatenus relatio est: verum tamen pri-

num munus, quod est communicare aut
conferre esse substantiæ aut subsistentiæ, nõ
vendicat sibi ex sua peculiari ratione, quare
nus relatio est, sed quatenus est substantia:
est autem substantia, quatenus est diuina es-
sentia: & eā intrinsecus includit. ¶ Et quod
ista clariora reddantur recolere oportet
quod sæpe diximus: scilicet, in diuinis tan-
tum reperiri vnicum esse subsistentiæ quod
est esse subsistentiæ ipsius diuinæ essen-
tiæ. Et omnia diuina tum absoluta tum
relatiua ab ipsa essentia diuina (quatenus
eam intrinsecus includunt) habere esse
subsistentiæ & substantiæ. Vera igitur est
assertio diu. Thom. quod relationes diuinæ cō-
stitunt personas, in quantum sunt. diuina
essentia: ea particula accepta specificatiuè,
vt dicit primam rationem constitutentis di-
uinam personam. Etenim quatenus est di-
uina essentia habet esse subsistentiæ: atque
adeo in quantum est diuina essentia cōfert
esse subsistentiæ personæ diuinæ: ac subinde
cōstituit eam. Verum etiam est quod nos
dicimus, puta quod diuinæ relationes (in quan-
tum diuinæ) constitunt personas: nam vt
relationes, & vt sunt idem cum diuina es-
sentia, habent illa duo: quæ sunt necessaria
vt constituant personas in esse personæ.

Ad obiectionem ergo respondemus ne-
gando consequentiam: quia secundum ve-
tramque rationem simul, & in quantum sunt
diuina essentia, & in quantum relationes,
cōstitunt personas: ita vt in quantum sunt
diuina essentia solum, non possent consti-
tuere personas, si non essent relationes.
Quia vt constituant, oportet quod sint in-
communicabiles: & si non essent relationes, nõ
essent incommunicabiles. Item vt consti-
tuant personas, necessum est quod habeant
esse subsistentiæ quod communicent: & cō-
ferant illis: & hoc esse subsistentiæ non ha-
berent, nisi essent ipsa diuina essentia. Offert
demum se se alia difficultas, circa suppositio-
nem sancti Thom. in corpore articuli, v-
bi dictum est, quod ex qualibet processio-
ne insurgunt duntaxat duæ relationes rea-
les: quod videtur falsum: quia cum filius in
humanis generatur, & à patre procedit, plu-
res aliæ relationes reales insurgunt, quam
paternitas & filiatio: videlicet equalitas aut
inequalitas, similitudo aut dissimilitudo,
quæ sunt reales. Respondemus paucis,
quod illa suppositio sic intelligenda venit:
ex qualibet processione duntaxat insur-

gunt

mus in præsentia, ne sæpe ea inutiliter repe-
tamus: secundum, quod referat ipsum ad a-
liud: Quod profectò claret ex eius definitio-
ne, nam si interrogemur quidnam relatio
sit, respondere habemus quod est ratio rela-
tiui, quæ refert ipsum ad suū correlatiuū.
& si quis percontetur quidnam sit paterni-
tas, vtique responsuri sumus, quod est for-
ma patris quæ ipsum refert ad filium. & si-
mili modo respondendum est, quando cun-
que interrogamur de alia quacunque rela-
tione diuina in abstracto significata: etiam
cum de relatiōe reali creata interrogamur.
¶ Nunc ergo probamus hanc sententiā no-
stram. Personæ constituantur per relatiōes
quatenus sunt formæ & proprietates earū,
at in quantum relationes, sunt proprietates
& formæ personarū (ex præmissa suppositio-
ne) quando ad essentia relationis attinet. ¶
¶ Sit forma & proprietates relatiui: igitur per-
sonæ diuinæ constituantur per relatiōes, qua-
tenus relationes sunt: particula illa redupli-
cativa accepta specificatiuè (vt dicunt diale-
ctici) & vt importat primam rationem, quæ
spectat ad essentiam relationis: quæ est, esse
formam & proprietatem relatiui. ¶ Obijci-
mus tamen, quoniam aperte oppositum vi-
detur asserere sanctus Tho. in præsentia arti-
culo: hoc est, quod relatio in quantum re-
latio non constituit personam. & hoc expre-
ssè asserit vbi supra de potentia quæst. 10.
arti. 3. ait namque in hæc verba. Intellegimus
enim ipsam relationem vt constitutiuā per-
sonæ, quod quidē non habet in quantum est
relatio. hæc ille. ¶ Istā planè diu. Tho. verba
videtur palam pugnare cū sententiā nostra, sed
neutiquā pugnāt, si multiplicè huius nomi-
nis relatio significatū aperiamus & explicem-
us. Istud ergo nomē relatio bifariā assumi
sōlet, & pro actu referendi, & pro essentia
relatiōis: & quidē si primò modo sumatur,
ingenuè fatemur quod relatio diuina, qua rela-
tio est, & quæ refert vnā personā ad alterā,
non constituit personā (vt diximus) sed præ-
supponit eā iā constitutā. Si aut relatio in. 2.
significatiōe assumatur, p. essentia relatiōis,
asserimus quidē quod relatio diuina, in quantum
huiusmodi, constituit personam: quoniam ad essen-
tia eius (vt præmissimus) attinet esse proprie-
tatem, formam, atque rationem diuinæ personæ: &
vti proprietates & forma ipsius constituit eā.
¶ Et ex consilio diximus, quod relatio diuina,
in quantum huiusmodi, constituit personam
diuinā: quoniam relatio diuina, in quantum
in ge-

neret, & secundum quod toto ambitu
sui significatio amplectitur relationē crea-
tam & in creatam, nimirum non constituit
personam: quia relatio creata personam ne
quit constituit, quado persona est aliquid
subsistens in genere substantiæ: & relatio
creata est accidens. ¶ Et ne existimet lector
hanc explicationem esse contra mentem
diu. Thom. quin potius omnino iuxta men-
tem eius, lubet eius verba afferre: & se-
quuntur post verba adducta nullo prorsus
verbo interposito: quæ sic habent. Quod
ex hoc patet, quia relationes in rebushuma-
nis non constitunt personas: cum relatio-
nes sint accidentia, persona verò est aliquid
subsistens in genere substantiæ, substantia
autem per accidentia constitui non potest.
Sed habet hoc relatio in diuinis, quod personā
constituit in quantum est diuina relatio.
Hæc iterum ille. Ex quibus satis aperte pa-
tet sententiā nostram esse diu. Thom. &
insuper claret responsio ad obiectionem,
quam contra nos opposuimus ex D. Tho.
verbis. ¶ Obijcimus tandem aduersus hæc
nostram sententiā ex eodem sancto Tho-
de potentia quæst. 8. art. 3. ad 7. vbi mani-
festo affirmat, quod relationes diuinæ con-
stitunt personas in quantum sunt diuina
essentia: ergo non in quantum relationes.
Cuius verba sunt. Relationes autem in diu-
inis et si constituant hypostases, & sic faciunt
eas subsistentes: hoc tamen faciunt in quan-
tum sunt essentia diuina. Relatio enim in
quantum est relatio, non habet quod subsi-
stat, vel subsistere faciat: hoc enim solius
substantiæ est. Hæc ille. ¶ Vt verba hæc D.
Thom. explicemus annotare nimirum oport-
uerit, quod de ratione diuinæ personæ duo
sunt: primum quod per se subsistat: secun-
dum quod non sit communis, sed incommu-
nicabilis (vt dicunt scholastici) vti con-
stat ex definitione personæ pluries à nobis
repetita. Rationalis naturæ indiuidua sub-
stantia. Hoc est, incommunicabilis substantia.
¶ Ex qua annotatione palam colligitur,
quod cum relatio diuina constituat personam
diuinā in esse personæ (iuxta sensum prius
assignatum) colligitur inquam, quod ipsa
diuina relatio confert seu communicat di-
uinæ personæ esse substantiæ, aut subsisten-
tiæ, & incommunicabilitatem. Et adde quod
hoc munus, scilicet conferre personæ in-
communicabilitatem, habet ex propria ra-
tione, quatenus relatio est: verum tamen pri-

num munus, quod est communicare aut
conferre esse substantiæ aut subsistentiæ, nõ
vendicat sibi ex sua peculiari ratione, quare
nus relatio est, sed quatenus est substantia:
est autem substantia, quatenus est diuina es-
sentia: & eā intrinsecus includit. ¶ Et quod
ista clariora reddantur recolere oportet
quod sæpe diximus: scilicet, in diuinis tan-
tum reperiri vnicum esse subsistentiæ quod
est esse subsistentiæ ipsius diuinæ essen-
tiæ. Et omnia diuina tum absoluta tum
relatiua ab ipsa essentia diuina (quatenus
eam intrinsecus includunt) habere esse
subsistentiæ & substantiæ. Vera igitur est
assertio diu. Thom. quod relationes diuinæ cō-
stitunt personas, in quantum sunt. diuina
essentia: ea particula accepta specificatiuè,
vt dicit primam rationem constitutentis di-
uinam personam. Etenim quatenus est di-
uina essentia habet esse subsistentiæ: atque
adeo in quantum est diuina essentia cōfert
esse subsistentiæ personæ diuinæ: ac subinde
cōstituit eam. Verum etiam est quod nos
dicimus, puta quod diuinæ relationes (in quan-
tum diuinæ) constitunt personas: nam vt
relationes, & vt sunt idem cum diuina es-
sentia, habent illa duo: quæ sunt necessaria
vt constituant personas in esse personæ.

Ad obiectionem ergo respondemus ne-
gando consequentiam: quia secundum ve-
tramque rationem simul, & in quantum sunt
diuina essentia, & in quantum relationes,
cōstitunt personas: ita vt in quantum sunt
diuina essentia solum, non possent consti-
tuere personas, si non essent relationes.
Quia vt constituant, oportet quod sint in-
communicabiles: & si non essent relationes, nõ
essent incommunicabiles. Item vt consti-
tuant personas, necessum est quod habeant
esse subsistentiæ quod communicent: & cō-
ferant illis: & hoc esse subsistentiæ non ha-
berent, nisi essent ipsa diuina essentia. Offert
demum se se alia difficultas, circa suppositio-
nem sancti Thom. in corpore articuli, v-
bi dictum est, quod ex qualibet processio-
ne insurgunt duntaxat duæ relationes rea-
les: quod videtur falsum: quia cum filius in
humanis generatur, & à patre procedit, plu-
res aliæ relationes reales insurgunt, quam
paternitas & filiatio: videlicet equalitas aut
inequalitas, similitudo aut dissimilitudo,
quæ sunt reales. Respondemus paucis,
quod illa suppositio sic intelligenda venit:
ex qualibet processione duntaxat insur-

gunt

mus in præsentia, ne sæpe ea inutiliter repe-
tamus: secundum, quod referat ipsum ad a-
liud: Quod profectò claret ex eius definitio-
ne, nam si interrogemur quidnam relatio
sit, respondere habemus quod est ratio rela-
tiui, quæ refert ipsum ad suū correlatiuū.
& si quis percontetur quidnam sit paterni-
tas, vtique responsuri sumus, quod est for-
ma patris quæ ipsum refert ad filium. & si-
mili modo respondendum est, quando cun-
que interrogamur de alia quacunque rela-
tione diuina in abstracto significata: etiam
cum de relatiōe reali creata interrogamur.
¶ Nunc ergo probamus hanc sententiā no-
stram. Personæ constituantur per relatiōes
quatenus sunt formæ & proprietates earū,
at in quantum relationes, sunt proprietates
& formæ personarū (ex præmissa suppositio-
ne) quando ad essentia relationis attinet. ¶
¶ Sit forma & proprietates relatiui: igitur per-
sonæ diuinæ constituantur per relatiōes, qua-
tenus relationes sunt: particula illa redupli-
cativa accepta specificatiuè (vt dicunt diale-
ctici) & vt importat primam rationem, quæ
spectat ad essentiam relationis: quæ est, esse
formam & proprietatem relatiui. ¶ Obijci-
mus tamen, quoniam aperte oppositum vi-
detur asserere sanctus Tho. in præsentia arti-
culo: hoc est, quod relatio in quantum re-
latio non constituit personam. & hoc expre-
ssè asserit vbi supra de potentia quæst. 10.
arti. 3. ait namque in hæc verba. Intellegimus
enim ipsam relationem vt constitutiuā per-
sonæ, quod quidē non habet in quantum est
relatio. hæc ille. ¶ Istā planè diu. Tho. verba
videtur palam pugnare cū sententiā nostra, sed
neutiquā pugnāt, si multiplicè huius nomi-
nis relatio significatū aperiamus & explicem-
us. Istud ergo nomē relatio bifariā assumi
sōlet, & pro actu referendi, & pro essentia
relatiōis: & quidē si primò modo sumatur,
ingenuè fatemur quod relatio diuina, qua rela-
tio est, & quæ refert vnā personā ad alterā,
non constituit personā (vt diximus) sed præ-
supponit eā iā constitutā. Si aut relatio in. 2.
significatiōe assumatur, p. essentia relatiōis,
asserimus quidē quod relatio diuina, in quantum
huiusmodi, constituit personam: quoniam ad essen-
tia eius (vt præmissimus) attinet esse proprie-
tatem, formam, atque rationem diuinæ personæ: &
vti proprietates & forma ipsius constituit eā.
¶ Et ex consilio diximus, quod relatio diuina,
in quantum huiusmodi, constituit personam
diuinā: quoniam relatio diuina, in quantum
in ge-

neret, & secundum quod toto ambitu
sui significatio amplectitur relationē crea-
tam & in creatam, nimirum non constituit
personam: quia relatio creata personam ne
quit constituit, quado persona est aliquid
subsistens in genere substantiæ: & relatio
creata est accidens. ¶ Et ne existimet lector
hanc explicationem esse contra mentem
diu. Thom. quin potius omnino iuxta men-
tem eius, lubet eius verba afferre: & se-
quuntur post verba adducta nullo prorsus
verbo interposito: quæ sic habent. Quod
ex hoc patet, quia relationes in rebushuma-
nis non constitunt personas: cum relatio-
nes sint accidentia, persona verò est aliquid
subsistens in genere substantiæ, substantia
autem per accidentia constitui non potest.
Sed habet hoc relatio in diuinis, quod personā
constituit in quantum est diuina relatio.
Hæc iterum ille. Ex quibus satis aperte pa-
tet sententiā nostram esse diu. Thom. &
insuper claret responsio ad obiectionem,
quam contra nos opposuimus ex D. Tho.
verbis. ¶ Obijcimus tandem aduersus hæc
nostram sententiā ex eodem sancto Tho-
de potentia quæst. 8. art. 3. ad 7. vbi mani-
festo affirmat, quod relationes diuinæ con-
stitunt personas in quantum sunt diuina
essentia: ergo non in quantum relationes.
Cuius verba sunt. Relationes autem in diu-
inis et si constituant hypostases, & sic faciunt
eas subsistentes: hoc tamen faciunt in quan-
tum sunt essentia diuina. Relatio enim in
quantum est relatio, non habet quod subsi-
stat, vel subsistere faciat: hoc enim solius
substantiæ est. Hæc ille. ¶ Vt verba hæc D.
Thom. explicemus annotare nimirum oport-
uerit, quod de ratione diuinæ personæ duo
sunt: primum quod per se subsistat: secun-
dum quod non sit communis, sed incommu-
nicabilis (vt dicunt scholastici) vti con-
stat ex definitione personæ pluries à nobis
repetita. Rationalis naturæ indiuidua sub-
stantia. Hoc est, incommunicabilis substantia.
¶ Ex qua annotatione palam colligitur,
quod cum relatio diuina constituat personam
diuinā in esse personæ (iuxta sensum prius
assignatum) colligitur inquam, quod ipsa
diuina relatio confert seu communicat di-
uinæ personæ esse substantiæ, aut subsisten-
tiæ, & incommunicabilitatem. Et adde quod
hoc munus, scilicet conferre personæ in-
communicabilitatem, habet ex propria ra-
tione, quatenus relatio est: verum tamen pri-

num munus, quod est communicare aut
conferre esse substantiæ aut subsistentiæ, nõ
vendicat sibi ex sua peculiari ratione, quare
nus relatio est, sed quatenus est substantia:
est autem substantia, quatenus est diuina es-
sentia: & eā intrinsecus includit. ¶ Et quod
ista clariora reddantur recolere oportet
quod sæpe diximus: scilicet, in diuinis tan-
tum reperiri vnicum esse subsistentiæ quod
est esse subsistentiæ ipsius diuinæ essen-
tiæ. Et omnia diuina tum absoluta tum
relatiua ab ipsa essentia diuina (quatenus
eam intrinsecus includunt) habere esse
subsistentiæ & substantiæ. Vera igitur est
assertio diu. Thom. quod relationes diuinæ cō-
stitunt personas, in quantum sunt. diuina
essentia: ea particula accepta specificatiuè,
vt dicit primam rationem constitutentis di-
uinam personam. Etenim quatenus est di-
uina essentia habet esse subsistentiæ: atque
adeo in quantum est diuina essentia cōfert
esse subsistentiæ personæ diuinæ: ac subinde
cōstituit eam. Verum etiam est quod nos
dicimus, puta quod diuinæ relationes (in quan-
tum diuinæ) constitunt personas: nam vt
relationes, & vt sunt idem cum diuina es-
sentia, habent illa duo: quæ sunt necessaria
vt constituant personas in esse personæ.

Ad obiectionem ergo respondemus ne-
gando consequentiam: quia secundum ve-
tramque rationem simul, & in quantum sunt
diuina essentia, & in quantum relationes,
cōstitunt personas: ita vt in quantum sunt
diuina essentia solum, non possent consti-
tuere personas, si non essent relationes.
Quia vt constituant, oportet quod sint in-
communicabiles: & si non essent relationes, nõ
essent incommunicabiles. Item vt consti-
tuant personas, necessum est quod habeant
esse subsistentiæ quod communicent: & cō-
ferant illis: & hoc esse subsistentiæ non ha-
berent, nisi essent ipsa diuina essentia. Offert
demum se se alia difficultas, circa suppositio-
nem sancti Thom. in corpore articuli, v-
bi dictum est, quod ex qualibet processio-
ne insurgunt duntaxat duæ relationes rea-
les: quod videtur falsum: quia cum filius in
humanis generatur, & à patre procedit, plu-
res aliæ relationes reales insurgunt, quam
paternitas & filiatio: videlicet equalitas aut
inequalitas, similitudo aut dissimilitudo,
quæ sunt reales. Respondemus paucis,
quod illa suppositio sic intelligenda venit:
ex qualibet processione duntaxat insur-

gunt

mus in præsentia, ne sæpe ea inutiliter repe-
tamus: secundum, quod referat ipsum ad a-
liud: Quod profectò claret ex eius definitio-
ne, nam si interrogemur quidnam relatio
sit, respondere habemus quod est ratio rela-
tiui, quæ refert ipsum ad suū correlatiuū.
& si quis percontetur quidnam sit paterni-
tas, vtique responsuri sumus, quod est for-
ma patris quæ ipsum refert ad filium. & si-
mili modo respondendum est, quando cun-
que interrogamur de alia quacunque rela-
tione diuina in abstracto significata: etiam
cum de relatiōe reali creata interrogamur.
¶ Nunc ergo probamus hanc sententiā no-
stram. Personæ constituantur per relatiōes
quatenus sunt formæ & proprietates earū,
at in quantum relationes, sunt proprietates
& formæ personarū (ex præmissa suppositio-
ne) quando ad essentia relationis attinet. ¶
¶ Sit forma & proprietates relatiui: igitur per-
sonæ diuinæ constituantur per relatiōes, qua-
tenus relationes sunt: particula illa redupli-
cativa accepta specificatiuè (vt dicunt diale-
ctici) & vt importat primam rationem, quæ
spectat ad essentiam relationis: quæ est, esse
formam & proprietatem relatiui. ¶ Obijci-
mus tamen, quoniam aperte oppositum vi-
detur asserere sanctus Tho. in præsentia arti-
culo: hoc est, quod relatio in quantum re-
latio non constituit personam. & hoc expre-
ssè asserit vbi supra de potentia quæst. 10.
arti. 3. ait namque in hæc verba. Intellegimus
enim ipsam relationem vt constitutiuā per-
sonæ, quod quidē non habet in quantum est
relatio. hæc ille. ¶ Istā planè diu. Tho. verba
videtur palam pugnare cū sententiā nostra, sed
neutiquā pugnāt, si multiplicè huius nomi-
nis relatio significatū aperiamus & explicem-
us. Istud ergo nomē relatio bifariā assumi
sōlet, & pro actu referendi, & pro essentia
relatiōis: & quidē si primò modo sumatur,
ingenuè fatemur quod relatio diuina, qua rela-
tio est, & quæ refert vnā personā ad alterā,
non constituit personā (vt diximus) sed præ-
supponit eā iā constitutā. Si aut relatio in. 2.
significatiōe assumatur, p. essentia relatiōis,
asserimus quidē quod relatio diuina, in quantum
huiusmodi, constituit personam: quoniam ad essen-
tia eius (vt præmissimus) attinet esse proprie-
tatem, formam, atque rationem diuinæ personæ: &
vti proprietates & forma ipsius constituit eā.
¶ Et ex consilio diximus, quod relatio diuina,
in quantum huiusmodi, constituit personam
diuinā: quoniam relatio diuina, in quantum
in ge-

neret, & secundum quod toto ambitu
sui significatio amplectitur relationē crea-
tam & in creatam, nimirum non constituit
personam: quia relatio creata personam ne
quit constituit, quado persona est aliquid
subsistens in genere substantiæ: & relatio
creata est accidens. ¶ Et ne existimet lector
hanc explicationem esse contra mentem
diu. Thom. quin potius omnino iuxta men-
tem eius, lubet eius verba afferre: & se-
quuntur post verba adducta nullo prorsus
verbo interposito: quæ sic habent. Quod
ex hoc patet, quia relationes in rebushuma-
nis non constitunt personas: cum relatio-
nes sint accidentia, persona verò est aliquid
subsistens in genere substantiæ, substantia
autem per accidentia constitui non potest.
Sed habet hoc relatio in diuinis, quod personā
constituit in quantum est diuina relatio.
Hæc iterum ille. Ex quibus satis aperte pa-
tet sententiā nostram esse diu. Thom. &
insuper claret responsio ad obiectionem,
quam contra nos opposuimus ex D. Tho.
verbis. ¶ Obijcimus tandem aduersus hæc
nostram sententiā ex eodem sancto Tho-
de potentia quæst. 8. art. 3. ad 7. vbi mani-
festo affirmat, quod relationes diuinæ con-
stitunt personas in quantum sunt diuina
essentia: ergo non in quantum relationes.
Cuius verba sunt. Relationes autem in diu-
inis et si constituant hypostases, & sic faciunt
eas subsistentes: hoc tamen faciunt in quan-
tum sunt essentia diuina. Relatio enim in
quantum est relatio, non habet quod subsi-
stat, vel subsistere faciat: hoc enim solius
substantiæ est. Hæc ille. ¶ Vt verba hæc D.
Thom. explicemus annotare nimirum oport-
uerit, quod de ratione diuinæ personæ duo
sunt: primum quod per se subsistat: secun-
dum quod non sit communis, sed incommu-
nicabilis (vt dicunt scholastici) vti con-
stat ex definitione personæ pluries à nobis
repetita. Rationalis naturæ indiuidua sub-
stantia. Hoc est, incommunicabilis substantia.
¶ Ex qua annotatione palam colligitur,
quod cum relatio diuina constituat personam
diuinā in esse personæ (iuxta sensum prius
assignatum) colligitur inquam, quod ipsa
diuina relatio confert seu communicat di-
uinæ personæ esse substantiæ, aut subsisten-
tiæ, & incommunicabilitatem. Et adde quod
hoc munus, scilicet conferre personæ in-
communicabilitatem, habet ex propria ra-
tione, quatenus relatio est: verum tamen pri-

num munus, quod est communicare aut
conferre esse substantiæ aut subsistentiæ, nõ
vendicat sibi ex sua peculiari ratione, quare
nus relatio est, sed quatenus est substantia:
est autem substantia, quatenus est diuina es-
sentia: & eā intrinsecus includit. ¶ Et quod
ista clariora reddantur recolere oportet
quod sæpe diximus: scilicet, in diuinis tan-
tum reperiri vnicum esse subsistentiæ quod
est esse subsistentiæ ipsius diuinæ essen-
tiæ. Et omnia diuina tum absoluta tum
relatiua ab ipsa essentia diuina (quatenus
eam intrinsecus includunt) habere esse
subsistentiæ & substantiæ. Vera igitur est
assertio diu. Thom. quod relationes diuinæ cō-
stitunt personas, in quantum sunt. diuina
essentia: ea particula accepta specificatiuè,
vt dicit primam rationem constitutentis di-
uinam personam. Etenim quatenus est di-
uina essentia habet esse subsistentiæ: atque
adeo in quantum est diuina essentia cōfert
esse subsistentiæ personæ diuinæ: ac subinde
cōstituit eam. Verum etiam est quod nos
dicimus, puta quod diuinæ relationes (in quan-
tum diuinæ) constitunt personas: nam vt
relationes, & vt sunt idem cum diuina es-
sentia, habent illa duo: quæ sunt necessaria
vt constituant personas in esse personæ.

Ad obiectionem ergo respondemus ne-
gando consequentiam: quia secundum ve-
tramque rationem simul, & in quantum sunt
diuina essentia, & in quantum relationes,
cōstitunt personas: ita vt in quantum sunt
diuina essentia solum, non possent consti-
tuere personas, si non essent relationes.
Quia vt constituant, oportet quod sint in-
communicabiles: & si non essent relationes, nõ
essent incommunicabiles. Item vt consti-
tuant personas, necessum est quod habeant
esse subsistentiæ quod communicent: & cō-
ferant illis: & hoc esse subsistentiæ non ha-
berent, nisi essent ipsa diuina essentia. Offert
demum se se alia difficultas, circa suppositio-
nem sancti Thom. in corpore articuli, v-
bi dictum est, quod ex qualibet processio-
ne insurgunt duntaxat duæ relationes rea-
les: quod videtur falsum: quia cum filius in
humanis generatur, & à patre procedit, plu-
res aliæ relationes reales insurg

gunt duæ relationes reales per se & im-
mediatè, & quæ pro fundamento habent
illam processionem.

QVÆSTIO. XLI.

De personis in comparatione ad actus
notionales.

DEINDE con-
siderandum est
de personis in
comparatione
ad actus notio-
nales.

¶ Et circa hoc quaeruntur sex. Pri-
mò, vtrum actus notionales sint at-
tribuendi personis. Secundò, vtru
huiusmodi actus sint necessarij, vel
voluntarij. Tertio, vtrum secun-
dum huiusmodi actus, persona
procedat de nihilo, vel de aliquo.
Quartò, vtrum in diuinis sit po-
nere potentiam respectu actu-
um notionalium. Quintò, quid
significet huiusmodi potentia.
Sextò, vtrum actus notionales, ad
plures personas, terminari pos-
sint.

Articulus primus.

Vtrum actus notionales sint attribuendi personis.



D primum sic
proceditur. Vi-
detur quòd a-
ctus notiona-
les nò sint per-
sonis attribuè-
di.

Dicit enim Boet. libr. de trini-
tate quòd omnia genera cum quis in
diuinam vertit prædicationem, in
diuinam mutantur substantiam
exceptis relatiuis. Sed actio est vnū
de decem generibus. Si igitur a-
ctio aliqua Deo attribuitur: ad e-
ius essentiam pertinebit, & non ad
notionem.

¶ Præterea Augustin. dicit. 5. de
trinitate. quòd omne quod de Deo
dicitur, aut dicitur secundum sub-
stantiam, aut secundum relatio-
nem. Sed ea quæ ad substantiam
pertinent, significantur per essen-
tialia attributa, quæ verò ad rela-
tionem per nomina personarum,
& per nomina proprietatū. Non
sunt ergo præter hæc attribuèdi per-
sonis

nis notionales actus.

¶ Præterea. Proprium actionis
est ex se passionem inferre. Sed
in diuinis nò ponimus passiones.
Ergo neq; actus notionales ibi po-
nendi sunt.

¶ Sed contra est, quòd Augustin.
dicit in libr. de fi. ad Pe. Proprium
quidem patris est quòd filium ge-
nuit, sed generatio actus quidam est.
Ergo actus notionales ponèdi sunt
in diuinis.

¶ Respondeo dicendum, quòd in
diuinis personis attenditur distin-
ctio secundum originem. Origo
autem conuenienter designari nò
pòt nisi per aliquos actus. Ad sig-
nificandum igitur originis ordi-
nè in diuinis personis, necessariū
fuit attribuere personis actus notio-
nales.

¶ Ad primum ergo dicendum,
quòd omnis origo designatur per
aliquem actum. Duplex autem or-
do originis attribui Deo potest.
Vnus quidem secundum quòd
creatura ab eo progreditur. Et hoc
commune est tribus personis. Et
ideo actiones, quæ attribuuntur
Deo ad designandum processum
creaturarum ab ipso, ad essentiam
pertinent. Alius autem ordo o-
riginis in diuinis, attenditur se-
cundum processionem personarum
à persona: vnde actus designan-
tes huius originis ordinem, no-
tionales dicuntur: quia notiones

personarum sunt personarum ha-
bitudines ad inuicem, vt ex dictis
patet.

¶ Ad secundum dicendum, quòd
actus notionales secundum mo-
dum significandi tantum differunt
à relationibus personarum: sed re
sunt omnino idem. Vnde Magister
dicit in primo sententiarum. 26.
distinctio. quòd generatio & na-
tuitas alijs nominibus dicuntur pa-
ternitas & filiatio.


¶ Ad cuius euidenciam attenden-
dum est, quòd primo oportet co-
gnoscere originem alicuius ab alio
ex motu. Quòd enim aliqua res à
sua dispositione remoueretur per
motum, manifestum fuit hoc ab a-
liqua causa accidere. Et ideo actio
secundum primam nominis im-
positionem, importat originem mo-
tus. Sicut enim motus prout est
in mobili ab aliquo dicitur passio:
ita origo ipsius motus secundum
quòd incipit ab alio, & termina-
tur in id quòd mouetur, vocatur a-
ctio. Remoto igitur motu, actio
nihil aliud importat quàm ordi-
nem originis, secundum quòd à cau-
sa aliqua vel principio procedit in id
quòd est à principio. Vnde cū in di-
uinis non sit motus, actio persona-
lis producentis personam, nihil aliud
est quàm habitudo principij ad per-
sonam, quæ est à principio. Quæ
quidem habitudines sunt ipsæ rela-
tiones vel notiones. Quia tamè de

diuinis & intelligibilibus rebus loqui non possumus, nisi secundum modum rerum sensibilium, à quibus cognitionem accipimus, & in quibus actiones & passiones in quantum motum implicent, aliud sunt à relationibus, quæ ex actionibus & passionibus consequuntur, oportuit seorsum significari habitudines personarum, per modum actus, & seorsum per modum relationum. Et sic patet quod sunt idem secundum rem, sed differunt solum, secundum modum significandi.

Ad tertium dicendum, quod actio secundum quod importat originem motus inferretur ex passione. Sic autem non ponitur actio in diuinis personis. Vnde non ponuntur ibi passiones, nisi grammaticè loquendo quantum ad modum significandi, sicut patri attribui generare, & filio generari.

Commentarium.

Methodus D. Thom.



Explicatio tituli.

Conclusio S. Thom.

OST disputationem nimirum de personis in comparatione ad relationes seu proprietates, incipit diuus Thom. aggredi tractatum de eisdem personis in comparatione ad actus notionales. Sensus autem tituli quaestionis (vt constat ex primo argumento, & eius responsione) hic est. An actus notionales, ita tribuantur personis, quod non essentia. Et virtute respondet affirmatiuè: quod breui probatur in hunc modum. Distinctio personarum attenditur per tres origines: etenim cognoscimus patrem distinguere à filio, quia ille generat: hic vero generatur: siquidem nihil potest generare se ipsum &c. Ergo origines tribuuntur personis. At origines sunt actus notionales, & designantur per modum actuum notionalium: ita vt origo actiua patris ad filium appellatur generatio: & passiuua filij ad patrem: natiuitas: ergo actus notionales tribuuntur personis, & non essentia. Quandoquidem in essentia, & inter ea quæ ad essentiam pertinent, vt attributa, nulla est realis distinctio: quam actus notionales indicant. In responsione ad primum docet, quod ordo originis creaturarum à Deo, tribuitur omnibus personis, & essentia: quoniam ab eis omnibus dimanant. Ac proinde actiones quæ in portant illum ordinem, vt creare, iustificare, pertinent ad essentiam & personas: ordo tamen originis, quo vna persona est ab alia, non spectat ad essentiam sed solum ad personas ipsas: & simili modo actus notionalis qui istum ordinem designat, vt generatio & natiuitas. Doctrinam sancti Thomae in responsione ad secundum oportet mandare memorie. Docet itaque in ea, quod à nobis praemissum est quaestione precedenti: videlicet quod relationes & origines sunt planè idem res: & sola ratione distinguuntur. Qua de causa Magister sentent. in 1. distin. 26. dicit: generatio & natiuitas alijs nominibus nuncupantur paternitas & filiatio: & hoc idem diuus Thom. in praesentia declarat & probat. Et quidem pro intellectu gentia verborum D. Thom. recolere oportuerit quod miles ex doctrina Aristotele. 3. physicorum. tex. 18. & 22. praemissimus: neque quod actio & passio sunt idem res motus scilicet qui recipitur in passio: & dicitur actio vt dimanat ab agente, & passio vt recipitur in passio. Secundò obferuandum est iuxta S. Thom. doctrinam hic & quas. 45. ar. 3. quod in quacumque actione & passione quæ fit cum motu, vltra agens & patientis dicitur tertia: scilicet ipse motus, & duarum relationes quarum vna est agentis ad passum, & alia patientis ad agens. Quo fit, vt ablato motu ab actione & passione, actio nihil aliud sit quam ordo agentis ad patientem: & passio nihil aliud sit, quam relatio & ordo patientis ad ipsum agens. Et quoniam Deus mundum sine motu creauit: in creatione praeter Deum & creaturam, solum reperiuntur duae relationes: quarum altera est rationis Dei ad creaturam, altera vero relatio realis creaturae ad Deum, quæ dicitur creatio passiuua. Hoc utique docet diuus Thom. vbi supra quaestio. 45. articulo. 3. quo in loco ait. Deus creando producit res sine motu: subtracto autem motu ab actione & passione, nihil remanet nisi relatio vt dictum est. Vnde relinquitur, quod creatio in creatura non sit nisi relatio quaedam ad creatorem.

Corollarium primum.

Corollarium 2.

3. Corollarium.

Responsio ad 3.

Corollarium

Articulus Secundus.

Vtrum actus notionales sint voluntarij.



D secundum sic proceditur. Videtur quod actus notionales sint voluntarij. Dicit enim Hil.

in lib. de Syno. Non naturali necessitate ductus pater genuit filium.

Præterea apostolus col. primo. Transtulit nos in regnum filij dilectionis sue. Dilectio autem voluntatis est. Ergo filius genitus est à patre voluntate.

Præterea. Nihil magis est voluntarium quam amor. Sed spiritus sanctus procedit à patre & filio, vt amor. Ergo procedit voluntariè.

Præterea. Filius procedit per modum intellectus, vt verbum. Sed omne verbum procedit à dicente per voluntatem. Ergo filius procedit à patre per voluntatem, & non per naturam.

Præterea: Quod non est voluntarium est necessarium. Si igitur pater genuit filium non voluntatè, videtur sequi quod necessitate genuerit. Quod est contra Augustinum in libro ad Orisum. Sed contra est quod Augustinus.

Z 3 dicit

dicit in eodem libro, quod neque voluntate genuit pater filium, neque necessitate.

¶ Respondeo dicendum, quod cum dicitur aliquid esse vel fieri voluntate, dupliciter potest intelligi. Vno modo, ut ablatius designet concomitantiam tantum. Sicut possum dicere, quod ego sum homo mea voluntate, quia scilicet volo me esse hominem. Et hoc modo potest dici, quod pater genuit filium voluntate, sicut & est voluntate Deus: quia vult se esse Deum, & vult se generare filium. Alio modo, sic quod ablatius importet habitudinem principij. Sicut dicitur, quod artifex operatur voluntate, quia voluntas est principium operis. Et secundum hunc modum, dicendum est quod Deus pater non genuit filium voluntate, sed voluntate produxit creaturam. Vnde in libro de Syno. dicitur, quod si quis voluntate Dei, tanquam vnum aliquid de creaturis, filium factum dicat, anathema sit. Et huius ratio est, quia voluntas & natura secundum hoc differunt in causando, quia natura determinata est ad vnum, sed voluntas non est determinata ad vnum. Cuius ratio est, quia effectus assimilatur forme agentis per quam agit. Manifestum est autem, quod vnius rei non est nisi vna forma naturalis, per quam res habet esse. Vnde quale ipsum

est, tale facit. Sed forma per quam voluntas agit, non est vna tantum, sed sunt plures, secundum quod sunt plures rationes intellecte. Vnde quod voluntate agitur, non est tale quale est agens, sed quale vult & illud intelligit esse agens. Eorum igitur voluntas principium est, quae possunt sic vel aliter esse. Eorum autem, quae non possunt nisi sic esse, principium natura est. Quod autem potest sic vel aliter esse, longe est a natura diuina: sed hoc pertinet ad rationem creaturae, quia Deus est per se necesse esse, creatura autem est facta ex nihilo. Et ideo Arriani volentes ad hoc deducere, quod filius sit creatura, dixerunt quod pater genuit filium voluntate, secundum quod voluntas designat principium. Nobis autem dicendum est, quod pater genuit filium non voluntate, sed natura. Vnde Hilarius, dicit in libro de synod. Omnibus creaturis substantiam Dei voluntas attulit, sed naturam dedit filio ex impassibili, ac non nata substantia perfecta natiuitas. Talia enim cuncta creata sunt, quia Deus esse voluit, filius autem natus ex Deo, talis subsistit qualis & Deus est.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod autoritas illa inducitur, contra illos, qui a generatione filij, etiam concomitantiam patris voluntate

voluntatis remouebant, dicentes sic eum natura genuisse filium, ut tamen voluntas generandi ei non adesset: sicut & nos multa naturali necessitate contra voluntatem patimur, ut mortem senectutem, & huiusmodi defectus. Et hoc patet per praecedentia & subsequentia. Sic enim ibi dicitur. Non enim nolente patre, vel coactus pater, vel naturali necessitate inducitur, genuit filium.

¶ Ad secundum dicendum, quod Apostolus nominat Christum filium dilectionis Dei, in quantum est a Deo superabundanter dilectus, non quod dilectio sit principium generationis filij.


¶ Ad tertium dicendum, quod etiam voluntas, in quantum est natura quaedam, aliquid naturaliter vult, sicut voluntas hominis naturaliter tendit ad beatitudinem. Et similiter Deus naturaliter vult, & amat seipsum: sed circa alia a se, voluntas Dei se habet ad vtrumque quodammodo, ut dictum est. Spiritus autem sanctus procedit ut amor, in quantum Deus amat seipsum. Vnde naturaliter procedit, quantum per modum voluntatis procedat.

¶ Ad quartum dicendum, quod etiam in conceptionibus intellectualibus fit reductio ad prima quae naturaliter intelliguntur. Deus autem naturaliter intelligit seipsum.

Et secundum hoc conceptio verbi diuini est naturalis.

¶ Ad quintum dicendum, quod necessarium dicitur, aliquid per se & per aliud. Per aliud quidem dupliciter. Vno modo, sicut per causam agentem & cogentem. Et sic necessarium dicitur, quod est violentum. Alio modo sicut per causam finalem. Sicut dicitur, aliquid esse necessarium in his quae sunt ad finem, in quantum sine hoc, non potest esse finis, vel bene esse. Et neutro istorum modorum, diuina generatio est necessaria. Quia Deus non est propter finem, neque coactio cadit in ipsum. Per se autem dicitur aliquid necessarium, quod non potest non esse. Et sic Deum esse, est necessarium. Et hoc modo patrem generare filium, est necessarium.

Commentarium.



D est vtrum generare & spirare, quae sunt actus notionales (ut ex praecedentibus satis liquet) sint actiones voluntatis respectu Dei. Praesens nimirum commentarium in tres partes diuidimus: in prima quippe explicatur corporis articuli litera: in secunda proponuntur argumenta D. Thom. aduersus sententiam eiusdem, & soluantur atque explicantur: ac recensentur quaedam Scoti sententiam contra sanctum Thomam, quam refellimus: in tertia respondemus ad quaestionem articuli, & tandem mouemus dubium huic articulo germanum, idque

absoluius citatis diuersis opinionibus.

Prima commentarij pars.



RO declaratione ergo tituli praemittendum sanè est, qd esto liberum & voluntarium pro eodem aliquando sumantur, tamen vt liquet ex Arist. doctrina. 3. ethic.

Suppositio

Libera & voluntaria differant. Nota qd aliquid est liberum & voluntarium, ut b. g. qui adijt ecclesiam cui no...

Ratio qua vsus est nomine voluntarij in genere, & no nomine liberi in specie, forsitan vt derur maior locus disputationis, & vtrinq; definitur...

Error Arrianorum

Hilarius

longo intervallo dissident: etenim comparatur inter se sicut inferius & superius: quid namq; est liberum, voluntarium quid est, sed non vice versa: siquidè in brutis est voluntarium (vt eo loco docet Arist.) liberum tamen in eis non est: quando voluntarium sic definiti habet. Actio quæ oritur à cognitione & appetitu agentis. Vt cum sit equus, & cogno'cit aquam vt bonum si bi conueniens, appetit bibere, & bibit, ille a quæ haustus, & potatio est voluntariu, quoniam oritur à cognitione & appetitu equi. Liberum verò est voluntarium, quod oritur à ratione & voluntate secundum deliberationem. Quam definitionem fusè explicamus in commentarijs nostris prima secundæ quæst. r. art. r. q. Sanctus Tho. autem vsus est nomine voluntarij in genere, & no nomine liberi in specie, forsitan vt derur maior locus disputationis, & vtrinq; definitur quæstionem: videlicet, an prædictæ actiones sint liberae: & si non sunt liberae, an saltem sint voluntariæ: vel potius coactæ & violentæ. Et quæstionem planè hanc excitat sanctus Thomas propter Arrianos confutandos, qui mendaciter & perniciosè asserentes filium Dei esse creaturam, dicunt eum voluntate & liberè produxisse filium, atq; in Dei potestate fuisse non generare illum: tum etiam propter sanctos, inter quos circa hanc quæstionem variè videntur sententiæ: licet re ipsa, si eorum verba attentè expendantur, neutiquam inter eos est contentio neque contrarietas: vt deinceps videbimus. Quod autem diuersæ eorum assertiones videantur de hac re, patet: quoniam Hilarius in libr. de synodis affirmat, quod pater voluntate genuerit filium, ac proinde quod generatio filij sit voluntaria: ait enim in definitionibus professionum catholicarum contra Photinum, definitione. 25:

Si quis nolente patre natum, dicat filium, anathema sit Et proxime ante istum titulum, vbi agitur de fide secundum orientis synodum, inquit: Si quis dixerit, quod neque voluntate pater genuerit filium, anathematizat Sancta & catholica ecclesia.

At Hieronymus videtur asserere oppositum, scilicet quod pater voluntate non genuerit filium: nam super epistolam ad Ephes. r. in expositione illius verbi, qui prædestinauit nos, ait in hæc verba. De filio verò, hoc est, de domino nostro Iesu Christo in alio loco scriptum est, quia semper cum patre fuit: & nunquam eum, vt esset, voluntas paterna præcessit. Hoc idem expressius asserit Augustinus in dialogo. 65. quæstionum, sub titulo Orosij percontantis. & Augustini respondentis, quæstione. 7. Interrogat itaque ibi Orosius. Voluntate genuit pater filium, an necessitate? Respondet Augustinus neque voluntate neque necessitate. Idem protius asseruit libr. 15. de trinitate capit. 20. quibus locis de hac retractat: & tandem affirmat, quod sicut Deus neque voluntate neque necessitate est Deus, neque est Deus volens aut nolens: ita neque voluntate neque necessitate, neque volens neque nolens, genuit filium.

Hierony.

August.

D. Thom.

Diuisio

Voluntas comitans

Ceterum Diuus Thom. apprimè respondet quæstioni, vt solet: & præmissa diuisione explicat sanctorum verba, & eos in concordiam reducit. Diuisio itaque huiusmodi est: aliquid voluntate esse vel fieri, bifariam accipi potest: primo modo, illo ablatiuo voluntate, designante concomitantiam (vt imur verbo diu Thom. & forsitan vocum penuria compulsi) vt in hac propositione, Petrus voluntate est homo: id est, vult esse homo, & ei placet. Voluntas autem comitans aliquid ea est, quæ illud habet pro obiecto: siue ea antecedat, vt cum desidero pluuiam futuram: vel sequatur, vt cum placet mihi quod pluerit: vel sit simul cum eo, vt cum gaudeo quod pluat: ea ipsa certè voluntas in nullo genere causæ principium illius est, quod habet pro obiecto. Secundo modo aliquid voluntate esse vel fieri, potest intelligi: sumpto ablatiuo illo voluntate, vt designat habitudinem principij: ita quod voluntas sit principium operis, quod fit. In qua acceptione concedimus quod artifex voluntate operatur, quoniam voluntas est principium

pium operis artificiat: & hoc pacto Deus voluntate producit creaturas. Rursum præmittit diuus Th. hoc nempe discrimen reperiri inter naturæ & voluntatè, quod natura est determinata ad vnum, voluntas verò inanimè: ex Arist. 9. metaph. tex. 3. & 10. Natura nanque dicitur ad vnum determinata, quia tantum habet producere effectum sibi similem in forma. Cuius ratio nimirum est, quia effectus assimilatur agenti in forma: & natura seu res naturalis tantum habet vnicam formam, à quo habet esse: quod vtique potissimum intelligendum est de agente vnicoco: quod etiam de æquiuocis iuxta aliquem legitimum sensum intelligi valet: quod non est præsentis speculationis.

Vnde agens naturale tale efficit, quale ipsum est: verumtamen voluntas non est ad vnum determinata, sed ad plura indifferens, & ad vtrumque oppositorum: vt dicunt philosophi. Cuius quidem causa est, quia non sunt diuersa iudicia, quibus intellectus representat voluntati vnum obiectum sub ratione boni, & alterum sub ratione mali: aut idem obiectum sub ratione boni & mali: quod magis explicabitur in responsione ad 3. Aliam rationem & causam præfati discriminis inter voluntatem & naturam assignamus, & aliter explicamus articu. 6. in declaratione tertie rationis, qua ibi vtritur sanctus Thom. lege eam, si lubet.

Quo fit, vt illud cuius voluntas est principium, non sit tale quale agens est, sed quale vult: & intelligit esse agens: vt cum artifex voluntate efficit scammum. Ex quo planè assignato discrimine inter voluntatem & naturam, (scilicet, quod hæc determinatur ad vnum, & necessariò producit vnum, illa verò nõ) aliud oritur inter ea: videlicet, quod voluntas est principium eorum quæ possunt fieri & non fieri: eorum verò quæ necessariò fiunt, & aliter fieri nequeunt, natura principium est. His ergo prælibatis, virtute sanctus Th. constituit tres assertiones. Prima igitur sit. Hæc propositio, voluntate pater generat filium, distinguenda est: nam si ablatiuus ille voluntas, primo modo accipitur vt importat concomitantiam, vera est: quandoquidem sensus eius est, quod pater vult generare filium, sicut vult se esse Deum: quod est vtique secundum fidem catholicam concedendum, vt ex verbis Hilarij constat nuper allegatis, dum ait.

Illatum.

Cur voluntas ad vnum agit per vnicam formam, sed plures: quæ sunt diuersa iudicia, quibus intellectus representat voluntati vnum obiectum sub ratione boni, & alterum sub ratione mali: aut idem obiectum sub ratione boni & mali: quod magis explicabitur in responsione ad 3. Aliam rationem & causam præfati discriminis inter voluntatem & naturam assignamus, & aliter explicamus articu. 6. in declaratione tertie rationis, qua ibi vtritur sanctus Thom. lege eam, si lubet.

Corollarium

Aliud discrimen inter naturam & voluntatè.

Assertio.

Siquis dixerit quod neque voluntate pater genuerit filium, anathematizat sancta & catholica ecclesia. Probatur in super ratione. Deus necessariò vult omnem suam perfectionem, ac generare filium est perfectio, ergo necessariò vult generare filium: & ex consequenti voluntate generat filium, sumendo voluntatem prædicto modo. Præterea voluntas diuina est infinitæ perfectionis, ergo necessariò est recta: igitur necessariò vult bonum infinitum. At patrem generare filium est bonum infinitum, ergo necessariò vult generare filium: ac subinde voluntate generat filium. Item rogamus, vel potius ter vult generare filium, vel vult non generare, vel simpliciter neganter se habere. Si das primum, das quod voluimus: si concedis secundum, igitur miseria est in Deo: siquidem intus ipsum fieret aliquid, quod est contra suam voluntatem: vt potest generare filium. Sin verò fatearis, patrem omnino neganter se habere: colligamus in hunc modum. Pater æternus non potest recens incipere velle aliquid, nam tunc esset in eo in potentia ad volendum, quæ potentia esse in Deo diuina natura nõ patitur: & pater æternus non vult generare filium, quia simpliciter negatè se habet, vt das: ergo non potest velle generare filium: ac proinde voluntas diuina impotens est velle aliquid bonum infinitum, quod est generare filium. Hoc autem repugnat naturæ diuinæ. Iam verò subijciamus secundam assertionem. Si autem ablatiuus ille voluntas secundum modo assumatur, vt dicit scilicet habitudinem principij, falsa quippe est: siquidem facit hunc sensum, quod voluntas est principium generandi filium: & quidem esse falsam, probat in hunc modum sanctus Tho. ex annotatione præmissa: quia filium Dei necessum est esse: & voluntas cum non sit determinata ad vnum (vt suppositum est) non est principium eorum, quæ necessariò fiunt. Quæ etiam assertio secundum fidem catholicam affirmanda est, & opposita est heresim Arrianorum, affirmantium patrem generare filium voluntate, vel ut principio & liberè. Quod quidem damnatum est in definitionibus synodi vbi supra, definitione. 24. Si quis voluntate Dei, tanquam vnum aliquid de creatura, factum dicat filium: anathema sit. Et idem affirmat Augusti. vbi supra,

Probatio prima.

Probatio 2.

Probatio 3.

Assertio 2.

Probatio.

Præfata assertio de fide tenenda est.

Verba s. Thomae Verba sancti Tho. eò loco de potentia sunt. Semper enim voluntas aliquid producit aliqua processione praesupposita: nō enim voluntas in aliquid tendit, nisi praesistente productione intellectus aliquid concipientis: cūm bonum intellectū moueat voluntatem. Processio autem quae est à naturali agente, nō praesupponit aliam processio nem nisi per accidens. Et post pauca. Vnde illa processio per modum naturae intelligitur in diuinis, quae nullam aliam praesupponit: illa verò per modum voluntatis, quae ex praesupposita processione principium sumit: Hae diuis Thom. Vel alio modo possumus dicere, qd procedere aliquam rem ab aliquo agente per modum naturae, est illam rem produci similem agenti: ex vi productionis: quia natura est vis in se rebus, ex similibus similia procreans. Sed procedere per modum voluntatis aut imaginis, ab aliquo agente, est eam produci non similem agenti ex vi productionis secundum rationem similitudinis aut imaginis: quo pacto procedit id quod est à voluntate. Quod profectò fuscè explicuimus quaestione 27. arti. 2. & 4. atq; hac de causa (vt eò loco fati declaratum est) spiritus sanctus procedit non per modum naturae, sed per modum voluntatis. Et per hanc patet responsio ad obiectio nem. Sed tamen aduersus diuum Thom. insurgit Scotus in quolibetis quaestione 16. & in 1. dist. 2. quaest. 7. & potissimum dist. 10. quaest. vnica, quatenus ipse diuus Thom. in responsione ad tertium affirmat, qd voluntas in quantum natura, vult naturaliter quaedam obiecta: vt beatitudinem: alia verò liberè. Insurgit, inquam, Scotus pluribus rationibus, quarum (nifallor) hae potissima est. Oppositi modi agendi non possunt conuenire eidem potentiae: at naturaliter agere & liberè agere sunt oppositi modi agendi: ergo non possunt voluntati conuenire: ac proinde falsa est assertio diui Thom. Quae quidem ratio & alijs persuasum sibi habet, qd voluntas nullum actum merè naturalem habet: imò quicquid voluntas vult liberè vult: atque adeo spiritus sanctus (inquit) liberè procedit à patre & filio: quauis ipse filius naturaliter & per modum naturae procedat à patre, quia producit per intellectum: intellectus autem omnem quā agit operationem naturaliter exercet. Cōtra Scotum tamen obijcimus. Voluntas Dei necessariò amat infinitum bonū; quod est

diuina essentia, ergo illud naturaliter amat: & ex consequenti non quicquid voluntas vult liberè vult. Huic planè argumento respondet ipse Scotus distinguendo assumptum, vt pote voluntas necessariò amat summum bonum: vel ex natura sua & in quantum voluntas est, & in genere considerata, quo pacto negat: quinimò hac ratione vallet ad opposita, atque potest amare & non amare. Sed Dei voluntas (vt est infinita, & infinitè recta) & diuina essentia (vt est obiectum infinitè bonum) sunt in causa: vt ipsa Dei voluntas necessariò amet infinitum bonum, quod est diuina essentia: nam eò qd est infinitè recta, non potest carere actu infinitè recto: qui est amare infinitum bonum. Secūda obiectio sit. Lapis naturaliter mouetur deorsum, quia necessariò mouetur: at Dei voluntas necessariò amat summum bonum: ergo naturaliter amat ipsum. Respondet Scotus vbi supra in quolibetis negando consequentiam, assignatque rationem: quoniam voluntas est talis natura, qd quicquid agit siue necessariò siue contingenter, liberè agit: at verò lapis est talis natura, qd quicquid agit naturaliter & per modum naturae agit: neq; alia (inquit) assignanda est ratio. Profectò si hae responsio locum haberet, facilè esset cuius homini quantumuis rustico & ignaro, suum errorem statueret atq; tueri. Veruntamen opponimus, 3. in hanc Scoti sententiam. Voluntas ante deliberationem nō potest liberè agere: nam dato opposito, sequeretur pueros & amentes posse peccare: ergo falsa est Scoti assertio. Et demum vltimò. Voluntas Dei amado ipsum Deum non est libera libertate cōtra dictionis, quia falsum est quod possit amare & non amare Deum: neq; est libera libertate contrarietatis, siquidem nequit amare & odio habere Deum: ergo nulla libertate libera est in amado Deū. Etenim cōsequentiā liquet: quandoquidem tantū est duplex libertas, nempe contrarietatis, & contradictionis. Et nimirum Scoti opinio aduersatur sanctorum sententiae, qui palam asserunt eum non liberè agere aliquid quod necessariò agit: & qd vt liberè quis agat, necessum est vt in potestate eius sit agere & non agere. Augustinus quippe, 3. de libero arbitrio cap. 3. prope finem ait. Voluntas igitur nostra neq; volūtas esset, nisi esset in nostra potestate: porò quia est in potestate libera est nobis. Non enim est nobis liberum,

Responsio
Obiectio
Refutatio
Refutatio
3. Obiectio
Quarta
Aduersatur

rum, quod in potestate non habemus: aut potest non esse quod habemus. hae ille. Et idem August. in enchiridio cap. 105. Neque enim culpanda est voluntas, aut voluntas non est, aut libera dicenda non est, quae beati esse sic volumus, vt esse miserī nō solum nolimus, sed nequaquam profus velle possumus. Profectò per hae verba euidenter asserit August. nos non habere libertatem in amado beatitudinem aut in odiendo miseriam: quoniam illam necessariò amamus, & hanc necessariò odio habemus. Vnde mirari non desino cūm hae verba ita confirmant nostram sententiam, in suam nihilominus adduci ab Scoto & illius sectatoribus. Et Hieronymus de filio prodigo ad Damasum papam in fine epistolae. Solus Deus est in quem peccatum non cadit, neq; cadere potest: cetera cūm sint liberi arbitrij, in vtranque partem secti possunt. Hae Hieronymus. Quibus vt bis satis aperte docet, nō esse liberum arbitrium, neque libertatem respectu eorum quae necessariò sūt. Damascenus praeterea lib. cap. 28. eiusdem sententiae est, dicit enim. Eorum quae sunt hae quidem sunt in nobis, hae autem non in nobis: ergo in nobis quidem sunt, quae nos sumus liberi arbitrij: facere & nō facere: hae enim omnia per nos voluntariè aguntur. Non enim voluntariè dicentur agi, actu non existere in nobis: quibus verbi etiam patet, id quod contendimus probare. Et denique philosophus id quidem docet. 3. ethicorum capit. 4. vbi ait. In quibus est in nobis operari & non operari, & in quibus non etiam. Hoc est, iuxta sententiam omnium explanatorum. Id est in potestate & libertate nostra, quod possumus agere & non agere. Propter hae igitur sententiam sancti Thom. amplectendam esse censemus, & Scoti refellendam: atque asserimus, Deum naturaliter & necessariò, & non liberè amare seipsum: ac subinde spiritum sanctum necessariò & naturaliter, & non liberè procedere à patre & à filio. Et ad argumentum Scoti respondemus negando maiorem: videlicet, oppositi modi agendi non possunt conuenire eidem potentiae: nā intelligere per discursum & sine discursu, sunt planè oppositi modi agendi, & conueniunt eidem potentiae intelligendi respectu diuersorum. Intelligere namque sine discursu conuenit intellectui respectu principiorum, & quaintelle-

Hieronymus
Damasenus
Aristoteles
Refellitur

ctus est: & intelligere cum discursu ei conuenit respectu conclusionum, & vti ratio est. Simili etiam modo agere naturaliter conuenit voluntati, respectu vitimi finis ad se sum iam explicatum, & agere liberè tribuitur ei respectu mediorum. Et alia argumenta quae Scotus facit contra sanctum Thom. facile diluere ex his quae diximus, & ex doctrina diui Thom. quae in praesentia adduci nō debent: ne si adducantur sine fructu molesti simus lectori. At verò contra assertionem nostram, probamus Scoti opinionem esse diui Thom. de potentia quaest. 10. art. 2. ad quintum, vbi verbis expressis asserit, quod Deus liberè amat seipsum: etenim verba eius sunt eò loco. Sic autem & Deus sua voluntate liberè amat seipsum, licet de necessitate amet seipsum. Respondemus sancto Scoti opinionem longe aliam esse à sancti Thom. opinione. Nam secundum sanctum Thom. voluntas Dei sicut necessariò amat Deum, ita naturaliter amat ipsum. Ait siquidem eò loco ad quartum, Deus naturaliter amat suam bonitatem, sicut & naturaliter intelligit suam veritatem: sicut ergo filius naturaliter procedit à patre, vt verbi: ita spiritus sanctus naturaliter procedit ab eo, vt amor. hae ille. Et idem profus asserit ibidem ad. 6. sicut in praesenti articulo ad tertium: Scotus autem affirmat, Deū nullo pacto naturaliter amare se ipsum: diuersa igitur sententia est Scoti à sancti Thomae sententia, quāntis verbis videatur aliquid pacto concordare. At quoniam pacto intelligantur sancti Thom. verba dum ait, Deus sua voluntate liberè amat seipsum, confessim dicemus. Aduersus Scotum iuniores cōmunitè in 1. dist. 10. argumentantur, vt Ocham, & Gregorius, & reliqui.

Argumentum contra sententiam nostram.
Responsio.

Tertia commentarij pars.



T verò haecenus non respōdimus quaestioni quā mouit diuus Thom. in praesenti articulo: an, videlicet, actus rationales sint voluntarij. Quae quidem quaestio ex alia petenda est, an Dei voluntas liberè amet summum bonum, vt concedit sanctus Thom. Et eadem quaestio est, an pater & filius liberè producant spiritum sanctum, & pater liberè generet

Responsio ad rursus quaestio. ret filium. Cui nempe paucis satisfacimus, dicendo (vt initio articuli diximus) quod videlicet liberum & voluntarium pro eodem aliquando sumuntur: etsi hoc quidem pacto liberum sumitur pro voluntario, respondemus quaestioni affirmate. Nam pater vult generare filium, & pater & filius volunt spirare spiritum sanctum: ac subinde actus notionales, qui sunt generatio & spiratio, sunt voluntarij & liberi: vtendo nomine liberi in hac significatione. Caeterum vtendo nomine liberi proprie secundum communem usum philosophorum & doctorum, pro facultate ad opposita, agendi scilicet & non agendi, neutiquam Dei voluntas liberè amat essentiam diuinam: nec pater liberè producit filium: neque itidem pater & filius liberè produciunt spiritum sanctum. Et hoc palam asserit sanctus Th. quæst. 19. art. 10. vbi docet quod non habemus liberum arbitriū respectu eorum quæ necessariò volumus: & quod Deus non habet liberum arbitrium, respectu sui amoris, quo necessariò amat suam bonitatem. Veruntamen ex consensu omnium doctorum pater voluntariè producit filium, & pater & filius voluntariè produciunt spiritum sanctum, vt ostensum est. Quamobrem quaestioni initio articuli propositæ à diuo Th. respondendum planè est affirmate: quod videlicet actus notionales sint voluntarij.


Dubium. Postremò tandem dubitamus, an volitio generandi filium, seu mauius actus volendi generationem filij, sit prior generatione filij: prior (inquam) secundum rationem, nam planum est non esse priorem secundum rem vel tempus, aut durationem aliquā quæ cogitatione comprehendi possit. Nimirum circa quaestionem hanc duæ voluntantur opinioniones: etenim Scotus in 1. dist. 6. quaestione vnica, & Caietanus in presenti articulo partem teneant affirmantem: Capreolus vero in eadem dist. 6. quaestione etiam vnica conclusionem, 6. & in responsione ad argumenta facta contra sextam conclusionem, oppositam defendit partem: hoc est, volitionem generandi filium æternam, in patre non esse priorem secundum rationem generationis filij, sed ei simultaneam & comitem. Et hanc sententiam censemus profectò esse veram, quam probamus. In initio. Volitio generandi filium nullo modo præsupponitur ad generationem filij: quia dato impossibili, pater non haberet voluntatem, gene-

raret filium per actum intellectus: ergo illa volitio non est prior generatione filij. *¶ Itē 2. Ratio.* argumentatur, supposito quod primus actus intellectus præsupponitur ad omnem actum voluntatis, quia nihil est volitū quin prius sit cognitum. Nunc colligimus in hunc modum. Pater generat filium per primum & vnicum actum intellectus, qui præsupponitur ad omnem actum voluntatis: ergo potius esset dicendum quod generatio est prior volitione, quam quod volitio sit prior generatione: si alterum istorum esset affirmandum. Et vt reor, hæc est sententia diui Th. in articulo presenti. Nam palam asserit, quod voluntas generandi filium comitatur ipsam filij generationem, & concomitanter (vt ipse ait) se habet ad eam. Et expressius hoc affirmat de potentia quæst. 2. art. 3. ad 2. Cuius verba sunt. Generatio verò filij neq; est creatura, neque ad creaturam significatur terminari: vnde respectu eius non est voluntas præcedens neque tempore neque intellectu, sed solū voluntas concomitans. hæc ille. *¶ Sed tamen aduersus sententiam hanc in fauorem Scoti argumentatur. Absoluta sunt priora relatiuis (ex sancto Th. quaestio. 33. artic. 3. ad 1.) at volitio generandi filium est absolutum, & generatio est relatiuum: ergo volitio generandi filium est prior generatione filij. *¶ Respondemus negando minorem: videlicet, quod volitio generandi filium sit simpliciter absolutum: imò inuoluit relationem. Et hoc planè probamus, quoniam absoluta sunt cōmunia omnibus tribus personis, & illa volitio solū competit patri: solus namque pater vult se generare filium, filius verò & spiritus sanctus non vult se generare filium, quando hoc vtiq; pugnet. *¶ Secundum sit argumētum. Voluntas producendi spiritum sanctum est prior productione spiritus sancti, quia producitur per actum voluntatis: ergo voluntas generandi filium est prior generatione filij, cum vtriusque similis videatur ratio. *¶ Respondemus primò negando consequentiam: neque est par ratio, quia filius producitur per actum intellectus, spiritus sanctus autem per actum voluntatis. *¶ Dicimus secundò quod actus voluntatis, quo pater & filius se amant, prior quippe est spiratione: quia per talem actum spiratur spiritus sanctus: sed voluntas qua pater & filius volunt producere spiritum sanctum solū est concomitans productionem spiritus sancti, sicut volu-*****

voluntas qua pater vult generare filium comitatur ipsam filij generationem, & nō est ea prius. Reliqua verò quæ in articulo cōtinentur clara & perspicua sunt.

Articulus Tertius.

Vtrum actus notionales sint de aliquo.



D tertium sic proceditur. Videtur quod actus notionales non sint de aliquo. Quia si pater generat filium de aliquo, aut de seipso, aut de aliquo alio. Si de aliquo alio cum id de quo aliud generatur, sit in eo quod generatur, sequitur quod aliquid alienum à patre, sit in filio. Quod est contra Hila. 7. de trini. vbi dicit. Nihil in his diuersum est, vel alienum. Si autem filium generat pater de seipso, id autem de quo aliquid generatur, si sit permanens, recipit eius prædicationem quod generatur: sicut dicimus quod homo est albus, quia homo permanet cum de non albo fit albus. Sequitur igitur, quod pater vel non permaneat genito filio, vel quod pater sit filius: quod est falsum. Non ergo pater generat filium, de aliquo, sed de nihilo.

¶ Præterea. Id de quo aliquid generatur, est principium eius, quod generatur. Si ergo pater generat filium de essentia vel natura sua, sequitur quod essentia vel natura patris sit prin-

cipium filij. Sed non principium materiale, quia materia locum indiuisis non habet, ergo est principium quasi actiuum, sicut generas est principium geniti. Et ita sequitur quod essentia generet. Quod supra improbatum est.

¶ Præterea. Augustin. dicit. quod tres personæ non sunt ex eadem essentia: quia non est aliud essentia, & persona. Sed persona filij non est aliud ab essentia, ergo filius nō est de essentia patris.

¶ Præterea. Omnis creatura est ex nihilo: sed filij in scripturis dicitur creatura, dicitur enim Ecclesiastici. 24. ex ore sapiētiae genitæ, ego ex ore altissimi prodij primogenita, ante omnem creaturam: & postea ex ore eiusdem sapientiae dicitur. Ab initio & ante secula creata sum. Ergo filius non est genitus, ex aliquo, sed ex nihilo. Et similiter potest obijci de spiritu sancto: propter hoc quod dicitur Zacha. 12. Dixit dominus extendens caelum, & fundans terram, & creans spiritum hominis in eo. Et Amos. 4. secundum aliam litteram. Ego formans montes, & creans spiritum.

¶ Sed contra est, quod Augustin. dicit, in libr. de si. ad Pe. Pater deus solus de sua natura sine initio genuit filium sibi æqualem.

¶ Respondeo dicendum, quod filius nō est genitus de nihilo, sed de substantia patris. Ostensum est enim supra

supra, q̄ paternitas, & filiatio, & na-
tiuitas verè & propriè est in diui-
nis. Hoc autem interest, inter gene-
rationem veram, per quam aliquis
procedit vt filius, & factioem per
quam faciens facit aliquid de exte-
riori materia: sicut scannum facit
artifex de ligno, homo autem gene-
rat filium de seipso. Sicut autem ar-
tifex creatus facit aliquid ex mate-
ria, ita Deus facit ex nihilo (vt infra
ostendetur) non q̄ nihilum cedat
in substantiam rei, sed quia ab ipso
tota substantia rei producitur, nul-
lo alio p̄supposito. Si ergo filius
procederet à patre, vt de nihilo exi-
stens, hoc modo se haberet ad pa-
trem, vt artificiatum ad artificem:
quod manifestum est nomen filia-
tionis propriè habere non posse,
sed solum secundum aliquã simili-
tudinẽ. Vnde relinquitur, q̄ si filius
Dei procederet à patre, quasi exi-
stens ex nihilo, nõ esset verè & pro-
priè filius. Cuius contrarium dici-
tur primè Ioan. vltim. Vt simus: in
vero filio eius Iesu Christo. Filius
igitur Dei verus, nõ est ex nihilo:
nec factus, sed tantum genitus. Si
qui autem ex nihilo à Deo facti fi-
lij Dei dicantur, hoc erit metapho-
ricè, secundum aliqualem assimi-
lationem ad eũ qui verè filius est.
Vnde in quantum solus est verus
& naturalis Dei filius, dicitur vni-
genitus: secundum illud Ioan. pri-
mo. Vnigenitus qui est in sinu pa-

tris ipse enarrauit: In quantum ve-
rò per assimilationẽ ad ipsum, alij
dicuntur filij adoptiui quasi meta-
phoricè, dicitur esse primogenitus
secundum illud Rom. 8. Quos p̄-
sciuit, & p̄destinavit fieri con-
formes imaginis filij eius, vt sit ipse
primogenitus in multis fratribus.
Relinquitur ergo, quòd Dei filius
sit genitus de substantia patris, ali-
ter tamen quã filius hominis. Pars
enim substantiæ hominis generan-
tis transit in substantiam geniti.
Sed diuina natura impartibilis
est. Vnde necesse est, q̄ pater gene-
rando filium, non partem nature
in ipsum transfuderit, sed totam
naturam ei cõmunicauerit, reman-
ente distinctione solum secundũ
originẽ, vt ex dictis patet.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̄
cum filius dicitur natus de patre,
hæc p̄positio (de) significat prin-
cipium generans consubstantialẽ,
non autem principium materiale.
Quod enim p̄ducitur de mate-
ria, fit per transmutationem illius
de quo producitur in aliquam for-
mam. Diuina autẽ essentia, nõ est
transmutabilis, neq; alterius forme
susceptiua.

¶ Ad secundum dicendum, quòd
cum dicitur filius genitus de essen-
tia patris, secundum expositionẽ
Magistri. s. di. primi sententiarum
designat habitudinem principij
quasi actiui. Vbi sic exponit. Filius
est

est genitus de essentia patris, id est
de patre essentia. Propter hoc qd̄
Augustin. 15. libro de trinita. dicit.
Tale est quod dico de patre es-
sentia, ac si expressius dicerem de
patris essentia. Sed hoc non videretur
sufficere ad sensum huius locu-
tionis. Possumus enim dicere,
quòd creatura est ex Deo essen-
tia, non tamen quòd sit ex essen-
tia Dei. Vnde aliter dici potest,
quòd hæc p̄positio de, semper
denotat consubstantialitatem. Vn-
de non dicimus, quòd domus sit
de edificatore, cum non sit causa
consubstantialis. Possumus au-
tem dicere, quòd aliquid sit de ali-
quo, quocunq; modo illud signifi-
cetur, vt principium consubstan-
tiale: siue illud sit principium acti-
uum, sicut filius dicitur esse de
patre: siue sit principium materia-
le, sicut cultellus dicitur esse de fer-
ro: siue sit principium formale, in
his duntaxat in quibus ipse for-
mæ sunt subsistentes, & non ad-
uenientes alteri. Possumus enim
dicere, quòd Angelus aliquis est
de natura intellectuali. Et per hũc
modum dicimus, quòd filius est
genitus de essentia patris, in quan-
tum essentia patris filio per gene-
rationem communicata in eo sub-
sistit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd cũ
dicitur filius est genitus de essentia
patris, additur aliquid respectu cu-

ius potest saluari distinctio. Sed
cum dicitur, q̄ tres personæ sunt de
essentia diuina, nõ ponitur aliquid
respectu cuius possit importari di-
stinctio per p̄positionem signifi-
cata. Et ideo non est simile.

¶ Ad quartum dicendum, quòd
cum dicitur sapiẽtia est creata, p̄t
intelligi nõ de sapiẽtia, quæ est fili-
Dei, sed de sapientia creata, quam
Deus indidit creaturis. Dicitur e-
nim eccle. primo. Ipse creauit eam
scilicet sapientiam spiritu sancto,
& effudit illam super omnia ope-
ra sua: nequẽ est inconueniens, q̄
in vno contextu locutionis loqua-
tur scriptura de sapientia genita &
creata: quia sapientia creata est
participatio quædam sapientiæ in-
creatæ: vel potest referri ad natu-
ram creatam assumptam à filio, vt
sit sensus: ab initio & ante secula
creata sum, id est p̄uisa sum
creaturæ vniri: vel per hoc, quòd
sapientia creata & genita nuncu-
patur, modus diuine generationis
nobis insinuat. In generatione
enim quòd generatur accipit natu-
ram generantis, quòd perfectionis
est. In creatione verò creans non
mutatur: sed creatum non recipit
naturam creatantis: dicitur ergo fi-
lius simul creatus & genitus: vt ex
creatione accipiatur immutabi-
litas patris, & ex generatione vni-
tas naturæ in patre & filio. & sic ex-
ponitur intellectus huius scriptu-
ræ

re ab Hilar. in libro de Synod. Auctoritates aut inducte non loquuntur de spiritu sancto, sed de spiritu creato: qui quandoque dicitur ventus, quandoque aer, quandoque status hominis, quandoque etiam anima, vel quaecunque substantia inuisibilis.

Commentarium.



Hoc est, an generatio filij sit de substantia patris: & spiratio spiritus sancti de substantia patris & filij. Istud sane commentarium in duas diuidimus partes: in prima namque sanctus Thom. constituit vnam assertionem, ex qua palam colligitur responsio ad titulum quaestionem: & assertio illa pluribus communitur rationibus: & deinde obijciuntur argumenta aduersus eam ad maiorem eius enodationem & soluntur: in secunda disputamus dubiu quoddam huic articulo germanum.

Prima commentarij pars.



Respondet itaq; sanctus Thom. affirmative, haec videlicet assertio. Filius est de aliquo: hoc est de substantia patris, & de eadem generatur: Erenim idem est filium esse de aliquo, & eius generationem esse de eodem. Et secundum sanctum Thom. hic, ad secundum filius dicitur de substantia & essentia patris quia substantia & essentia patris est in filio, & ei communicatur per generationem. Dicitur (inquit) filius est genitus de essentia patris, in qua essentia patris filio per generationem comunicata in eo subsistit. Prae-

ta assertio in primis probatur Aug. testimo- nijs, qui plures sua doctrine locis ea affirmat: de fide nanq; ad Petru diaconu cap. 2. inquit. Pater ergo Deus de nullo genitus Deo, semel de sua natura sine initio genuit filiu, Deu sibi: qualis. Et. 1. de tri. ca. 19. in fine ait. Vt sepe iam dixim, & sepe iterare non piget. Ac per hoc filij charitatis eius nullus est alius, quam qui de substantia eius est genitus. Et rursus libr. 3. contra Maximinum capit. 14. Nullo enim modo verum Dei filium cogitatis, si eum natum esse de substantia patris negatis. Probat in super diuus Th. eam assertionem ratione, cuius summa haec est. Ratione profecto est. Vt aliquis sit verus filius alterius, necessum est quod de substantia eius generetur, nec satis est quod ab eo sit: Ad nempe non erat verus filius Dei, esse suo rit ab ipso creatus, quia non erat de substantia Dei: & opus artificium idem, ut scaminum, non est artificis filius: etiam si esse substantia vniuersi: quia non est de artificis substantia: At Iesus est verus filius Dei. 1. Ioan. vltimo. Vt simus in vero filio eius Iesu Christo. Ergo Iesus Christus redemptor noster genitus est de substantia patris. Quae quidem ratio de sumptis diuus Thom. ab Augu. libr. 3. contra Maximinum vbi supra capit. 14. Cuius verba eo loco sunt. Item enim dico hoc quod vobis saepe dicendum. Aut de aliqua substantia natus est dei filius, aut de nulla. Si de nulla, de nihilo: quod vos non dicere iam tenemus: si de aliqua, nec tamen de patris, non verus est filius: si de patris, vnus eiusdemq; substantia sunt pater & filius. Haec Augusti. Probatur secundum eadem assertio. Filius generatur a patre, per quam quidem generationem pater aeternus, comunicat illi suam substantiam: iuxta illud Ioan. 10. Pater meus quod dedit mihi manus omnibus est: Ergo filius est de substantia patris. Proculdubio consequentia liquet, quia eo filius in humana dicitur generari de natura & substantia patris, quia per generationem comunicat illi suam substantiam & naturam. Tertio. Filius generatur de aliquo aut de nullo: non secundum, quia si de nullo generaretur esset creatura: ergo de aliquo. At non generatur de natura & substantia aliena a patris natura & substantia, quia tunc non esset Deus: ergo generatur de substantia patris. Insuper quando vnus est ex aliquo, & hoc est illi consubstantiale,

stantiale: illud est de substantia huius: at filius est ex patre, & pater est consubstantialis filio (habet enim eandem substantiam cum filio) ergo filius est de substantia patris. Ceterum constituit diuus Thom. ad maiorem assertionis declarationem, discrimen inter generationem diuinam & humanam: videlicet quod in generatione humana pater non comunicat filio totam suam substantiam, sed partem eius: verum in generatione diuina, quoniam natura diuina diuidi non potest; pater totam suam substantiam comunicat filio. Aduersus tamen affirmationem hanc obijciat aliquis: Secundum doctrinam sancti Th. & Arist. semen viri tantum concurrat efficienter ad generationem filij, ita ut filius fiat ex semine matris sicut ex materia, ipso viri semine disponente eam: ut habetur metaphys. lib. 8. tex. 12. & praesertim lib. 1. de generatione animalium cap. 20. quo loco inter alia plurima quae huic proposito deseruiunt inquit. At foemina quidem, qua foemina patiens est, mas qua mas agens, & vnde mouendi principium est: ergo nulla pars patris est pars filij: ac subinde filius non est de substantia patris. Respondetur nimirum, quod vir in generatione administrat formam, foemina vero materiam: & filius dicitur genitus de substantia patris, quia semen generatum per suam propriam naturam & substantiam a quo calore naturalem; requiritur ad generationem filij. Vel asserimus, quod filius dicitur generari de substantia tum patris tum etiam matris, quoniam per generationem recipit eorum naturam & substantiam: saltem secundum speciem. Et obseruandum, quod idem prorsus rationibus, paucis mutatis, probari potest spiritum sanctum produci de substantia patris & filij. At proinde ad quaestionem tituli responderi oportet affirmative: videlicet quod actus notionales, ut pote generatio & spiratio, sunt de aliquo. Atqui aduersus conclusionem ut ea notior fiat, insurgimus. Principio, pater non est de aliquo, quia non habet principium de quo sit, sed est principium sine principio: ergo filius non est de aliquo, par enim videtur ratio de utroque, ac subinde filius non est de substantia patris. Negamus quippe consequentiam concessio antecedenti: quia pater a nullo est, & filius est a patre per generationem, qua recipit ipsius

substantiam: & ex consequenti est de patris substantia. Verum obijciat aliquis contra antecedentis conclusionem. Pater non est de aliquo, ergo est de nihilo: ac subinde creatur: quod nempe pugnat. Negat item consequentiam sanctus Thomas in 1. distinctione. 7. quaestione. 2. articulo. 1. ad primum vbi ait. Pater non est de aliquo, & tamen non est ex nihilo. Insuper filius est de substantia patris, at substantia patris est essentia: ergo filius est de essentia, igitur est ex essentia. Quia omne quod est de aliquo, est ex aliquo, & non vice versa: ut docet sanctus Thom. vbi supra primo sententiarum, distinctione. 7. quaestione. 2. articulo primo: etenim domus est ex artifice, & non de artifice. Tunc vltra, filius est ex essentia, ergo pater & spiritus sanctus est ex essentia: & ex consequenti omnes tres personae sunt ex essentia, & ex eadem essentia. Quod aperte negat Augustinus. 7. de trinitate, capit. 6. Tres inquit personas eiusdem essentiae, vel tres personas vnam essentiam dicimus: tres autem personas ex eadem essentia non dicimus: quasi aliud ibi sit quod essentia est, aliud quod persona. Sicut tres statuas ex eodem auro possumus dicere, aliud enim illic est esse aurum, aliud esse statuas. Haec Augustin. Diuus Thomas respondet hoc articulo ad tertium dicendo quod cum dicitur, filius est genitus de essentia patris, additur aliquid, respectu cuius potest saluari distinctio: sed cum dicitur quod tres personae sunt de essentia diuina, non ponitur aliquid respectu cuius possit importari distinctio per praepositionem significata, & ideo non est simile. Haec sanctus Thomas. Idem nimirum vult sanctus Thomas quod istae praepositiones, ex, & de, praeseferunt ordinem principij, & distinctionem inter ipsum principium, & rem ab illo procedentem: quoniam nihil dicitur esse ex aliquo vel de aliquo, nisi ea re ipsa distinguantur. Quamobrem haec praepositio conceditur: Filius est de substantia patris, quoniam in ea ponuntur duae personae realiter distinctae: verum haec negatur, filius est de essentia vel ex essentia, quia in ea non ponuntur res quae natura ipsa vel realiter distinguantur: siquidem filius & essentia nulla prorsus distinctione ex natura rei distinguuntur. Simili modo

dicendum est has esse falsas, pater est de essentia aut ex essentia. Spiritus sanctus est de essentia aut ex essentia. Et eadem planè ratione hæc est falsa, tres personæ sunt de essentia aut ex essentia: vt docet

Oppositio

Augustinus loco proxime allegato. ¶ At opponet aliquis, quòd iuxta hæc doctrinam hæc loquutio sit vera, pater est de substantia filij, & pater & filius de substantia spiritus sancti: quia in qualibet istarum loquutionum extrema distinguuntur realiter, & vnum est principium alterius, & omnino habent eandem numero essentiam & substantiam: quod videtur sufficere iuxta præfatam doctrinam, vt vnum dicatur de altero esse. ¶ Negamus quidem eas loquutiones veras esse: nam illud de quo vel ex quo alterum est, est principium alterius. Quocirca filius est de substantia patris, non viceversa: & spiritus sanctus est de substantia patris & filij, non e contrario: cum pater sit principium filij, & pater & filius principium spiritus sancti: non conuertio. ¶ In eam tamen respon-

Responsio

sionem qua affirmamus hæc esse falsam filius est de essentia, argumentamur: præmissis ex sancto Thom. quæstione. 3. articulo. 3. quòd suppositum naturæ angelicæ & ipsa natura angelica non distinguuntur realiter: vt Michael & natura Michaelis: sicut distinguuntur natura & suppositum in rebus corporeis. Nunc argumentamur, Angelus est de natura intellectuali (vt concedit sanctus Thomas hic ad secundum) ergo filius æternus est de essentia & natura diuina. Et probamus consequentiam ex suppositione, quia sicut filius Dei & essentia diuina non distinguuntur realiter, ita neque angelus & natura angelica. Hæc profectò obiectio inquit difficultatem hæc, quoniam pacto quæue distinctio distinguantur angelus & sua natura: quòd nos late disputauimus loco allegato quæstione. 3. & vltima quæstione. primi libri opusculi quod eisdem locis licebit legere.

Obiectio

Suppositio

¶ Nunc verò summam dicimus, maximum quidem discrimen esse inter indiuiduum & suppositum: nam de ratione indiuidui non est esse per se, quandoquidem benedictissima humanitas Christi est indiuiduum, & non per se existit: sed de ratione suppositi est per se existit. Ad rem itaque redeuntes asserimus,

Responsio

quòd licet indiuiduum naturæ angelicæ & ipsa natura angelica non distinguantur realiter (vt locis allegatis exposuimus est): sed suppositum naturæ angelicæ & ipsa natura angelica, vt Michael & sua natura, realiter distinguuntur. Nam de ratione Michaelis vt suppositum est, est esse: & de ratione suæ naturæ non est esse. ¶ Quocirca Michael metaphysicè componitur ex esse & essentia, quæ realiter distinguuntur: esto non distinguuntur, sicut res & res. Quæ ratione hæc conceditur, Michael est de natura intellectuali: quoniam extrema realiter distinguuntur: hæc tamen falsa est, filius Dei est de essentia diuina: quia extrema nulla ratione ex natura rei distinguuntur. Ex quibus satis liquet responsio ad obiectioem. ¶ Tertio, filius ab æterno habuit esse dependens à patre: ergo ab æterno fuit ex nihilo: & ex consequenti non est ex aliquo: neque ex substantia patris. Consequentiam autem probamus, nam si ab æterno fuisset cælum, profectò fuisset ex nihilo: quia ab æterno habuit esse dependens: ¶ Nimirum difficultatem huius argumenti tractat sanctus Thomas vbi supra in. 1. distinctione. 5. quæstione. 2. articulo. 2. quo loco, ait aliquid dici ex nihilo, vel quia habet esse post non esse, nullo præsupposito subiecto: vel quia habet esse dependens, etiam si fuisset ab æterno. Et ad argumentum responderi ibi ad secundum negando antecedens: quia quauis filius per generationem habet esse à patre, habet tamen idem prorsus esse patris. Filius (inquit) quauis totum esse suum habeat ab alio, nihilominus tamen esse suum non est dependens: quia accipit à patre idem numero esse quod ipse habet, & ideo non est dependens esse suum. Hæc sanctus Thomas. ¶ At verò cum decreuerimus filium esse de substantia patris, dubitamus an sit de substantia patris tanquam ex principio agente, aut actiuo: vel tanquam ex materia, aut velut ex forma. Et ratio que cogit nos dubitare est, quoniam hæc præpositio de omnia ista principia importat: vt inferius magis explicabimus. ¶ Vt istam quæstionem intelligamus, planè præmittenda sunt aliqua: principio, esse quidem maximum discrimen inter has duas præ-

positiones de & ex, vt docet sanctus Thomas vbi supra articulo primo. & hic ad secundum: de, nanque tantum dicit ordinem principij consubstantialis, quale quale illud sit: siue illud sit actiuum, vt cum dicimus filius est de patre: siue patiendi seu materia: vt dum conceditur cællus est de ferro: aut formale, vt cū dicitur, angelus est de natura intellectuali. Sed tamen præpositio ex, importat ordinem cuiuscunque principij in genere. ¶ Quocirca, vt docet sanctus Thom. in. 1. loco allegato articulo primo, qui equid est de aliquo, est ex eodem: sed non conuertio. Quando domus est (vt diximus) ex artifice, sed non de artifice.

Corollarium

Corollarium

Arguunt

Responsio

Dubium

Anno

¶ Annotare in super oportet ex communi consensu omnium, quòd materia habet aliquas proprietates, quæ claudunt in se imperfectionem: vt esse puram potentiam, fieri in actu per aliquam formam sibi aduententem, & recipere formam, atque alia plura id genus quæ sunt peculiare proprietates materię. Reliquas verò proprietates habet, quæ nullam inuoluunt imperfectionem: vt potest manere eandem in tota generatione, & sub vtroque termino generationis, atque esse intrinsecam genito, & de quo genitum generatur: præexistere rei generandæ, & inexistere genitæ: recens non recipere esse: esse perpetuam: non posse generari neque consumi. Et tamen proprietates materię (vt infra explanabimus) non sunt peculiare materię, sed communes ipsi & alijs rebus perfectioribus. ¶ Ex mēte ideo omnium nomine dempto, filius non est de substantia patris tanquam ex materia, vt materia habet proprietates quæ important imperfectionem: & oppositum asserere esset quidem hæreticum, & rationi absolum. Verum in dubium vocatur inter doctores (vt inferius patebit) an filius sit de substantia patris, velut ex materia: quatenus ipsa habet proprietates quæ nullam dicunt imperfectionem. ¶ His igitur præmissis, circa quæstionem propositam versantur opinionones, quarum prior videtur esse Magistri sententia in. 1. distinct. 5. qui, vt apparet ex loco, asserit filium esse de substantia patris, velut ex principio actiuo: verba eius sunt, Filius de substantia patris natus est: id est, à patre est. hæc ille. ¶ Sanctus Thom. contra Magistram sententiam hæc ad secundum & aduersus Magistram argumentamur, quia cum Augustinus loco allegato contra

Corollarium

2. Annotatio

Omnium consensu

Opinio qua scribitur Magistro sententia

Confutatur à sctō Th. Argumentum

Maximum dicit filium esse de substantia patris, contendit probare quòd filius sit Homusio patri, id est eisdem substantiæ cum patre: at ex huiusmodi loquutione, filius est de substantia patris, id est à patre, non habetur quòd sit Homusio patri, id est eisdem substantiæ cum illo: creatura nanque est à parte æternò, & non est eisdem substantiæ cum illo: perperam ergo exponit Augusti. Magister. Et non solum diuus Thom. sed alij recentiores, vt Gregorius in. 1. distinct. 5. quæstione. 2. refellunt Magistram sententiam. Sed forsitan non iure eum reprobant: etenim verba Magistri eo loco sic habent. Filius de substantia patris natus est: id est à patre est, cum quo eisdem substantiæ est: & eadem substantiæ.

Defensio sententia Magistri

Quibus verbis (ni fallimur) innuit filium Dei esse ex patre, vt ex principio actiuo consubstantiali filio: & hoc idem asseruerat sanctus Thom. ad primum dum ait. Cū filius dicitur natus de patre, hæc præpositio (de) significat principium generans consubstantiale. Ex quibus satis patet argumentum quod sit contra Magistram in firmum esse. ¶ Alia verò est opinio Henrici in summa articulo. 5. 4. quæstione. 3. & quod lib. 5. quæstione. 9. & Durandi in. 1. distinct. 5. qui defendunt quòd filius est ex substantia patris velut ex materia, vt materia habet aliquas proprietates quæ secum non ferunt imperfectionem aliquam. Et hæc Caletanus in articulo præsentis innuit esse probabilem: & hæc nimirum fuit opinio sancti Thom. in. 1. distinct. 5. quæstione. 2. articulo. 1. Cuius verba sunt. Filius dicitur de patre, & de essentia patris, tamen de patre, sicut de generante: & de essentia, sicut de principio generationis communicato. Vnde etiam accedit ad similitudinem secundum materiam: si à materia remoueat totum quòd est imperfectionis, & remaneat hæc sola de conditionibus materię, quòd est manens in re, & per eam res subsistit. hæc ille. ¶ Sed tamen in articulo præsentis hanc confutat diuus Thom. sententiam in responsione ad primum, & ceterum ibidem & ad secundum quòd filius est de substantia patris, tanquam de principio generante consubstantiali, & velut ex principio formali: sicut angelus dicitur de natura intellectuali, vt ex formali principio. Et quòd filius non sit de substantia patris, tanquam de materiali principio, videtur

Opinio Petri vici et Durandi

Sententia diui Thome

Augustinus docere Augustinus libr. 3. ad Maximinum capite 13. Non (inquit) de aliqua materia, vel de nihilo: est filius, sed de quo est genitus. Itemque spiritus sanctus non de aliqua materia, vel de nihilo, sed inde est, vnde procedit. haec August. ¶ Caterum in hanc sententiam diui Tho. insurgimus argumentis Durandi, atque aliorum doctorum. Principio, id de quo aliud est, est materiae conditio: at filius est de substantia patris, ergo est de substantia eius tanquam de materia.

Responsio ¶ Respondemus negando maiorem propositionem: sed esse id de quo aliud est, est conditio communis materiae & formae: nam tam forma quam materia est intrinsecum quoddam de quo aliquid est. ¶ Porro obicit Durandus. Praexistere rei producendae, & inexistere rei productae, est materiae conditio: at secundum modum nostrum intelligendi diuina essentia praexistit filio producendo, & inexistit iam producto: ergo diuina essentia se habet sicut materia ad filium eternum: ac proinde filius est ex substantia patris, sicut ex materia. ¶ Respondemus primo negando maiorem, sed illa est conditio communis materiae & formae: nam prius (saltem natura) anima rationalis creatur a Deo, quam inducatur in materiam Sortis: & ex consequenti praexistit Sorti generando, & inexistit ei iam genito.

Secunda. ¶ Secundo negamus consequentiam, quando quidem praexistere secundum rem ipsi generando, & non solum secundum rationem, est conditio materiae. ¶ Tertio possumus etiam negare minorem, quia nos non prius intelligimus filium Dei generandum, quam genitum, imò potius ipsum intelligimus ab aeterno genitum. ¶ Secundo, quando vnum constituitur ex duobus, alterum se habet vt materia; & alterum vt forma: sed filius constituitur ex essentia & relatione, ergo alterum se habet vt materia, & alterum vt forma: at essentia se habet vt materia, & filiatione vt actus (siquidem essentia videtur subsistere filiationi, & non est contrario). ergo filius est de substantia & essentia patris velut ex materia. ¶ Negamus planè maiorem, cum illa constitutio est secundum rationem, & daturat secundum operationem intellectus: qualis est constitutio qua filius constituitur ex essentia & relatione, quae re ipsa sunt omnino idem: vt satis abunde explicuimus quaestione praecedenti articulo. 4.

Tertio, illud se habet vt materia, quod recipit formam: at diuina essentia recipit in se formam filij, hoc est filiationem, ex qua vt ex forma constituitur filius: ergo essentia diuina se habet vt materia. ¶ Negamus quippe minorem, cum diuina essentia sit purus actus, & purus actus nihil possit recipere: esto secundum nostrum modum intelligendi praexistat relationi. ¶ Praeterea argumentatur Henricus. Si ignis generaret ignem de sua substantia aut parte substantiae, illud ex quo generaret esset materia ignis geniti: Sed pater generat filium de sua substantia, ergo substantia patris est materia filij. ¶ Respondemus, quòd si ignis generaret alium ignem de parte suae substantiae suae de tota substantia, dumodo nulla alia entitas esset in igne generato, quam substantia quae ei communicatur ab igne generante, ea non esset materia ignis geniti: sed ipse ignis genitus. Modò, in filio aeterno, non est alia entitas re ipsa distincta à substantia, quam et pater per generationem communicat: quamobrem ipsa non est materia filij, sed ipse filius.

¶ Tandem vltimò potest fieri argumentum: esse sub vtroque termino generationis, est materiae conditio, atque idem manere in tota generatione: at diuina essentia manet sub vtroque termino diuinae generationis (quia est in patre, qui quidem est principium quod generationis: & in filio, qui est terminus ad quod) ergo habet se vt materia in generatione filij: ac subinde filius est ex substantia patris, vt ex materia. ¶ Respondemus, quòd manere sub vtroque termino generationis, velut potentia, est conditio propria materiae: verum manere sub vtroque termino generationis; sicut forma & actus (vt manet diuina essentia) non est materiae conditio, sed actus: & insuper, idem manere in eadem generatione, vt potentia, est peculiaris conditio materiae: sed non vt actus.

¶ Rursum etiam obseruandum est, quòd esse perpetuum, non posse generari neque corrumpi; recens non recipere esse, non sunt propriae conditiones materiae: sed communes ipsi, & aliis rebus perfectis: vt sunt caeli. ¶ Et denique diuina essentia non habet aliquam proprietatem, quae sit propria & peculiaris materiae: & ob id esto filius sit ex substantia patris, nullo modo est ex illa, vt ex materia. ¶ Quae tractat Sanctus.

ctus Thom. ad quartum abunde explicuimus quaestione. 27. articulo. 1. disputatione. 1. 3. eius parte.

Articulus quartus.

Verum in diuinis, sit potentia respectu actuum notionalium.



D quartum sic proceditur. Videtur quòd in diuinis non sit potentia respectu actuum notionalium. Omnis enim potentia est vel actiua vel passiuua, sed neutra hinc competere potest, potentia enim passiuua in Deo non est, vt supra ostensum est, potentia verò actiua non competit vni personae respectu alterius, cum personae diuinae non sint factae, vt ostensum est: ergo in diuinis non est potentia ad actus notionales.

¶ Praeterea. Potentia dicitur ad possibile, sed diuinae personae non sunt de numero possibilium, sed de numero necessariorum, ergo respectu actuum notionalium, quibus diuinae personae procedunt, non debet poni potentia in diuinis.

¶ Praeterea. Filius procedit vt verbum, quod est conceptio intellectus: spiritus autem sanctus procedit vt amor, qui pertinet ad voluntatem: sed potentia in Deo dicitur per comparisonem ad effectus.

ctus, non autem per comparisonem ad intelligere & velle, vt supra habitum est: ergo in diuinis non debet dici potentia, per comparisonem ad actus notionales.

¶ Sed contra est quod dicit Augustinus contra Maximi. haeticum. Si Deus pater non potuit generare filium sibi equalem, vbi est omnipotentia Dei patris: est ergo in diuinis potentia respectu actuum notionalium.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut ponuntur actus notionales in diuinis, ita necesse est ibi ponere potentiam respectu huiusmodi actuum, cum potentia nihil aliud significet, quam principium alicuius actus: vnde cum patrem intelligamus vt principium generationis, & patrem & filium, vt principium spirationis, necesse est quòd patri attribuamus potentiam generandi: & patri & filio potentiam spirandi: quia potentia generandi significat id quo generans generat.

Omne autem generans generat aliquo, vnde in omni generante oportet ponere potentiam generandi: & in spirante, potentiam spirandi.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut secundum actus notionales non procedit aliqua persona vt facta, ita neque potentia

tia ad actus notionales, dicitur in diuinis per respectū ad aliquā personam factam, sed solū per respectum ad procedentem personam. ¶ Ad secundum dicendum, quod possibile secundum quod necessario opponitur, sequitur potentiam passiuam, quæ non est indiuisis: unde neque in diuinis est aliquid possibile per modum istum sed solum secundum quod possibile continetur sub necessario: sic autem dici potest, quod sicut Deū esse est possibile, sic filium generari est possibile.

¶ Ad tertium dicendum, quod potentia significat principium, principium autem distinctionem importat. ab eo cuius est principium: consideratur autem duplex distinctio in his quæ dicuntur de Deo: vna secundum rem: alia secundū rationē tantū: secundū rē quidē Deus distinguitur per essentiam à rebus, quarum est per creationem principium: sicut vna persona distinguitur ab alia, cuius est principium secundum actum notionalem: sed actio ab agente non distinguitur in Deo nisi secundum rationem tantum, alioquin actio esset accidens in Deo: & ideo respectu illarum actionum, secundum quas aliquæ res procedunt distincte à Deo, vel essentialiter, vel personaliter, potest Deo attribui potentia secundum propriam ra-

tionem principij: & ideo sicut potentiam ponimus creandi in Deo, ita possumus ponere potentiam generandi vel spirandi: sed intelligere & velle non sunt tales actus, qui designent processionem alicuius rei à Deo distincte, vel essentialiter vel personaliter: unde respectu horum actuum non potest saluari ratio potentie in Deo, nisi secundum modum intelligendi & significandi tantum prout diuersimode significatur in Deo intellectus & intelligere, cū tamen ipsum intelligere Dei sit eius essentia non habens principium.

Commentarium.



HOC est, an in diuinis sit potentia generandi & spirandi, qui sunt actus notionales. In hoc planè articulo disputat sanctus Thom. an in diuinis sit potentia generandi & spirandi, & in sequenti tractat quæ sit ista potentia, an videlicet sit quid absolutum, vel relatiuum. ¶ Et pro intelligentia eorum quæ dicenda erūt sciendum sanè est, quod esto nomen potentia multifariam assumatur (vt constat ex Aristotel. 5. metaphysicorum tex. 17. & nos de finiuimus quæstion. 25. articulo. 1.) tamen in proposito duntaxat sumitur pro principio quo alicuius rei vel operationis: vt caliditas est potentia caloris. ¶ At qui sanctus Thomas affirmatè respondet, in diuinis scilicet esse potentiam respectu actuum notionalium. Quam probat in argumento ad oppositum Augustini testimonio, & in corpore articuli virtute, hac ratione. ¶ In diuinis est potentia generandi & spirandi, isti sunt actus notionales, ergo in diuinis est potentia

Explicatio
supra

Aristot.

Affertio
Id, Tho.

Probat
ratione.

poten

potentia respectu actuum notionalium. Maiorem verò probat ad hunc modum. Omne generans, aliquo generat: pater ater nus generat, ergo aliquo generat: sed id quo generat est potentia generandi (quia potentia generandi nihil aliud est quam id quo generans generat) ergo in diuinis est potentia generandi, quæ tribuitur patri. Et eadem methodo probabitur quod sit potentia spirandi, quæ tribuitur patri & filio. Neque enim amplius liber immorari in litera explicatione, quia satis per se lucida est. ¶ Porro percontamur an diui Thom. assertio vera sit, dum affirmat esse potentiam respectu actuum notionalium, scilicet potentiam generandi & spirandi. ¶ Sūt nempe qui tuerentur oppositam diui Thom. sententiam, videlicet, quod etsi in Deo sit potentia & omnipotentia respectu creaturarum, non tamen respectu actuum notionalium: de quorum numero est Aureolus in. 1. distinctione. 7. quæstione. 1. & eandem tueretur Gregorius in eodem. 1. & eandem distinctione & quæstione articulo. 2. vbi dicit, quod nullum est principium quo filij: & ex consequenti neque potentia generandi filium, intelligimus principium quo filij. Et eorum quippe sententiam existimamus falsam: tum propter Augustini auctoritatem, tum etiam propter rationem sancti Thom. quæ nimis conuincit. ¶ At verò plura suppetunt argumenta in fauorem huius opinionis, quorum grauiora fortasse sunt ea quæ sanctus Thomas contra se obijcit hoc eodem articulo. ¶ Argumentatur igitur primo hoc pacto. In Deo neque est potentia agendi neque patiendi, ergo nulla est potentia. De potentia patiendi nulla est ambiguitas, cum Deus sit purus actus: de potentia verò actiua seu potius agendi, sic suademus. Potentia agendi est principium rei quæ sit, ergo importat ordinem ad rem factam: at in diuinis nulla est persona facta, ergo in Deo nulla est potentia respectu diuinæ personæ: & ex consequenti non est potentia in Deo generandi filium, neque spirandi spiritum sanctum.

Questio.

Sententia
Aureoli
& Grego-
rij.

¶ Argum.

Responso.

¶ Hoc est primum argumentum sancti Thom. cui summatim respondemus iuxta eius mentem, negando quod potentia agendi sic definitur: principium rei quæ sit: sed potius isto modo, principium rei procedentis. Quocirca nomen potentie importat in ge-

nerè respectum & ordinem ad rem procedentem, & non solum ad rem factam. Cū ergo diuina persona verè procedat ex illo Ioan. 7. ego ex Deo procedi. Verè procedebat est potentia respectu diuinæ personæ, nec non respectu actus notionalis eius. ¶ Vel secundo respondemus vt respondet sanctus Thomas in. 1. sententiar. distinctio ne. 7. quæstione. 1. articulo. 1. ad. 3. quod potentia diuina nullomodo passiuæ est, neque etiam verè actiua, sed superactiua (vt mirum verbis eius) & de potentia quæstione. 2. articulo. 1. inquit, quod potentia generandi neque est actiua neque passiuæ: licet per modum potentie actiue significetur. ¶ Insuper per potentia dicitur respectu possibilium: sed diuina persona non est de numero possibilium sed necessariorum: igitur respectu diuinæ personæ nulla est potentia. ¶ Hoc est secundum diui Thom. argumentum, ad quod respondet, possibile bifariam sumi: vno modo pro contingenti, & vt opponitur necessario: & in hoc significato sumendo possibile, negamus maiorem. Alio modo pro eo quod potest esse, & vt est superius ad contingens & necessarium: & hoc pacto vtendo nomine possibile, negamus minorem: quinimo Deus est de numero possibilium. Qua ratione concedimus, Deum esse est possibile: & Deum generari est possibile. ¶ Nimirum in hac responsione occurrunt parua quædam dubitata circa verba sancti Thom. nam dicit sanctus Thom. quod possibile hoc secundo modo sumptum, continetur sub necessario. Aduersus quod opponet aliquis. Possibile hoc secundo modo sumptum est superius ad necessarium: ergo necessarium continetur sub possibili, & non vice versa. ¶ Respondemus, quod esto significatio nominis superioris contineat sub se significationē inferioris, vt significatio huius nominis animal, significationē huius alterius nominis homo, quia plura significata complectitur: verū ipsum inferius re ipsa continet superius, & aliquid ultra: vt homo continet animal, & addit rationale: atque adeo necessarium continet possibile, vt dicit S. Th. ¶ Præterea, non est potentia respectu actuum essentialium in diuinis, ergo neque respectu notionalium: quia vtrobique est consimilis ratio. Ac sumptū autē probamus, quoniā actus essentialis sunt intelligere & velle qui tribuuntur essentie & omnibus personis, & respectu eorum non est potentia: vt constat quæst. 25.

Respon.

Argum.

Responso

Dividitur
vno modo
pro contingenti,
& vt opponitur
necessario

Dubitatio

Responso

¶ Argum.

Annotatione d. Thom. articulo. 1. ad tertium. ¶ Hæc est summa tertij argumenti diui Thom. cui respondet supponendo duplicem esse potentiam: alteram secundum rem, alteram secundum rationem: & quod potentia secundum rem, importat realem distinctionem inter producens & productum, quia est principium agendi: & principium huiusmodi, distinctio nem importat. Potentia verò secundum rationem ea dicitur, quæ est suus actus secundum rem, & solum ratione differunt: quatenus vnum significatur nomine potentia, aliud nomine actus: quo pacto intellectus diuinus dicitur potentia secundum rationem actus intelligendi eius, & voluntas potentia secundum rationem actus volendi.

Responsio ¶ His ergo præmissis, summam respondet sanctus Tho. negando collectionem, neque esse simile de actibus essentialibus & notionalibus: quando (vt præmissum est) potentia secundum rem, dicit distinctionem realem inter producens, & productum: & secundum actus notionales producitur personæ realiter distinctæ à suis principiis, sed secundum actus essentialis, minimè. Vt secundum generationem producit filius realiter distinctus à patre producete, & secundum spirationem, spiritus sanctus à patre & filio: veruntamen per intelligere (vt intellectio est) & per diligere (vt dilectio est) nihil producit: nam per intelligere, seu actum intelligendi (vt est dicere seu dictio) producit verbum: vt docuimus questio. 27. arti. 5.

Animaduersione. ¶ Sed in suppositione præfatâ cui innititur sancti Thom. responsio, obicitur: vt dicemus articulo sequenti diuina essentia, vt in patre, est potentia secundum rem generandi filium: at inter diuinam essentiam & filium non est realis distinctio, ergo falsa est sancti Thom. annotatio. ¶ Negamus profectò consequentiam, quia nos non dicimus neque sanctus Thom. affirmat, quod potentia secundum rem dicat distinctionem realem inter ipsam & rem procedentem: sed inter rem procedentem & principium à quo procedit. Itaque vbicunque est potentia secundum rem, ibi sunt producens & productum realiter distincta: vt in Deo est potentia generandi secundum rem, & est distinctio realis inter filium genitum & patrem generantem: & est itidem potentia spirandi secundum rem, & distinctio rea-

lis inter spiritum sanctum & spirantem, & nimirum si pater & filius non realiter distinguerentur, non esset potentia secundum rem generandi: neque esset potentia secundum rem spirandi, si spiritus sanctus à patre & filio non realiter distingueretur. ¶ At verò vt litera ad. 3. quæ *4. Argu.* annotatione digna est magis manifesta sit, quarto argumentamur. Omnis potentia est principium alicuius actionis, sed in Deo nullum est diuinæ actionis principium: ergo in Deo nulla est potentia. Minorem namque probamus, quia omnis diuina actio est essentia diuina: & diuinæ essentia nequit aliquid esse principium. ¶ Item confirmatur, nullum esse principium diuinæ generationis, ergo nulla est potentia generandi. Consequentia verò ostenditur, quia potentia generandi est principium generationis. Assumptum autem ostendimus, quia generatio secundum rem est paternitas & pater: & patris nullum potest esse aliud quod principium, est enim principium sine principio. ¶ Huic argumento respondemus negando maiorem: quini modo vt sit potentia, satis est quod sit principium rei: neque opus est (vt argumento & eius confirmatione conuincitur) quod sit alicuius actionis principium, ita vt eam eliciat & producat. Vnde sanctus Thomas questio. 25. art. 1. ad. 3. docet esse quidem maximum discrimen inter potentiam quæ reperitur in creaturis, & potentiam quæ in Deo est. Potentia siquidem in creaturis non solum est principium rei, sed actionis: vt potentia calefaciendi non solum est principium quod efficit calorem: sed etiam efficit calefactionem ipsam. At verò potentia in Deo solum est principium vel creaturæ vel personæ productæ: cæterum non est actionis diuinæ principium, quæ ipsam actionem producat aut eliciat. Etenim potentia creandi in Deo est creaturæ principium, sed non creationis: quandoquidem creatio est ipsa diuina essentia, quæ non potest habere principium. Et potentia generandi est principium filij, sed non ipsius generationis: quæ (vt dicitur in confirmatione) est pater, & pater non habet principium. Verba *Verba sancti Thom.* eo loco sunt. Dicendum quod potentia in rebus creatis non solum est principium actionis, sed etiam effectus: sic igitur in Deo saluatur ratio potetie quatum ad hoc quod est principij effectus: non

non autem quantum ad hoc quod est principium actionis, quæ est diuina essentia. Hæc sanctus Thomas. Idem docet libr. 3. contra gentes capit. 20. in hæc verba. Quia nihil est principium sui ipsius, cum diuina actio non sit aliud quam potentia eius, manifestum est quod potentia non dicitur in Deo sicut principium actionis, sed sicut principium facti. Hæc etiam ille. Ex quibus aperte colligitur, quod in humanis generans producit genitum, & efficit atque elicit generationem: sed in diuinis tantum genitum, & non elicit generationem. Et per hæc patet responsio ad potissimum Aureoli argumentum, qui pro fundamento assumit contra sanctum Thom. quod omnis potentia est principium rei, & producit atque elicit operationem: quod proculdubio est veritatem habere in creaturis, sal-

5. Argu. tum profectò est in creatore. ¶ Rursum, eadem est potentia qua prima diuina persona potest generare filium, & potest esse pater: sed potentia generandi filium est principium filij, ergo potentia qua potest esse pater est principium huius, quod est primam personam esse patrem: ac subinde prima persona habet principium, quod est hæreticum. ¶ R. Respondetur negando maiorem: quin potius istæ duæ potentia: qua prima persona potest esse pater, & qua potest generare filium, non sunt eiusdem rationis. Nam potentia qua prima persona potest esse pater, nihil aliud est quam necessaria connectio inter extrema huius propositionis, prima persona est pater: sicut potentia qua homo potest esse animal rationale, nihil aliud est quam necessaria connectio inter extrema huius propositionis, homo est animal rationale. Et aliquando potentia est non repugnanti terminorum seu extremorum alicuius propositionis, vt potentia qua celum potest non moueri diuina virtute: sed potentia generandi filium est principium filij. ¶ Porro obij-

Responsio. ¶ R. Respondetur negando maiorem: quin potius istæ duæ potentia: qua prima persona potest esse pater, & qua potest generare filium, non sunt eiusdem rationis. Nam potentia qua prima persona potest esse pater, nihil aliud est quam necessaria connectio inter extrema huius propositionis, prima persona est pater: sicut potentia qua homo potest esse animal rationale, nihil aliud est quam necessaria connectio inter extrema huius propositionis, homo est animal rationale. Et aliquando potentia est non repugnanti terminorum seu extremorum alicuius propositionis, vt potentia qua celum potest non moueri diuina virtute: sed potentia generandi filium est principium filij. ¶ Porro obij-

Obiectio. ¶ Porro obij-

Responsio ¶ Respondetur negando assumptum: quia potentia qua homo potest generare in humanis est potentia producendi filium, sed potentia qua potest esse pa-

ter est potentia fundandi (vt dicunt) paternitatis, qua potest esse paternitas subiectum: atque vnum præsupponit aliud: præsupponitur enim quod homo generet vt sit pater, & cessante generatione filij & dū non generat est pater. ¶ Insuper, omnis potentia quæ est in patre est in filio: quia potentia est absolutum, & absoluta sunt communia in diuinis: sed in patre est potentia generandi, ergo in filio: & ex consequenti filius potest generare: Consequens est impossibile, ergo & antecedens: sed maior est catholica, igitur minor est impossibilis: atque adeo in Deo non est potentia generandi. Difficultas huius argumenti ad alterum locum spectat, videlicet ad articulum. 6. quæstionis sequentis, vbi latè de ea agemus. ¶ Nunc summam rem perstringimus negando consequentiam: quia mutatur quid in ad aliquid, id est absolutum in relatiuum: vt eo loco dicit sanctus Thom. & denique variatur appellatio. Sed solum colligendum erat, ergo in filio est potentia, quæ in patre est potentia generandi. Et quod ista consequentia nullius momenti sit, probatur supposito quod potentia generandi (vt dicitur in articulo sequenti) est diuina potentia cum paternitate: ac subinde facta consequentia æquipollet huic, omnis potentia quæ est in patre est in filio: sed in patre est potentia cum paternitate, ergo in filio est potentia cum paternitate: hæc, vt constat, nullius momenti est: ergo & illa. ¶ Demum vltimo argumentatur aduersus assertionem sancti Thom. ex Aristotel. 12. metaphysic. text. 30. vbi expressè affirmat, quod in Deo non est potentia genendi: ergo in Deo non est potentia generandi & spirandi. ¶ Respondetur, Aristoteli loqui de potentia actu separata: & hæc non est in Deo, quia est purus actus, & plane per ea quæ diximus facile erit diluere innumera argumenta, quæ contra sancti Thom. doctrinam sunt: atque materia huius articuli magis ac magis illustrabitur, dū sequentem exponemus.

Articulus quintus.

Verum potentia generandi significet relationem, & non essentiam.



D quintum sic proceditur. Videtur quod potentia generandi vel spirandi significet relationem & non essentiam: potentia enim significat principium, ut ex eius definitione patet, dicitur enim potentia actiua esse principium agendi, ut patet in 5. metaphy. sed principium in diuinis respectu persone dicitur notionaliter: ergo potentia in diuinis non significat essentiam sed relationem.

¶ Preterea. In diuinis non differt posse & agere, sed generatio in diuinis significat relationem, ergo & potentia generandi.

¶ Preterea. Ea quæ significant essentiam in diuinis, communia sunt tribus personis, sed potentia generandi non est communis tribus personis, sed propria patri: ergo non significat essentiam.

¶ Sed contra est, quia sicut Deus potest generare filium, ita & vult: sed voluntas generandi significat essentiam: ergo & potentia generandi.

¶ Respondeo dicendum, quod quidam dixerunt, quod potentia generandi significat relationem in diuinis: sed hoc esse non potest, nam illud proprie dicitur potentia in quocunque agente, quo a-

gens agit: omne autem produciens aliquid per suam actionem, producit sibi simile, quantum ad formam quæ agit: sicut homo genitus est similis generanti in natura humana, cuius virtute pater potest generare hominem: illud ergo est potentia generatiua in aliquo generante, in quo genitum similatur generanti: filius autem Dei similatur patri gignenti in natura diuina, unde natura diuina in patre est potentia generandi in ipso. Unde Hilar. dicit in 2. de trinitat. natiuitas Dei non potest eam ex qua perfecta est non tenere naturam: nec enim aliud quam Deus subsistit, quod non aliunde, quam de Deo subsistit.

¶ Sic igitur dicendum est, quod potentia generandi principaliter significat diuinam essentiam, ut Magister dicit. 7. dif. primj septent. non autem tantum relationem, nec etiam essentiam, in quantum est idem relationi, ut significet ex quo vtrunque: licet enim paternitas, ut forma patris significetur, est tamen proprietas personalis habens se ad personam patris, ut forma individualis ad aliquod indiuiduum creatum: forma autem in diuidualis, in rebus creatis constituit personam generantem, non autem est quo generans generat: alioquin Sortes generaret Sor. unde neque paternitas potest intelligi, ut

ut quo pater generat, sed ut constituens personam generantis: alioquin pater generaret patrem: sed id quo pater generat est natura diuina, in qua sibi filius assimilatur: & secundum hoc Damascen. dicit, quod generatio est opus nature, non sicut generantis, sed sicut eius quo generans generat: & ideo potentia generandi significat in recto naturam diuinam, sed in obliquo relationem.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod potentia non significat ipsam relationem principij, alioquin esset in genere relationis: sed significat id quod est principium, non quidem sicut agens dicitur principium, sed sicut id quo agens agit, dicitur principium: agens autem distinguitur a facto, & generans a generato: sed id quo generans generat est commune genito & generanti, & tanto perfectius quanto perfectior fuerit generatio, unde cum diuina generatio sit perfectissima, id quo generans generat est commune genito & generanti, & idem numero non solum specie, sicut in rebus creatis: per hoc ergo quod dicimus, quod essentia diuina est principium quo generans generat, non sequitur quod essentia diuina distinguatur, sicut sequeretur, si diceretur quod essentia diuina generat.

¶ Ad secundum dicendum, quod

sicut est idem in diuinis potentia generandi cum generatione, ita essentia diuina cum generatione & paternitate est idem re, sed non ratione.

¶ Ad tertium dicendum, quod cum dico potentia generandi, potentia significatur in recto, & generatio in obliquo, sicut si dicerem essentiam patris: unde quantum ad essentiam, quæ significatur potentia generandi, communis est tribus personis: quantum autem ad notionem, quæ connotatur, propria est persone patris.

Commentarium.



RÆSENS commentarium quatuor habet partes: in prima nimirum constituitur conclusio, quæ sanctus Thomas respondet questionibus, & declaratur litera

articuli: ac recensemus quatuor opiniones, quæ versantur circa titulum questionem, easque refellimus: in secunda explicatur sancti Thom. opinio: in tertia adducuntur plura argumenta Henrici & Bonauenture contra sanctum Thom. & solvuntur: in quarta vero argumentatur Gregorius aduersus eandem sancti Thom. sententiam, & eius argumentis satisfacimus: & tandem in fine nos ut opinio sancti Thom. illustrior fiat, in eam obijcimus aliquot argumenta, & ad ea respondemus.

Prima commentarij pars.



Conclusio s. Thom.

Andrus Thom. re probatis pluribus opinionibus circa quaestionem propositam, respondet ei in fine articuli, quod potentia generandi significat in recto naturam diuinam: sed in obliquo relationem. Et quod ea quae sanctus Thom. docet in articulo clara reddantur, aliqua sunt necessitate praemittenda iuxta eius mentem.

Animatio.

Principio notandum est, quod si (exempli causa) Sorres non haberet naturam humanam, non posset generare hominem: & ob id potest generare hominem, quia habet naturam humanam: quoniam omne generans ex vi generationis, generat sibi simile. Et eadem ratione ignis non generat ignem, si non haberet naturam ignis: & propterea generat ignem, quia habet ignis naturam: & sic de singulis rebus generantibus.

Corollar.

Ex qua annotatione colligitur sane primo, quod natura generantis est principium, ratio, atque virtus qua generat sibi simile: & quo ipsum agens agit. Quamobrem natura dicitur vis infusa rebus ex similibus similia procreans, non tanquam principium quod, sed quo: vt dicit Damascenus libr. 1. capit. 8. quem allegat Sanctus Thom. in praesentia, vbi dicit quod generatio est opus naturae, non sicut generantis, sed sicut eius quo generans generat.

2. Corolla.

Infertur praeterea secundum, quod natura generantis est potentia generandi: nam potentia generandi nihil aliud est, quam id quo generans generat: & hoc est eius natura, vt dicit prima illatio.

3. Corolla.

Consequitur tertio, quod generans assimilatur sibi genitum in potentia generandi, quando assimilatur illud sibi in sua natura: & natura est potentia generandi, vt docet secundum illatum proxime adductum. Haec plane omnia insinuat sanctus Thom. in hoc articulo, a principio usque ad illud verbum, filius autem Dei &c.

Argumentum.

In praesentiam tamen assertionem insurgimus: quia si verum esset quod dicimus, videlicet id esse potentiam generandi, quo generans generat: sequeretur proculdubio, in qualibet re generante (saltem in creaturis) esse plures potentias generandi: quod neququam philosophus debet concedere. Et probatur, quia ignis

generat ignem natura sua specifica, & sua forma substantiali, & caliditate: atque adeo sunt tres potentiae generandi. Respondetur: Respondetur, quod in igne est duplex principium quo generandi, primum, & proximum: proximum est caliditas: & rursus primum principium quo duplex etiam est: alterum metaphysicum, quod est forma ignis metaphysica utpote natura specifica eius: alterum vero physicum, & est forma physica ipsius generantis, quae est actus materiae. Et haec omnia principia quo non reputantur plura, nec plures potentiae generandi: sed vnum principium, & vna potentia, quia ordinantur ad vnicum actum, qui est generare sibi simile. Obijciunt tamen aliqui, quod semen in generatione animalis debeat dici potentia, quia est id quo animal generat: quod falsum quidem apparet, quoniam potius est instrumentum generationis, quam potentia generandi. Respondetur quidem negando consequentiam, cum de ratione potentiae est quod est forma: vt natura animalis est potentia generandi, & est forma metaphysica generantis, & forma animalis physica: est etiam potentia generandi, & vis generandi, quae est pars animae vegetatiuae: est potentia generandi, & insuper forma viuientis: at vero semen non est forma, sed instrumentum animalis quo generat. His praesentibus, dubitamus quidnam sit potentia generandi in Deo. Haec certe quaestio inter doctores maxime vocatur in dubium, & circa eam quinque versantur opiniones: quarum aliquas recenset, & cofutatur diuus Thom. in praesentia, quas nos pro viribus breuius quam fieri possit, in pauca referemus: ne simus tedio lectori. Est itaque Gregorij opinio in 1. dist. 7. qua. 1. art. 1. qui affirmat, quod nulla est potentia generandi in Deo, si potentia generandi assumatur pro principio quo generationis distinctio a principio quod: sed inquit quod si potentia generandi accipitur pro principio quod generandi, est ipse pater potentia generandi. Haec sententia absque dubio falsa est, quia negat communem modum loquendi, & formales loquutiones: vt satis abunde contra eum ostendimus quaestio. 40. art. 1. & iuxta communem doctorum & philosophorum sermonem principium quo agendi, distinguitur a principio quo & potentia agendi: etenim ignis appellatur principium quod caliditate, & caliditas principium quo. Et argumentatur ex

Argumentum.

ex verbis diui Thom. aduersus Gregorium. Omne agens aliquo agit, & illud proprie dicitur potentia agendi quo agens agit: ergo potentia agendi distinguitur ab ipso agente: ac subinde potentia generandi a generante: siquidem agens & illud quo agit distincta esse debent, saltem aliqua distinctione. Et nempe fundamenta Gregorij & aliarum opinionum adducemus, cum argumentatori sumus aduersus sancti Thom. sententiam.

Opinio Bonauenturae & Durandi.

Est autem alia secunda opinio, quam defendunt Bonauentura in 1. dist. 7. quaestio. 1. Durandus in eodem. 1. & eadem distincta quaestio. 2. scilicet quod potentia generandi est paternitas. Hanc itidem refellit sanctus Thom. articulo praesentis atque impugnat eam. Pro cuius intelligentia obseruandum quidem est secundum eius doctrinam, quod forma rei est duplex: quaedam specifica, vt humana natura, & anima rationalis est forma hominis specifica: alia vero est forma indiuidua: aut indiuidualis, vt Letulitas est forma indiuidua Letuli, vt inquit Cicero nis nomine qui. 3. lib. epistolae in inopia forsam vocat, differentiam Letuli Letulitatem appellauit, & Appij appietatem: sicut Scortis Sortis Sortitatem, & Platonis Platonitatem, & quippe generans non assimilatur sibi genitum in forma indiuidua, vt Letulus filium suum in Letulitate: quia alioqui Letulus generaret Letulum, & Sortes Sortem, & pater patrem: sed assimilatur sibi genitum in forma specifica: vt cum ignis generat ignem, assimilatur sibi ignem in natura ignea, & forma eius atque caliditate. Et

Suppositio.

hanc etiam suppositionem docet sanctus Thom. de potentia Dei quaestio. 2. art. 2. Ad quintum dicendum (inquit) quod in qualibet generatione, principium generationis principaliter non est aliqua forma indiuidua, sed forma quae pertinet ad naturam speciei. Item non oportet quod genitum assimiletur generanti, quantum ad conditiones indiuiduales, sed quantum ad naturam speciei. Paternitas autem non est in patre per modum formae speciei, sicut humanitas in homine, sic enim in eo est diuina natura: sed in eo est (vt ita dicam) sicut principium indiuiduale: est enim proprietates personalis. Et ideo non oportet quod sit principium generationis principaliter, sed quodam modo cointellectum: aliter sequeretur, quod pater per generationem non solum diuinitatem communicaret, sed & pa-

Verba sancti Thomae.

ternitatem. Haec sanctus Thom. His praemisit, virtute in hunc modum argumentatur sanctus Thom. aduersus praesentem opinionem. Licet est argumentari ab humanis ad diuinas, sed in humanis forma indiuidua non est potentia generandi, ergo neque in diuinis. Minore vtique probatur, quia potentia generandi est in quo res assimilatur sibi genitum (vt praemissum est in exordio articuli) & nulla res (ex suppositione) assimilatur sibi genitum in forma indiuidua, sed specifica. Et ultra, in diuinis forma indiuidua non est potentia generandi: sed in constitutione patris paternitas se habet vt forma indiuidua patris, ipsum constituens: & diuina natura, velut specifica: ergo paternitas non est potentia generandi. Et eadem proferunt ratione refutat sanctus Thom. aliam opinionem, quae assererebat quod potentia generandi est diuina essentia, vt est idem relatio: ita vt vtrumque, videlicet essentia & paternitas, ex quo sit potentia generandi. Et quidem Caietanus in praesentis articulo, dicit hanc tertiam opinionem sustinuisse diuum Thom. in 1. distincta. 7. quaestio. 1. articulo. 2. alij vero Thomistae asseuerant, eo loco in 1. & in praesentis articulo idem penitus tenuisse: verum nihil nostra refert, dum veritatem ipsam amplectamur. At vero quarta opinio est quorundam, qui veruntur quod diuina essentia simpliciter vt est diuina essentia, abique aliquo additamento est potentia generandi. Quam plures Theologi falso tribuunt diuo Thom. quin potius ipse eam rejicit, & obijciunt contra eam de potentia quaestio. 2. articulo. 2. Et nos in illam insurgimus. Generare est proprius actus patris, ergo potentia generandi solum debet competere patri: at diuina essentia est communis patri, filio, & spiritui sancto: ergo ipsa non est potentia generandi simpliciter & absolute considerata. Sententiam istam videtur habere Magister sentent. in. 1. distincta. 7. siquidem ait. Pater non est potens nisi in se. natura eius: etenim potentia natura est, vel essentia, haec ille. Caeterum sententia Magistri iuxta diui Thom. mentem explicanda est. Nam vero praesentis quatuor opinionibus explosis, necessum est vt sententiam sancti Thom. tenenda explicemus: & initio aduertamus oportet, sententiam sancti Thom. & Scoti eandem proferre esse. Quod non solum Thomistae dicunt, sed Scotistae ipsi liberrime fatentur: vt Leuchettus Scoti interpres in. 1. dist.

Argumentum sancti Thomae.

Opinio.

Opinio.

Argumentum.

Magister.

Diuus Thomae & Scotus conueniunt.

dist. 7. quaestione vnica vbi hoc ipsum asseuerat: quo in loco dicit, quod quauis Scotus videatur multa opponere argumenta aduersus sanctum Th. non tamen opponit ea iuxta propria mentem, sed recitatio aliorum obiectiones, qui nitebantur sancti Th. sententiam euertere.

Secunda commentarij pars.

Quinta opinio. d. Th. e. eum prius assertio.



Explicitadū igitur opinionē diuī Th. aliquas asserim⁹ asseriones, quarum prior sit. Diuina essētia (qua diuina essētia est) simplici ter & absolute considerata in communi, nequaquam potentia generandi est. Hęc asserio satis probata est argumentando contra. 4. opinionem, & expressē eam affirmat sanctus Th. de potentia vbi supra. ¶ Secunda verō asserio sit. Diuina essētia (vt est intellectus, seu vt induit rationem intellectus, aut memorię fecundę) est potētia generandi. Quod quidem probatur, quia per actum intellectus producit verbum diuini (vt late ostendimus quęst. 27. art. 1.) & essētia diuina (vt est voluntas) est potentia spirandi, vt etiam eo loco ostensum est.

Asseritio.

Probatio.

Interrogatio.

Responsio.

Argumentum.

¶ Quod si quis roget, quidnam sit memoria fecunda? Respondemus, quod est diuinus intellectus, vt est in patre, & quatenus ei presentat diuina essentia omnia quę in ea reuolunt. Et intellectus patris hac ratione consideratus dicitur memoria fecunda, quoniam hoc modo est fecundus, & aptus concurrere ad generationem filij, tanquam principium quo. Nam per actum intellectus, vt diuinam essentiam intelligit, & alia quę in ea reuolunt, filius producit: sicut memoria, vt in ea representatur obiectū per speciem, est fecunda: potens parere notitiam obiecti eiusdem. ¶ Aduersus tamen hanc asseritionem argumentamur eodem ferme argumento, quod fecimus contra quartam opinionem. Generatio est proprius actus patris, ergo potentia generandi solum tribuitur patri. At diuina essentia (vt est intellectus) communis est omnibus personis: ergo eadem modo considerata non est potentia generandi. Et neque eadem penitus metho-

do probari potest, quod potentia spirandi non sit essentia, vt est voluntas: quia illa hoc pacto considerata est communis etiam omnibus tribus personis. ¶ Sanē respōdemus, argumentum conuincere quod diuina essentia, solum vt est intellectus, nō est potentia generandi: neque ea, solum vt est voluntas, est potentia spirandi: sed necessum planē est aliquid aliud addere: vnde esto asseritio. 3.

Responsio.

Asseritio.

Obiectio.

Responsio.

Corollarium primum.

Corollarium.

¶ Diuina natura (vt est intellectus, & vt est in patre) est potentia generandi. Et palam hoc asseuerat diuus Th. in articulo presentis inquitens. Vnde natura diuina in patre est potentia generandi in ipso. Quibus verbis identidem repetitis, in patre, in ipso, quam lucidissime nobis explicat, quod diuina natura solum vt est in patre, est potentia generandi. Et idem asseuerat dum omnino est de potentia spirandi, quod sit diuina natura vt est in patre & in filio. ¶ Porro obijciunt. Diuina natura, vt est in patre, est potentia generandi: ergo diuina natura cum paternitate est potentia generandi: cum hęc duo complexa, diuina natura vt est in patre, & diuina natura cum paternitate, quę pollere videantur. Quod tamen esse falsum in hunc modum ostendimus. Prius secundum rationem est potentia generandi, quam generatio: & prius est generatio, quam paternitas: quia paternitas super generationem fundatur (vt liquet quęstio. 40. art. 4.) ergo essentia diuina cum paternitate non est potentia generandi. ¶ Nimirum respondemus concedendo illatum: videlicet, quod potentia generandi est essentia vt est in patre, aut essentia cum paternitate: considerata paternitate non vt refert, sed potius vt forma constituens patrem: quę ratione prior est generatione, vt abunde explicauimus loco allegato quęst. 40. art. 4. ¶ Ex quibus omnibus colligitur verisimam esse diuini Th. conclusionem, quę in presenti articulo responderet quęstioni: videlicet, quod potentia generandi significat naturam diuinam in recto, & relationem in obliquo. Siquidem vt ex his quę proximē diximus constat, potentia generandi est natura diuina, vt est in patre, vel cum paternitate: & hęc complexa vt palam est, significant essentiam in recto, & paternitatem in obliquo. ¶ Ex dictis omnibus præterea infertur, quod essentia diuina est principium quo omnium actuum diuinarum, tamen sub diuersis rationibus. Vt ipsa (vt est in patre) est principium generationis: &

vt est in patre & filio, est principium spirationis: & vt est Dei natura & virtus, est principium omnium actuum essentialium. ¶ Colligitur insuper, quod potentia generandi, quo ad essentiam quam in recto importat, est communis tribus personis: sed quarum ad relationem & notionem quam in obliquo dicit, est propria patri: quod sanē illatum docet sanctus Th. hic ad tertium. Et per hęc innumera argumenta diluuntur, quę faciunt Durandus, Henricus, Bonauentura & alij aduersus sanctum Th. forsā quia nō perceperunt mentem eius.

3. Corollarium.

Tertia commentarij pars.

Argumentum Bonauenturae ad Henricum.



Eruntamē plura alia argumenta aduersus sancti Th. sententiam faciunt Henricus & Bonauentura, quę ex his quę diximus plene solui nō possunt: & ob id necessarium erit ea in medium adduci, vt eis satisfaciamus.

1. Argumentum.

Responsio.

2. Argumentum.

Responsio.

¶ Quorum primum sit. Id quod est principium essendi, est principium operandi: vnumquodque enim agit eo quo formaliter est: at paternitas est principium essendi: quo pater est, ergo est principium operandi: atque adeo est principium quo generandi. ¶ Negamus quippe minorem, quoniam diuina essentia est principium quo patet est: vt ostendimus quęstione præcedenti art. 4. Et de potentia Dei in quęst. 8. art. 2. ad 11. inquit sanctus Th. in diuinis nullo modo est esse, nisi essentia. ¶ Præterea, sicut se habet actio essentialis ad formam essentialem, ita & actio personalis ad formam personalem: at essentialis actio in diuinis, vt intelligere, velle, creare, est in forma ipsa essentiali, hoc est in diuina essentia tanquam à principio quo: ergo personalis actio vt pote generare, est in forma personali patris, tanquam à principio quo, quę est paternitas. ¶ Negamus profectō maiorem, quia forma essentialis est principium quo agendi, sed non forma personalis: siquidē (vt ostensum est) illud est principium quo agēdi, in quo agēs assimilatur sibi id quod producit: & hoc est forma essentialis, & nō personalis. Vt in humanis cum Sortes generat filium, assimilatur sibi illi

in anima rationali & natura humana, & nō indifferentia indiuiduali: alioqui Sortes generaret Sortem, & idem seipsum. ¶ Secundo respondemus, argumentum conuincere quod sicut actio essentialis est ab essentia velut à principio quo, ita personalis (vt generatio) est à paternitate velut à principio quo minus principali. & cointellecto (vt dicit sanctus Thom. vbi supra de potentia) quia est ab essentia non simpliciter, sed ab ea vt est in patre, & considerata cum paternitate. Et adde vt hæc clariùs intelligas, quod actio essentialis vt intelligere, & velle, & creare, est à diuina essentia sicut à principio quo, & quod: nam ipsa intelligit, vult, creat: & ea persona diuina intelligit, vult, & creat. ¶ Insuper, de ratione generationis est, quod generans & genitum sint distincta: quia nihil potest generare se ipsum: ergo eo pater generat, quo distinguitur à filio. At paternitate distinguitur à filio, ergo paternitate generat filium: ac subinde paternitas est potentia generandi, & principium quo generandi filium. ¶ Negamus sanē consequentiam priorem, & etiam eius antecesses: quādoquidem alia est conditio generationis, & alia generationis ratio: conditio nanque generantis necessaria requisita vt generans generet, est planē distinctio realis inter generans & genitum, quia nihil seipsum generare potest: at ratio generationis & finis est assimilatio. Generans enim non generat vt distinguat, sed vt assimilat sibi genitum: & assimilatur sibi in natura & forma substantiali, & non in proprietate indiuiduali: atque adeo ipsa natura vel forma substantialis est principium quo generandi, quo generans generat, & non proprietatis personalis vt paternitas. ¶ Rursum, nulla propria operatio competit alicui nisi per propriam rationem & formam, at generatio est patri propria, ergo competit ei per propriam formam, quę est paternitas: atque adeo paternitas est principium generationis. ¶ Hoc argumentum facit sanctus Thom. de potentia vbi supra, & est quintum argumentum ibidem, ad quod respondet per verba quę citauimus: & tandem respondemus iuxta mentem eius, argumentum conuincere quod generare est propria operatio patris per paternitatem, minus tamen principaliter conuenit ei ratione paternitatis: quia omnis opera-

Responsio secunda.

Aduersio.

3. Argumentum.

Responsio.

4. Argumentum.

Responsio.

tio siue comunis siue propria tribuitur rei principaliter ratione natura suae, per quam agit & producit sibi simile. ¶ Domum argumentatur ex August. 5. de trinit. capit. 6. & 7. vbi ait. eo filius, quo genitus: ergo à simili, eo pater quo generat. Sed est pater paternitate, ergo & generat paternitate: ac proinde paternitas est principium quo generandi. ¶ In primis quidam doctores falso citant Augustin. nam locis allegatis non dicit: eo filius quo genitus: sed verba eius sic habent: ideo filius quia genitus, & quia filius utique genitus. Quae longè alia sunt ab illis. ¶ Sed quia forsitan hæc & illa verba idem significant, ne videamur subterfugere argumentum respondemus, quod aliud est loqui de principio quo agendi, & de principio quo formali denominandi: et enim parietis albedo est principium denominandi, sed neutiquam agendi principium est adione reali. Dicimus itaque iuxta August. sententiam, quod eadem notione & proprietate patet denominatur pater & generans: nam notio patris vt relatio est, & paternitas, denominat ipsum patrem: & vt generatio, generantem. Et consimili modo eadem notio filii denominatur filius & genitus, vt concipitur & significatur per diuersa nomina: puta generatio passiva & filiatio. At eum dicimus quod diuina essentia vt est in patre, est generationis principium, loquimur de principio quo agendi aut producendi. ¶ Hæc nimirum sunt argumenta maioris ponderis, quibus Bonauentura & Henricus fulciebant suam opinionem: & quam plurima alia faciunt, quæ per ea quæ diximus absque villo labore profligari possunt.

Quarta commentarij pars.



Eliquitur verò est, vt argumentis Gregorij pauca satisfaciamus, quæ non nullam præ se ferunt difficultatem: plura nempe ipse adducit, sed tamen nos in pauca reducemus.

1. Argumentum. ¶ Argumentatur igitur primo. Omne principium distinguitur ab eo cuius est principium, diuina natura est principium quo generandi filium, ergo distinguitur à filio: quod est hæreticum. ¶ Secundo natura diuina est

principium quo generandi filium, ergo concurret ad filij generationem: ergo generat. Hoc autem hæreticum etiam est asserere, vt nos probauimus quaestione. 39. artic. 5. 3. Argumentum. ¶ Tertio, principium importat relationem realem ad id cuius est principium, ergo omne principium refertur ad id realiter cuius est principium. Sed vt fatetur sanctus Thom. diuina natura est principium quo filij, ergo refertur ad ipsum realiter: at in diuinis omnia distinguuntur. realiter inter quæ est realis relatio, ergo diuina natura & filius realiter distinguuntur: quod itidem pugnat cum fide catholica. ¶ Et confirmatur, quia principium quatenus principium, est alterius principium & non sui: vt docet Aristot. 1. physic. text. 8. vbi dicit. Si tantum vnum est, principium non est. & innibi commentator dicit, quod principium exigit pluralitatem inter se, & ad id cuius est principium. ¶ Difficultatem omnium istorum argumentorum inquit sanctus Thom. in 2. argumento, & omnia ea soluantur ex vnicò principio: quod egregie docet ibi in responsione. Videlicet, quod principium quo generandi est commune generanti & genito, quia natura qua pater generat filium, quæ est principium quo generandi, siue in humanis siue in diuinis est communis patri generanti, & filio genito: in humanis (inquam) secundum speciem, in diuinis secundum numerum propter generationis diuinæ perfectionem: vt latè ostendimus quaest. 33. art. 2. ad 1. ¶ Quo fit, vt in diuinis vbi eadem numero natura est in generante & genito, principium quo generandi non realiter distinguitur à genito neque generet: sicut neque in creaturis natura generat, licet sit principium quo generandi: nam actiones suppositorum sunt, sed solum principium quod generat. ¶ Colligitur itidem, per accidens esse & non per se, quod natura generantis & principium quo generandi distinguuntur à genito: quia solum in creaturis propter earum imperfectionem distinguuntur. Hoc præmissò fundamentò, nihil difficultatis fuerit respondere ad argumenta facta. ¶ Ad primum itaque respondemus distinguendo maiorem: quia aut est sermo de distinctione in genere siue realis siue rationis, aut de distinctione realitantum. Si secundum, concedimus maiorem de principio quod, sed negamus de principio quo: vt negat sanctus Thom. si primum, libentissimè concedimus maiorem: siquid-

Siquidem omne principium generandi, modo sit, quod, modo, quo, distinguitur saltem ratione à genito: & ita diuina essentia distinguitur ratione à filio. ¶ Ad secundum negamus sanè hanc consequentiam: hoc concurret ad generationem, ergo generat. Nam iuxta Arist. doctrinam. 1. physic. text. 60. & alijs, tantum sunt tria principia rerum naturalium quæ concurrunt ad generationem, vt potest materia, forma, & priuatio: quorum nulum generat, quia generare solum pertinet ad principium efficiens: equidem neque materia generat, neque forma nec priuatio. ¶ Et si quis roget, cum diuina natura sit principium quo generationis filij, & tanquam principium quo concurrat ad generationem eiusdem, esto non generet, in quo genere principij concurret, an in genere principij formalis an materialis. ¶ Ad hanc questionem copiose responsum est articulo præcedenti, & paucis nunc respondemus quod concurret velut formale principium: vt inquit sanctus Thom. eodem articulo præcedenti ad secundum. ¶ Ad tertium respondemus vt diximus articulo præcedenti de potentia generandi: idem namque sunt potentia generandi & principium quo generandi. Respondemus, inquam, negando quod principium quo generandi importat realem distinctionem inter ipsum & rem genitã in diuinis, cum sint idè secundum rem: sed importat rationis distinctionem, & secundum rationem tantummodo ad filium genitum refertur, vt idem ad se ipsum. Dicimus secundum, quod semper principium quo generandi, importat relationem realem inter genitum & rem generantem, ita vt nequeat villo pacto esse principium quo generandi nisi vbi generans & genitum sint realiter distincta. & hoc insinuat Aristotel. & commentator locis citatis, & tandem omne principium est principium alterius à se, id est alicuius quod ab ipso realiter vel ratione distinguitur. Et quod vt sit alicuius principium, non oporteat ea realiter distinguere tanquam re & rem, pater: quia Sortes dum mouet se est principium sui motus, & tamè ipse & motus eius non distinguuntur realiter modo dicto. Et hoc affirmandum est iuxta Arist. sententiam: definitio enim est causa & principium formale sui definiti, ex eodem Aristot. 2. physic. text. 28. verum definitio & definitum prorsus sunt idem secundum rem, & sola ratione differunt: vt habetur

in eodem Aristot. 1. physic. text. 5. & nos docuimus. 1. lib. opusc. quaest. 12. Et sic nimirum asserit satisfactum est omnibus argumentis, quæ Scholastici faciunt aduersus præsentem diuini Thomæ doctrinam: sed vt ea adhuc illustrior fiat opponimus: ¶ Diuina essentia est principium quo pater generat, ergo pater habet principium: quod hæreticum est. ¶ Respondemus negando consequentiam: esto enim habeat principium quo generat filium, non sequitur quod habeat sui principium: ¶ At obijcimus. Natura diuina est velut principium formale filij, vt docet S. Thom. articulo præcedenti. 2. sed eadem est natura patris & filij, ergo ea est principium formale patris: atque adeo pater ipse habet principium. ¶ Negamus vtique consequentiam: quandoquidem diuina natura dicitur velut formale principium filij, quia ei communicatur per generationem patris: sed tamen ea à nullo communicatur patri, quia pater à nullo est, sed habet eam à se. ¶ Verum opponimus. Rei natura ex Aristot. 2. physic. vbi supra est forma eius, vt humanitas Sortis, & reducitur ad genus causæ formalis: ergo diuina natura est forma aut principium formale patris, ac subinde pater habet principium. ¶ Respondemus doctrinam Arist. intelligendam in creaturis, vbi forma metaphysica suppositi ex natura rei distinguitur ab ipso supposito: at diuina essentia ex natura rei non distinguitur à patre æternò. ¶ Vltimò demum insurgimus. Pater est æternus quia est immutabilis, ergo immutabilitas est principium & causa quare pater est æternus: & ex consequenti pater habet principium & causam suæ æternitatis. Et confirmatur, pater est deus & habet esse dei, quia habet naturam diuinam: ergo pater æternus habet principium & causam sui, quatenus est æternus, & quatenus est deus, ac subinde principium & causam sui. ¶ Vt solutionem horum argumentorum intelligamus, recolere oportet quæ diximus. 1. lib. opusc. quaest. 12. de duplici causa: videlicet, quod causa est duplex: quædam respectu rei, & est illa quæ (vt ita loquamur) verè causat & efficit rem in aliquo genere causæ: vt ignis est causa efficiens caloris, & corpus causa materialis hominis: alia verò est causa respectu nostri, & est illa per quæ cognoscimus prædicatū inesse rei: vt animal rationale est causa hominis, cognoscimus enim aliquè esse hominè, quia est animal rationale: & immutabilitas dei est causa seu

potius ratio aeternitatis eius (in diuinis enim proprie causa, reperiri nequit) quonia nos cognoscimus Deum esse aeternum, quia est immutabilis: & patre esse deum, quia habet naturam diuinam. Quibus praesuppositis, respondemus quod omnia argumenta praefata non probant patrem aeternum habere principium, & causam respectu sui: sed id probant, quod nos cognoscimus unum praedicatum dici de patre aeterno per alterum, & denique nullum est principium aut causa patris aeterni secundum rem: sed solum secundum intellectum nostrum & modum nostrum intelligendi, sumendo principium & causam pro ratione. Ut autem huic articulo extremam manum imponamus, obseruandum quidem est ad intelligenda plura sanctorum testimonia, quod natura diuina, quatenus est essentia, est principium quo primi actus, qui est esse: nam Deus a sua essentia habet esse, & sua essentia est principium quo est, & essentia dicitur ab esse, sicut existentia ab existere: ut ostensum est. a lib. opuscul. quaest. 17. At vero ipsa, ut est intellectus, & ut in patre, est formaliter principium quo verbi: quia verbum quod verbum, producit per actum intellectus: & ad illum ordinem dicitur verum esse, ut natura, & ut in patre, est formaliter principium quo filij: quia natura est vis in se debus, ex similibus similia generans: & filius per modum naturae producit: verbum autem & filius dei, ut docuimus quaest. 27. sola ratione differunt. At ipsa diuina natura ut voluntas, & ut est in patre & filio, est principium spiritus sancti.

Articulus sextus.

Vtrum actus notionalis ad plures personas terminari possit.



D sextum sic proceditur, videtur quod actus notionalis ad plures personas terminari possit: ita quod sint plures personae genitae vel spiratae in diuinis: cuiusque enim inest potentia generandi potest genera-

re: sed filio inest potentia generandi, ergo potest generare: non autem se ipsum, ergo aliam filium: ergo possunt esse plures filij in diuinis.

¶ Praeterea, Aug. dixit contra Maximilianum non genuit creatorem: neque enim non potuit, sed non oportuit.

¶ Praeterea, Deus pater est potentior ad generandum quam pater creatus: sed vnus homo potest generare plures filios, ergo & deus: precipue cum potentia patris vno filio generato non diminuat.

¶ Sed contra est: quod in diuinis non differt esse & posse: si igitur in diuinis possent esse plures filij, esset plures filij: & ita essent plures personae quae tres in diuinis: quod est haereticum.

¶ Respondeo dicendum, quod sicut Athanasius dicit, quod in diuinis est tantum vnus pater, vnus filius, vnus spiritus. scilicet cuius quidem ratio quadruplex assignari potest. Prima quidem ex parte relationum, quibus solum personae distinguuntur: cum enim personae diuinae sint ipsae relationes subsistentes, non possent esse plures patres vel plures filij in diuinis, nisi essent plures paternitates, & plures filiationes: quod quidem esse non posset, nisi secundum materialem eorum distinctionem: formae enim vnus speciei non multiplicantur nisi secundum materiam: quae in diuinis non est. Vnde in diuinis non potest esse nisi vna tantum filiatio subsistens: sicut & albedo subsistens non posset

posset esse nisi vna. Secunda vero ex modo processionum, quia Deus omnia intelligit & vult vno & simplici actu, vnde non potest esse nisi vna persona procedens per modum verbi, quae est filius: & vna tantum per modum amoris, qui est spiritus sanctus. Tertia vero sumitur ex modo procedendi: quia personae ipsae procedunt naturaliter ut dictum est. Natura autem determinatur ad vnum. Quarta ex perfectione diuinarum personarum, ex hoc enim est perfectus filius, quod tota filiatio diuina in eo continetur, & quod est tantum vnus filius: & similiter dicendum est de alijs personis.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod quantum simpliciter concedendum sit quod potentiam quam habet pater habeat filius: non tamen concedendum est, quod filius habeat potentiam generandi: si generandi sit gerundium verbi actiui: ut sit sensus quod filius habeat potentiam ad generandum: sicut licet idem esse sit patris & filij, non tamen conuenit filio esse patrem, propter notionale adiunctum: si tamen hoc quod dico generandi sit gerundium verbi passivi, potentia generandi est in filio, id est ut generetur: & similiter si sit gerundium verbi impersonalis, ut sit sensus potentia generandi, id est, qua ab aliqua persona generatur.

¶ Ad secundum dicendum, quod Augustinus in verbis illis non intendit dicere quod

filius posset generare filium, sed quod hoc non est ex impotentia filij: quod non generet: ut infra patebit.

¶ Ad tertium dicendum, quod immaterialitas & perfectio diuina requirit, ut non possint esse plures filij in diuinis, sicut dictum est: vnde quod non sint plures filij, non est ex impotentia patris ad generandum.

Commentarium.



Hoc est, an in diuinis possint esse plures filij per actum intellectus, & generati, aut plures spiritus sancti qui per actum voluntatis spirantur. Nam eo nepe dato iam actus notionalis (qui est generatio & spiratio) ad plures terminaretur personae. Neque existimandum quidem est quaestione ista super uacua canea esse, ob id quod in quaest. 30. ar. 2. de eorum fuerit, in diuinis duntaxat esse tres personae: etenim quaestio haec longe alia est ab illa de trinitate personarum: posset nanque aliquis excogitare in deo tantum esse tres personae: sed duas illarum, secundam videlicet & tertiam, esse duos filios patris per actum intellectus diuinitatis: aut duos spiritus sanctos per actum uoluntatis spiratos. Et plane constituit S. Th. quae est. negante de fide tenenda: quae probat ex fide symbolo Athanasij, ubi habetur, Vnus ergo pater, non tres patres: vnus filius, non tres filij: vnus spiritus sanctus, non tres spiritus sancti. ¶ Probat etiam hoc idem in argumento ad oppositum in hunc modum. In diuinis non differunt esse & posse, quod sane docet Aristoteles 3. physice. 32. ergo si actus notionalis ad plures personas terminari potest, actu terminatur: & ex consequenti in diuinis actu sunt plures filij: aut plures spiritus sancti: hoc autem haereticum quidem est fateri. Declarat in super eadem conclusionem in corpore articuli, quatuor rationibus naturalibus. ¶ Et per declarationem prioris praemittit suppositionem, quam nos exposuimus quaest. 4. ar. 2. videlicet, quod non possunt esse duae formae eiusdem naturae per se existentes, nisi habeant materiam: adeo ut si calor aut albedo esset per se subsistens, & nullo modo

haberet materiam neque ordinem ad materiam aut subiectum, non posset esse nisi vnicus calor aut vnica albedo. Et ex ista annotatione probat sanctus Thom. quæstio. 50. artic. 4. non posse reperiri duos angelos eiusdem speciei. Contra quam vtrique annotationem Aureolus in. 1. distinct. 7. quæst. 2. artic. 1. & Scotus: in quodlibet. quæstio. 2. pluribus argumentis insurgunt, sed ea omnia facillime diluēs, si verum sensum huius annotationis semel percipias: quæ quæst. 4. arti. 2. loco allegato assignauimus. Quamobrem superfluum erit, nos in solutione illorum argumentorum immorari, lectorem grauantes. Hæcigitur præmissa annotatione, summa prima rationis hæc est. Diuina persona sunt ipsæ relationes subsistentes, si ergo in diuinis essent plures filij, essent etiã plures filiationes: & ex consequenti plures formæ per se subsistentes eiusdem naturæ diuinæ, non habentes materiam: quod esse nequit, vt constat ex suppositione. Et eadem ratione probari potest, quod non possunt esse plures patres, aut plures filij.

2. Ratio. Quia autem ratio innititur huic fundamento, quod verbum Dei & filius producit per actum intelligendi ipsius Dei: & spiritus sanctus, per actum amandi eiusdem: vt copiosè ostendimus quæstio. 27. art. 5. Et nempe ratio procedit adhuc modum; ex vno actu intelligendi, duntaxat procedit vnum verbum: & ex vno actu amandi vnus amor: sed actus intelligendi Dei est vnus, & actus amandi etiã vnus: ergo tantum est vnus verbum, aut vnus filius qui procedit per illum actum intelligendi: & vnus etiam spiritus sanctus, qui procedit per illum actum amandi: atq; subinde actus notionalis (qui est generatio, seu ipse actus intelligendi, vt est dicere) non terminatur ad plures filios, & consimiliter neque spiratio ad plures spiritus sanctos. Porro Scotus vbi supra conatur itidem eneuare rationem hanc, & plures alij hoc pacto argumentum texentes. Tantum est vnus actus Dei, ergo tantum est vna persona producta per illum actum. Consequentia liquet ex assertionem sancti Thom. qui ait, ex vno actu intelligendi solum procedere vnum verbum. Assumptum verò probamus, quia omnes Dei actus, vt intelligere & velle, & reliqui, sunt vnus secundum rem, vt potè ipsa diuina essentia. Respondemus negando assumptum: & ad probationem alimus, quod est

1. Ratio s. s. Thom.

2. Ratio.

Argumentum contra hanc rationem.

Responsio.

omnes Dei actus sint vnus secundum rem, verum ratione discriminantur: & sunt simpliciter & formaliter diuersi actus, ratione distincti. Quamobrem ex vno actu procedit vna persona, & ex alio actu alia realiter distincta. At obijciunt, si illi actus (intelligendi scilicet & amandi) essent vnus actus secundum rem & rationem, tantum modo esset vna persona producta in diuinis: & quia differunt ratione illi actus, persona producta per illos differunt realiter, vt asseris: ergo sola distinctio rationis efficit realem distinctionem in diuinis, quod esse nequit. Vt hanc obiectionem diluamus, obseruare nempe oportet, quod in creaturis sola rationis distinctio inter aliqua, efficit realem distinctionem inter effectus: albedo hancque & similitudo sola rationis distinguunt, & earum notitiam ab ipsis producta realiter: simili modo corpus quod mouet & motus eius, substantia in super & quantitas. Et rursus eadem est via secundum rem Thebis Athenas, & Athenis Thebas, & sola ratione differunt: & hoc solum rationis discrimen maximum infert laborem iter facientibus à Thebis in Athenas, & parum redeuntibus, si euntes Athenas ascendant montes, & inde redeuntes Thebas descendendum sit illis: quia videlicet inaccessum & eminentem montis verticem Athenas occupet, Thebas verò in ima valle sint: an non vides quatum diuersitatis in creaturis valeat efficere sola rationis distinctio? Nuncigitur ad propositum redeamus, & respondeamus planè vt hic respondet Caietanus, quod in diuinis distinctio rationis inter intellectum & voluntatem aut inter actus eorum, immediatè non est causa distinctionis personarum: sed mediatè, & mediante ordine originis. Id nempe volumus, quod persona producta in Deo proximè & immediatè distinguuntur realiter, quia vna originem ducit ab alia: ea scilicet quæ procedit per actum voluntatis, ab illa quæ procedit per actum intellectus. Sed quod illa quæ procedit per actum voluntatis, originem ducit ab illa quæ procedit per actum intellectus, oritur ab ipsa natura intellectus & voluntatis: quæ quauis in Deo idem sunt, & vnus ab alio non procedat, tamen hæc est natura voluntatis, quod res illa quæ procedit per actum eius, oritur ab illa quæ procedit per actum intellectus: quia volitio præsupponit cognitionem, nihil enim est volitum

Obiectio maxime cognitio digna.

Nota maxime.

Responsio.

volitum quin prius sit cognitum, saltem secundum rationem & modum nostrum intelligendi. & hæc est expressa sententia sancti Thom. dist. 27. ar. 3. ad. 3. lege verba illa, vt clarius patentes solutionem hanc. Rursus tertia ratio est: pater natura generat filium, sed natura terminatur ad vnum: 9. metaph. text. 3. & 10. ergo tantum producit vnum filium: & consimili modo probari potest de spiritu sancto. Hanc insuper rationem nituntur euertere, quia natura non terminatur ad vnum secundum indiuiduum, sed secundum speciem: aliàs enim homo non posset generare nisi vnum hominè: ac proinde hinc quod pater natura generat filium, non sequitur quod tantum sit vnus filius.

3. Ratio s. Thom.

Obiectio.

1. Responsio.

Planè respondemus bifariam, primo modo quod sancti Thom. ratio sic venit formanda & intelligenda: pater natura generat filium, & natura terminatur ad vnum secundum rationem speciei, ergo vel generat vnum filium, aut plures. Si das primū, dat quod volumus: si concedas secundum, id quidem impossibile esse constat ex fundamento cui innititur prima ratio. Nam alioqui (vt probatum est) darentur duæ formæ subsistentes per se eisdem naturæ, non habentes materiam, & solum numero diuersæ: videlicet duæ filiationes diuinæ. Et profectò istam tertiam rationem hoc pacto declarat ipsemet diuus Thom. de potentia quæst. 2. art. 4. Cuius verba sic habent. Potest autè & alia ratio specialis assignari, quare pater tantum vnum filium gignere possit: natura enim ad vnum determinatur, vnde cum pater natura generet filium, non potest esse nisi vnus filius à patre genitus. Neque potest dici quod sint plures numero in eadem specie existentes, sicut apud nos accidit: cum ibi non sit materia, quæ est principium distinctionis secundum numerum in eadem specie. hæc ille. Si verò alicui non placet hæc tertiæ rationis explicatio, quæ videtur eadem esse cum prima, atque adeo superuacanea: secundò respondemus: pro cuius claritate obseruandum quidem fuerit, esse maximum discrimen inter naturam & voluntatem: quæ natura per vnicam numero actionem duntaxat terminatur ad vnum numerum, vt per. A. generationem ad producendum solum Sortem: at voluntas diuerso modo se habet, quia per vnicam numero actionem, & vnicum numero actum volendi terminatur ad plura. vt cum Petrus

annotatio.

vult elargiri Eleemosynam Paulo, propter plures & diuersos fines: vt videlicet leuet illi miseriam, & quia pater Pauli est sibi amicus, & vt Pauli voluntatem sibi conciliet, & itidem vt cum ille veniat in meliorem fortunam, si Petrum conflictari egestate contingat, patrem illi gratiam referat, & insuper quia iure ac vinculo consanguinitatis est sibi coniunctus, & tandem propter amoris dei, & vt explendo præcepta illius, vitã aternã consequatur. Iam vides quæ vna numero actio voluntatis ad plures fines & terminos terminatur, quorum vnus non in alteri ordinatur: habet enim pro termino propriam utilitatem, gratiam Pauli, amicitiam patris eius, propinquitatem, atq; beatitudinẽ: & innumeros alios fines habere potest. Rationem autem huius discriminis inter voluntatem & naturã egregiè assignat sanctus Th. vt visum est art. 2. huius quæstionis: quoniam natura habet vnicam formã per quam operatur, voluntas verò plures rationes & formas, vt potè plura & diuersa iudicia intellectus. Præfatum rursus discrimen insinuat commentator. 12. metaph. comment. 4. 4. Hac itaq; annotatione præmissa, dicimus quod tertia ratio sancti Thom. isto modo est inducenda. Pater æternus naturaliter producit filium per vnam numero intellectus actionem, & pater & filius etiam per vnam numero voluntatis actionem naturaliter producit spiritum sanctum, sed natura per vnam numero actionem solum ad vnum numero terminatur, ergo pater solum producit vnum filium: & pater & filius solum produunt vnus spiritum sanctum &c. Et nimirum sic hoc pacto istam rationem intelligas, nullam calumniam pati potest. Quarta demum ratio. Filius Dei est infinite perfectus filius, continens in se quicquid ad perfectionem filiationis imaginatione comprehendere possit, secundum rationem speciei & secundum numerum: igitur tantum est vnus filius. Et probatur sanè consequentia, quia si essent plures filij & filiationes, iam perfectio filiationis diuideretur: ac proinde tota eius perfectio in eodem non esset. Item probatur consequentia, quia vt suppositum est, & ostendimus quæstio. 4. artic. 2. si esset vna albedo per se subsistens prorsus separata à materia, sic vt non haberet materiam, neque ordinem ad materiam, aut subiectum, tantum esset vna albedo: at filiatio diuina per se subsistit, & nullo modo habet materiam: ergo tantum, Bb 4. est

Responsio.

4. Ratio.

est vna filiatio. Et eadem methodo probabitur no esse in diuinis nisi vnicum patrem, & vnicum spiritum sanctum. ¶ Hanc itidem rationem infirmate conatur, in primis quia sequetur, in Deo tantum esse vnicam personam productam: quod eodem penitus argumento probare contendunt. Persona diuina est persona infinite perfecta, ergo continet in se quicquid ad perfectionem diuinae personae imaginatione comprehendi possit, secundum rationem speciei, & secundum numerum: igitur tantum est vna persona. Et neque consequentia eiusdem omnino modis corroborari potest, quibus praecedens.

Responsio.

¶ Illam profecto vltimam conuentionem negamus, sed ex antecedente eius tantummodo colligendum erat aut colligi potest, ergo in diuinis tantum est vna persona secundum rationem speciei, & secundum numerum: quia tantum est vnus pater, vnus filius, vnus spiritus sanctus: sed in ista persona sunt diuersa secundum rationem speciei, quia alia ratio est patris, alia filii, alia spiritus sancti. ¶ Et Caietanus proculdubio (vt mox quidem ferre sententia) optime respondet hoc in loco, vt pote quod ratio sancti Thomae inuenitur huius fundamentis. Omnis res diuina habet quicquid inueniri potest infra latitudinem illius rationis formalis.

Caietanus.

¶ Quod fundamentum (inquit) intelligendum est de re diuina, quae est vna per modum speciei specialissima, & non de re diuina, quae est vna per modum generis, vt persona diuina, quae est secundum rationem generis communis ad patrem, filium, & spiritum sanctum. Et consilio dicimus secundum rationem speciei & non secundum speciem, quia neque species neque genus in diuinis reperiri valet. ¶ Et obseruandum tibi fuerit quod haec quarta ratio qua probat sanctus Thomas non esse nisi vnicum patrem, vnicum filium, vnicum spiritum sanctum, & vnicam generationem actiuam, & vnicam naturam, & vnicam spirationem, probari etiam potest, nullum praedicatum in diuinis specificum, siue absolutum, siue respectiuum multiplicari posse: ita vt tantum vna sit sapientia, vna misericordia, vna omnipotentia, vna spiratio actiua, & sic de reliquis.

Obseruatio.

¶ Arguetur denique Scotus vbi supra. Filius est perfectus Deus, & tamen non habet deitatem omni modo quo haberi potest, quia eam habet vt ab alio acceptam: pater vero minime habet hoc pacto. Et in super

Vltimum argumentum Scoti.

eam habet filius per modum naturae, & per actum intellectus: & spiritus sanctus non per modum naturae, sed per modum voluntatis, & actum eius, vt dictum est articulo 2. ergo filius potest esse perfectus filius, & filiationem non habere omni modo quo haberi potest: igitur ea potest haberi ab alio, seu alia ab alio: & ex consequenti possunt esse plures filij in diuinis. ¶ Respondemus

Responsio.

neutquam simile esse de filiatione, & deitate, quia deitas est communis, & ob id potest haberi a pluribus, & pluribus modis: at vero filiatio est singularis & vna numero, & ita solum ab vno & vno modo haberi potest. Non later nos argumentatorem dictorum nos petere principium, sed si tem bene expendat, compertiet vtique nos non petere principium: sed ex fidei fundamentis respondere. ¶ Et in super nullum incommo-

Animaduersus.

dum est respondentem petere principium, quauis id ipsum in argumentatoris maximum incommodum censetur, vt constare potest ex Arist. qui vbi loquitur de positione principij, vt lib. 2. priorum cap. 18. & 8. topicorum cap. 4. loco. 80. duntaxat reputat incommodum petere principium ex parte probantis, demonstratoris, aut argumentatoris, & non ex parte respondentis. Caietanus autem respondet non esse simile, quia argumentatur a modo habendi, ad diuersitatem numeralem: Quae etiam est bona solutio, si recte intelligatur. ¶ Nimirum annotare libuit in praesentia, quam praema annotaue & praeter intentionem diui Thomae, aliqui sententiam & animum eius percipiant, non solum hoc loco sed innumeris etiam alijs, qui rationes illius, studio reprehendi accedentes, passim eneruare contendunt. Etenim sanctus Thomas hoc de more habet, vt fidei conclusionem quam vbiq; in articulo statuit, demonstrat primū ac stabiliat scripturae testimonijs, vel ecclesiae aliquo decreto: deinceps verò rationibus, exemplis, ac similitudinibus quae ex rebus creatis desumuntur, illustrare ac declarare studet: vt pro ingenij nostri caput in fidei cognitionem deducamus. Neque existimari debet, dum eas afferit rationes, voluisse illi monstrare aut probare veritatem fidei: id enim si quis arberetur, ineptia maxima esset, ac extrema demerere iudicaretur. Quod quidem modò euenisse compertimus, initio namque vnum esse patrem, filium, & spiritum sanctum ex Symbolo Athanasij simi-

simè demonstrat: quam propositionem fatis affatimque demonstratam, contendit deinde (quod theologorum & sanctorum munus est) praefatis quatuor rationibus naturalibus declarare: quo eam sic intelligamus, prout in hac vita intelligi valet: & in eius cognitionem manu ducamur. & vt omnibus patens fiat, fidem nostram rationem humanam non euertere, aut ei contraire: sed potius illi consonam esse, vt saepius repetitum est à nobis. & in huc scopum in quem rationes istae destinantur, adeo sunt perfecta & absoluta, vt calumniâ pati nequeant: nec verò vllæ supersint, quæ cum illis ad eum vsum conferri posse videantur, Ex quibus colligere licet, quam præter equum & iustum fecerint doctores, qui labore nimio

atque intentissimis animis contendunt rationes diui Thomae profligare, nihili eas faciès res: cum ipsi aut nullas, aut fuitiles ad id probandum, congerant & coaceruent. Atque profectò huius rei causa æquum est, vt quæ admodum illi rationes diui Thomae reijciunt, ita etiam rationes illorum quibus id faciunt à nobis reijciantur: rursusque vicissim impugnatores diui Thomae, alias contra nos excogitent, vt sic tandem in re parui momenti propter summam ignorantiam fiat abito in infinitum. Iam verò reliquæ difficultates de potentia Dei quas sanctus Thomas in argumentis inquirat, attinent ad articulum 6. quaestionis sequentis, qui locus est illis proprius, ibi enim discutientur, & copiose tibi satisfaciamus.

QVAESTIO XLII.

De aequalitate & similitudine diuinarum personarum ad inuicem.



Einde considerandum est de cõparatione personarum ad inuicem. Et primo quantum ad aequalitatem & similitudinem: secundo, quantum ad missionem.

vna earum sit in alia. Sextò, vtrum sint æquales secundum potentiam.

Articulus primus.

Vtrum aequalitas locum habeat in diuinis.

¶ Et circa primum quaeruntur sex. Primò vtrum aequalitas locum habeat in diuinis personis. Secundò vtrum persona procedens sit æqualis ei à quo procedit secundum eternitatem. Tertio, vtrum sit aliquis ordo in diuinis personis: Quarto, vtrum personae diuinae sint æquales secundum magnitudinē. Quintò, vtrum



Primum sic proceditur. Videtur, quod aequalitas non competat diuinis personis. Aequalitas enim attenditur secundum vnum in quantitate, vt patet per phil. in 5. meta. In diuinis autem personis non inuenitur, neque quantitas continua.

Bb 5 intrin-

intrinseca, quæ dicitur magnitudo: neque quantitas continua extrinseca, quæ dicitur locus & tempus: neque secundum quantitatem discretam inuenitur in eis equalitas: quia duæ personæ sunt plures quàm vnâ: ergo in diuinis personis non conuenit equalitas.

¶ Præterea diuinæ personæ sunt vnus essentia, vt supra dictum est: essentia autem significatur per modum formæ: conuenientia autem in forma non facit equalitatem sed similitudinem: ergo in diuinis personis est dicenda similitudo & non equalitas.

¶ Præterea, in quibuscunque inuenitur equalitas, illa sunt sibi inuicem æqualia, quia equalè dicitur equali equalè: sed diuinæ personæ non possunt sibi inuicem dici equalès: quia vt August. dicit. 6. de tri. Imago si perfectè implet illud cuius est imago, ipsa coequalatur ei, non illud imagini suæ: imago autem patris est filius, & sic pater non est equalis filio: non ergo in diuinis personis inuenitur equalitas. ¶ Præterea equalitas relatio quedam est: sed nullâ relatio communis est omnibus personis: cum secundum relationes personæ ad inuicem distinguantur: non ergo equalitas diuinis personis conuenit. ¶ Sed contra est quod Athanasius dicit, quod tres personæ coeternæ sibi sunt & coequalès. Respõ-

deo dicendum, quod necesse est ponere equalitatem in diuinis personis, quia secundum philosophum in 9. meta. æquale dicitur quasi per negationem minoris & maioris, non autem possumus in diuinis personis ponere aliquid maius & minus, quia vt Boet. dicit in libro de trinit. Eos differentia, scilicet deitatis, comitatur, qui vel auget vel minuit: vt Arriani, qui gradibus numerorum trinitatem variantes distrahunt atque in pluralitatem deducunt: cuius ratio est, quia inæqualium non potest esse vna quantitas numero: quantitas autem in diuinis non est aliud quàm eius essentia: vnde relinquitur, quod si esset aliqua inæqualitas in diuinis personis, quod non esset in eis vna essentia, & sic non essent tres personæ vnus deus, quod est impossibile: oportet igitur equalitatem ponere in diuinis personis.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod duplex est quantitas, vna scilicet quæ dicitur quantitas molis vel quantitas dimensiona, quæ in solis rebus corporalibus est, vnde in diuinis personis locum non habet: sed alia est quantitas virtutis, quæ attenditur secundum perfectionem alicuius nature vel formæ: quæ quidem quantitas designatur secundum quod dicitur aliquid magis vel minus calidum, in quantum est perfectius vel minus perfectum in tali caliditate:

hu-

huiusmodi autem quantitas virtualis attenditur. Primo quidem in ra dice, id est, in ipsa perfectione formæ vel nature, & sic dicitur magnitudo spiritualis: sicut dicitur magnus calor propter suam intensiorem & perfectionem: & ideo dicit August. 9. de trini. quod in his quæ non mole magna sunt, hoc est maius esse, quod est melius esse: nam melius dicitur quod perfectius est. Secundo autem attenditur quantitas virtualis in effectibus formæ.

Primus autem effectus formæ est esse: nam omnis res habet esse secundum suam formam. Secundus autem effectus est operatio: nam omne agens agit per suam formam. Attenditur igitur quantitas virtualis, & secundum esse, & secundum operationem. Secundum esse quidem, in quantum ea quæ sunt perfectioris nature sunt maioris durationis: secundum operationem verò, in quantum ea quæ sunt perfectioris nature sunt magis potentia ad agendum: sic igitur vt Augustinus dicit in libro de fid. ad Pe. Equalitas intelligitur in patre & filio & spiritu sancto, in quantum nullus horum aut præcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut superat potestate.

¶ Ad secundum dicendum, quod vbi attenditur equalitas secundum quantitatem virtualem, equalitas includit in se similitudinem & ali-

quid plus, quia excludit excessum: quæcunque enim communicant in vna forma possunt dici similia, etiã si inæqualiter illam formam participant: sicut si dicatur aer esse similis igni in calore: sed non possunt dici equalia, si vnum altero perfectius formam illam participet: & quia non solum vna est natura patris & filij, sed etiam eque perfectè est in vtroque, ideo non solum dicimus filium esse similem patri, vt excludatur error Eunomij, sed etiã dicimus æqualem, vt excludatur error Arrij.

¶ Ad tertium dicendum, quod æqualitas vel similitudo dupliciter potest significari in diuinis, scilicet per nomina & per verba: secundum quod quod significatur per nomina, mutua equalitas dicitur in diuinis personis & similitudo: filius enim est æqualis & similis patri, & econuerso: & hoc ideo, quia essentia diuina non magis est patris quam filij: vnde sicut filius habet magnitudinè patris, quod est esse eum equalè patri: ita pater habet magnitudinem filij, quod est esse eum equalè filio: sed quantum ad creaturas, vt Dio. dicit. 9. ca. de diuino. non recipitur conuersio æqualitatis & similitudinis, dicuntur enim causata similia causis, in quantum habent formam causarum, sed non econuerso: quia forma principaliter est in causa, & secundario in causato: sed

ver-

verba significant equalitate cum motu: & licet motus non sit in diuinis, est tamen ibi accipere: quia igitur filius accipit a patre, unde est equalis ei, & non e conuerso: propter hoc dicimus quod filius coequatur patri & non e conuerso.

Ad quartum dicendum, quod in diuinis personis nihil est considerare nisi essentiam in qua communicant, & relationes in quibus distinguuntur. Equalitas autem utrunque importat, scilicet distinctionem personarum, quia nihil sibi ipsi dicitur

aequale: & unitate essentiae, quia ex hoc personae sunt sibi inuicem aequales, & sunt unius magnitudinis & essentiae. Manifestum est autem quod idem ad se ipsum non refertur aliqua relatione reali. Nec iterum una relatio refertur ad aliam super aliquam aliam relationem. Cum enim dicimus quod paternitas opponitur filiationi: oppositio non est relatio media inter paternitatem & filiationem. Quia utroque modo relatio multiplicaretur in infinitum. Et ideo equalitas & similitudo in diuinis personis non est aliqua realis relatio distincta, a relationibus personalibus: sed in suo intellectu includit & relationes distinguentes personas, & essentiae unitatem. Et propterea Magister dicit in 31. dist. primi sen. quod in his appellatione tantum est relatiua.

Commen-

Comentarium.



Comentarium quatuor continet partes: in prima declaratur littera corporis articuli, & etiam argumentum primum & secundum: in secunda explicatur difficultas quaedam memoriae commendanda, quam sanctus Thomas inquit in responsione ad tertium: in tertia disputatur quaedam difficilis quaestio, quam excitamus super verba sancti Thomae ad 4. argumentum: in quarta autem parte mouemus aliquot dubia ad maiorem explicationem illius quaestiones, quam in tertia parte agitamus.

Prima commentarii pars.



Pro enodatione igitur eorum quae diuus Thomas in articulo praesenti docet, initio memoriae commendanda est diuisio quantitatis, quam ipse constituit in responsione ad primum: hoc est, duplex est quantitas, altera molis, altera vero perfectionis: & hanc quam titatem vocat diuus Thomas virtualementem. Quantitas molis ea est, secundum quam res est extensa, & habet partes loco & situ distantes: quae quidem quantitas solum reperitur in corporibus, & nequit reperiri in deo, quia deus est. Quantitas vero perfectionis est perfectio, & magnitudo quaedam bonitatis: & huiusmodi quantitas maxime reperitur in deo, atque in eo est ipsa diuina essentia. De qua quantitate loquitur Augustinus 6. de trinitate capite 8. cum ait. In his enim quae non mole magna sunt, hoc est maius quod est melius esse. Hac ergo praemissa annotatione, asserimus quod diuus Thomas tantum constituit unam conclusionem de fide tenendam: videlicet, diuinae personae sunt aequales. Quae probatur ex simbolo Athanasij, ubi sermonem faciens de tribus personis diuinis, Coaeternam (inquit) sibi sunt, & coaequales. Verum

annotatio

Quid quae sitas molis

Quid quae sitas perfectio

Augustinus

Conclusio

Verum eam probat, ut solet, ratione naturali in hunc modum. In diuinis personis non est maius neque minus, ergo sunt aequales. Consequentia patet ex Aristotele 10. metaph. text. 17. ubi ait, quod aequale dicitur quasi per negationem maioris, & minoris: hoc est, ea sunt aequalia quae habent quantitatem, & in quibus non est excessus, neque maius neque minus. Assumptum nimirum persuadet, primum autoritate Boetij in libro de trinitate cap. 1. post proemium: & insuper id probat hac ratione. Si in diuinis personis esset maius aut minus, esset inaequalitas: at inaequalium non est una numero quantitas: ergo in diuinis personis non esset una numero quantitas, ergo neque una numero essentia. Nam, ut praemissum est, quantitas diuinarum personarum est perfectio, & ipsa diuina essentia: ac subinde tres diuinae personae non essent unus deus, sed plures dii: quod pugnat. Sed quid opus est illud antecedens autoritate Boetij probare, cum expressis verbis id asserat praefatum Athanasij symbolum? in hac trinitate nihil maius, aut minus. Duobus solum sese offert circa illa verba, aequale dicitur quasi per negationem maioris & minoris, cur addatur illa particula quasi? Responderetur eam addi, ad insinuandum quod non omnia ea, in quibus neque est maius neque minus, sunt aequalia: Siquidem in linea & puncto neque est maius neque minus, cum in puncto nihil quantitatis sit, & tamen falsum est de his affirmare quod sunt aequalia. Supposita tamen quantitate introque extremorum, haec collectio est bona: in his non est maius neque minus, ergo sunt aequalia.

In responsione ad primum docet, penes quid attendatur magnitudo & quantitas virtualis, quae est perfectio: & in summa dicit, eam attendi a priori penes formam, quando omnis perfectio est a forma: itaque in ea re est maior perfectio, quae habet perfectiorem formam. Et a posteriori attenditur penes effectus formae, qui sunt esse & operatio: id nempe vult, quod in ea re est maior perfectio, quae habet perfectius esse. Ut est perfectio earum rerum, quae natura sua caeteris partibus magis durat & permanent in esse: uti auri perfectio maior est argenti perfectione, quia natura sua magis durat: quemadmodum experientia magistra docemur. Insuper illius rei maior est perfectio, quae caeteris partibus meliorem operationem exercere potest, & potentior est ad operan-

Ad prima

Tqui doctrinam sanctus Thomas adducit ad tertium per tractat quaestio. 4. arti. 3. praesertim ad quartum & 1. sentent. distinctio. 19. quaest. 1. arti. 2. & 1. contra gentes cap. 19. & secundum aliam diuisionem cap. 30. & de veritate quaest. 23. arti. 7. ad vnde cum, & alibi. Et mentem sancti Thomae in hoc loco & aliis, explicamus aliquibus assertionibus;

dum: qua ratione perfectio angeli maior est hominis perfectione. In praesentia admodum lectorem Caetanum, ut perpendat, iuxta sententiam diui Thomae in hac responsione ad primum, asseuerandum esse quod essentia qualitatis ut caliditatis potest intendi & remitti, atque fieri maior & minor: & non solum esse qualitatis fieri maius & minus, perfectius & imperfectius. Quam nempe diui Thomae interpretationem non probamus, quoniam existimamus oppositum esse diui Thomae sententiam: neque hic sanctus Thomas loquitur de perfectione essentiali caliditatis, sed accidentali, quae attenditur penes hoc, quod habeat perfectius & perfectius esse cum intenditur aut augetur. De qua re fusius agimus in commentariis super primam secundae quaest. 2. arti. 2. quia haec disputatio non est praesentis speculationis. In responsione ad secundum docet, quod sicut inter diuinas personae aequalitas, ita quoque similitudo: quia de ratione similitudinis inter res est, quod habeant eandem formam. Quaecumque enim (inquit diuus Thomas) communicat in una forma, possunt dici similia: at tres personae habent eandem formam numero, scilicet diuinam essentiam. Docet insuper quod aequalitas diuinarum personarum includit similitudinem, & aliquid plus: quia de ratione aequalitatis earum duo sunt, primum quod communicent in eadem quantitate virtuali, quae est ipsarum forma, diuina scilicet essentia, ratione cuius sunt similes: secundum quod addit aequalitas est, ut una persona non excedat aliam in illa communicatione, sed sit eadem numero forma in omnibus illis: & aequae perfectae.

Refertur ad sententiam

Ad prima

Secunda commentarii pars.



Tqui doctrinam sanctus Thomas adducit ad tertium per tractat quaestio. 4. arti. 3. praesertim ad quartum & 1. sentent. distinctio. 19. quaest. 1. arti. 2. & 1. contra gentes cap. 19. & secundum aliam diuisionem cap. 30. & de veritate quaest. 23. arti. 7. ad vnde cum, & alibi. Et mentem sancti Thomae in hoc loco & aliis, explicamus aliquibus assertionibus;

vt ordinatē procedam: est enim res cognitione digna, & memoriæ commendanda.

¶ assertio. ¶ Prima ergo assertio sit. Inter diuinas personas est reciprocatio similitudinis, ita quod filius est similis patri, & pater filio: & sic de spiritu sancto. Quoniam perfectissimo modo quo maior exogitari nequit; possident eandem numero formam: purā diuinā essentialiam, & etiam inter eas est mutua equalitas; quoniam habent eandem numero magnitudinem, aut quantitatem perfectionis. ¶ Aduersus tamen assertionem hanc argumentamur; secundum sanctum Th. quæst. 4. arti. 3. ad. 4. licet creatura sit similis deo, Deus non est similis creaturæ, & in hac eadē responsione affirmat, quod esto effectus sit similis causæ, causā tamen non est similis suo effectui: quod quidem probat auctoritate Dio. 9. cap. de diuinis nominibus: & hoc non ob aliud est, nisi quia creatura accipit à Deo formam per quā fit illi similis, & effectus pariter accipit à causā formam per quā fit illi similis: at pater eternus nihil accipit à filio neque spiritu sancto, per quod illis similis sit, sed vice versa illi accipiunt diuinā essentialiam à patre: ergo quauis filius & spiritus sanctus sint similes patri, pater non est similis illis: atque adeo assertio falsa est. ¶ Respondemus negando consequentiam, quia alia de causā dicitur pater æternus similis filio, quā creatura dicitur similis Deo, &c. Vnde vt diluamus hoc argumentum & quam plurima alia, obseruandum quidem fuerit quod iuxta communem sermonem loquendo; vna ex duabus causis aliquid dicitur simile alteri: vel quia habet formam seu qualitatem alterius aut secundum numerum, aut secundum speciem: vel quia factū est ad imitationem illius & ad exprimendū & representandum ipsum: vt omnes diuinæ personæ sibi inuicem sunt similes, quia habent eandem formam numero, scilicet diuinam essentialiam: & aer & ignis sunt similes, quia habent caliditates eiusdem speciei: & imago est similis suo prototypo seu exemplari, vt regi, quia facta est ad imitationem ipsius, & representandum ipsum: & demū creatura & quæcunque eius perfectio est similis Deo, quando quauis creatura & quælibet eius perfectio est expressio & imitatio diuinæ perfectionis, & facta est ad imitationem ipsius, ad exprimendum scilicet & representandum Deum & eius bonitatem, iuxta illud prouerb. 16. vniuersa propter se

argumenti.

Responsio ad argumētum.

annotatio.

metipsum: id est propter expressionem & representationem bonitatis ipsius; operatur est dominus. ¶ Ex quibus sanē colligitur primū, quod esto creatura sit similis deo; deus non est similis creaturæ: quia non habet eandem numero formam neque specie cū creatura, neque factus est ad imitationem creaturæ. & probatur ex illo Esaiæ. 40. Cui ergo simile fecistis deū? Colligitur iterū, quod exēplar, vt rex, non est simile suæ imaginī: quia non habet eandem numero neque specie formam cū imagine, neque factum est ad imitationem imaginis: sed vice versa imago facta est ad imitationem sui exemplaris. ¶ Obijciat tamen aliquis, quod rex similis sit suæ imaginī, quandoquidem habet eandem specie formam cum sua imaginē: nam figura regis & figura imaginis sunt eiusdem speciei, figura namque est quæ termino vel terminis clauditur: & eiusdem terminis clauduntur ambæ figuræ. Rursus denū quia omnes circuli, omnes trianguli, omnes quadranguli &c. sunt eiusdem speciei. ¶ Respondemus quod licet ita esset, quod figura exemplaris & suæ imaginis essent eiusdem speciei in genere rei, sed nō in genere signi: quia imago est depicta & facta ad significandum & representandum suum exemplar; & nō è contrario. ¶ Obijciamus secundū. Pater in humanis non est similis filio; & tamen pater & filius habent formas eiusdem speciei: ergo assertio prima est falsa. Asumptū suademus testimonio Dionysij vbi supra, quæ allegat in presenti diuus Thom. cū ait, quod esto effecta aut effectus sint similes suis causis, causæ non sunt similes suis effectibus: at pater est causā filij, igitur non est similis illi. ¶ Respondemus, quod Dionysius loquitur de causis quæ non sunt eiusdem ordinis, vt ipse explicat eo loco, & sanctus Thom. illū interpretatur quæst. 4. arti. 3. ad. 4. pater autē & filius eiusdem ordinis sūt & speciei. Causa verū & effectus diuersorum ordinum illa sunt, quæ sic se habet quod effectus essentialiter & per se pender à sua causā: vt imago à suo prototypo, creatura à Deo. ¶ Porro aduersus hanc solutionem, qua cōcedimus patrem esse similem filio, opponimus Lucta communem & vulgatum sermonem cōcedimus quod filius est similis patri, sed nō quod pater est similis filio: irrideret profectū qui diceret patrem esse similem filio. El padre parece al hijo. ¶ Respondemus quidem,

Corollarium primum.

Corollarium secundum.

Obiectio 1.

Responsio.

Confirmatio.

Responsio.

Responsio.

Dubium.

Responsio.

dem, quod pater potest conferri cum filio in similitudine specifica: & hoc pacto eum comparando ad filium, absque dubio est similis filio, sicut filius patri. Potest denū pater conferri cum filio in similitudine singulari & indiuidua, quā in figura est filius similis patri, sicut imago suo exemplari: & quæ admodum secundum vulgare sermonem non asseritur, regem esse similem suæ imaginī, sic nec patrem filio: quandoquidem dum in illa similitudine cōfertur cum filio, se habet quodammodo ad filium, sicut exēplar ad imaginem suam. ¶ Vltimū argumentamur. In Deo est similitudo creaturarum; ergo Deus est similis creaturis: nam omnis forma denominat suum subiectum. Et antecedens suademus, quia Deus product omnes creaturas, & omne agens agit in sibi simile, vt docet sanctus Th. illa quæstio. 4. arti. 3. & similitudo quæ est in agente, est causā agendi. Quæ ratione ipse sanctus Th. in ea quæstione artic. 2. affirmat, quod in sole est similitudo eorum quæ generantur per virtutem solis: & Et confirmatur. Similitudo est relatio æquiparantiæ (quam sic appellant scholastici) ergo est eiusdem rationis in vtroque extremorum: ac sibi de se in creatura est similitudo à qua denominatur similis Deo, vice versa in Deo erit similitudo à qua denominatur similis creature. ¶ Ad argumentum respondemus, quod in Deo proprie non est similitudo neque imago creaturarum, sed exemplar: vt diximus quæst. 27. arti. 1. disput. 6. quæst. 6. & esto sanctus Th. vbi supra dicat quod omne agens agit in sibi simile, non tamen dicit quod omne agēs est simile suo effectui. Nec valet hæc collectio, effectus est similis agenti: ergo agens est simile suo effectui. Et rursus, similitudo est principium agendi, quæ est in agente vel in effectui, siquidem (vt diximus) omne agēs producit effectum sibi similem: neque opus est vt agens agat, quod in eo sit similitudo ad suum effectum. ¶ Et ad confirmationem respondet sanctus Th. de veritate vbi supra, sed nos paucis respondemus, quod similitudo in causis & effectibus diuersorum ordinum non est proprie relatio æquiparantiæ, vt inter imaginem & suum prototypū. ¶ Et dubium est, an aliquo pacto possimus concedere, quod Deus est similis creaturæ: sanctus Thom. illo loco contra gentes, non prorsus negat quod Deus sit similis creaturæ: sed ait, conuenientiū dicitur Deo crea-

Obiectio 2. sima.

Confirmatio.

Responsio ad argumētum.

Responsio ad confirmacionem.

Dubium.

tura similis, quā è conuerso. At illa quæstio, 4. ad quartum penitus idem negat: licet (inquit) aliquo modo concedatur quod creatura est similis Deo, nullo tamen modo concedendum est quod Deus sit similis creaturæ. Et profectū hoc nobis dicendum videtur, si secundum proprium & castum sermonem loquamur. ¶ Sed quod ista clariora reddantur, annotare oportet, sancti Thom. verba illo loco, quem citauimus contra gentes, quæ sic habent. Sacra scriptura aliquando similitudinem inter deum & creaturam commemorat: vt cū dicitur. Genes. 1. faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: aliquando verū similitudo negatur, secundum illud Esaiæ. 40. cui ergo simile fecistis Deum, aut quam imaginem posuistis ei? Et in Psal. Deus, quis similis erit tibi? ne taceas, & cetera. Huic autem rationi Dionysius concordat, qui 9. cap. de diuinis nominibus dicit. Eadem similia sunt Deo & dissimilia: similia quidem secundum imitationem eius, qui non est, perfectè inuitabilis, qualem in eis esse contingit: dissimilia autem, secundum quod causata habent minus suis causis. hæc sanctus Th. ¶ Secunda demum assertio sancti Th. est. Alia est ratio prædicationis nominum, alia autem verborum: nam licet pater sit similis filio, & æqualis ei, non tamen assimilatur illi, neque coæquatur. Et assignat rationem, quoniam verbum importat motum, actionem, aut passionem: & quauis in diuinis non sit motus, est tamen actio: videlicet acceptio, quā vna persona accipit essentiali ab alia. Et quia pater nihil accipit à filio, ob id neque pater assimilatur neque coæquatur filio, esto filius assimilatur patri, & coæquetur ei. Et idem dicendum est de patre respectu spiritus sancti, & de filio respectu eiusdem spiritus sancti. Et hæc est sententia Augustini lib. 6. de trinit. capite vltimo, qui sermonem faciens de patre & filio, quatenus filius est perfectæ imago patris, subdit. Imago enim si perfectè implet illud cuius imago est, ipsa coæquatur ei: non illud imaginī suæ. Hæc Augustinus. ¶ Potest tamen quis obijcere, sanctum Th. solum affirmare, quod pater non coæquatur filio: verū non affirmat quod pater non assimilatur filio. ¶ Respondemus quod id non expressè affirmat, sed euidenter illud insinuat: quando eadem ratio est de vtroque. Item illo loco contra gentes palam asserit illud assimilari alteri, quod accipit

Responsio ad dubiū.

Nota.

Assertio 2.

Augustinus.

Obiectio.

Responsio.

accipit ab altero vnde sit ei simile: Qua de causa dicitur deum non assimilari creaturæ.

At pater non accipit à filio vnde sit ei similis, ergo non assimilatur filio. Locus diuini Thomæ sic habet: assimilatio motum ad similitudinem dicit, & sic competit ei quod ab alio accipit, vnde simile ei sit: creatura autem accipit à deo vnde ei sit similis, non autem è conuerso: non igitur Deus creaturæ assimilatur, sed magis è conuerso. hæc sanctus Thome. In hac assertionem insurgit vt sui moris est Aureolus. Equari non significat æqualitatem accipere, sed æqualitatem habere: at pater habet æqualitatem cum filio: ergo coequatur filio. Maior autem probat, quia vna linea sicut dicitur æqualis alteri, ita dicitur quod coequatur alteri: & tamè nihil accipit ab altera, per quod ei coequatur.

Argumentum.

annotatio.


scilicet.

responsio.

In primis Aureolus argumentatur contra Augustinū cuius sententiam in præfatione habet sanctus Thome. Ceterum huic soluendo argumento obseruandū est, quod iuxta sermonis proprietatem coequari est recipere quantitatem aut magnitudinem alterius: vt cūm filius in humanis augeatur, & sit per augmentationis motum æqualis patri, coequatur illi: quia accipit quantitatem æqualem quantitati illius. & cūm foetus amissa embryonis forma accipit formam generantis, coequatur illi: quia accipit magnitudinem perfectionis illius, naturam videlicet generantis. Et quoniam filius per æternam generationem accipit magnitudinē patris, hoc est diuinam essentiam, ideo coequatur patri: at verò quia pater non accipit magnitudinem filij, & si habeat eam (pater enim à nullo accipit) ob id pater non coequatur filio; propriè terminis vtendo. Hac præmissa annotatione, nihil facilius quàm Aureoli satisfacere argumento: atqui ei respondemus negando maiorem, scilicet quod æquari alteri sit habere æqualitatem cum illo, sed est actu suscipere quantitatem alterius, vel ad illam accedere. Vnde res postquam facta est æqualis alteri, non dicitur æquari illi, sed æqualis illi: dicebatur tamen antea æquari illi, cūm recipere quantitatem æqualem, & ad probationem maioris, concedimus quod vna linea sicut est æqualis alteri, ita æquatur alteri dum augetur, & accipit quantitatem æqualem ei. Nec nos asserimus quod vnum coequari alteri, sit solum illud ab altero accipere aliquid, per quod ei fiat æqualis: verum asseueramus, quod

coequari alteri est actu recipere quantitatem alterius, vel accedere ad quantitatem alterius: siue illam quantitatem recipiat aut magnitudinem ab illo, vt filius æternus à patre: siue aliunde.

Tertia commentarij pars.



In responsione ad. 4. Difficultas offert sese nõ exigua que se offert in responsione ad quartum.

Opinio S. Thome. In præsentia, qui asserit eas esse rationis: & in fauorē suæ sententiæ citat Magistrum sententiam in. i. dist. 31. & eandem sententiam turatur sanctus Thome in alijs suæ doctrinæ locis, tū præsertim in. i. sentent. dist. 31. allegata. Et pro enodatione sententiæ eius, recolere ex præcedentibus oportet, quod fundamentum æqualitatis & similitudinis in diuinis, quibus vna persona aut relatio est æqualis & similis alteri, fundamentum (in quam) est diuina essentia: nam sunt sibi inuicem æquales, in quantum habent eandem magnitudinem, quæ est ipsa diuina essentia: & sunt præterea similes, quatenus habent eandem formam, quæ itidem est ipsa diuina essentia. Hoc Ratio S. Thome. ergo præmissa fundamento in hac responsione ad. 4. virtute probat sanctus Thome suam sententiam in hunc modū, assumamus (ex pli causa) æqualitatem, qua filius vel filiatione est æqualis patri vel paternitati (non enim magis refert in proposito loqui de concreto quàm de abstracto) hæc inquam æqualitas quæ est in filiatione, & terminatur ad paternitatem, non est relatio realis ratione essentia, quæ est eius fundamentum: nec ratione relationis in qua est, filiationis videlicet: ergo non est relatio realis. Et probamus sanè consequentiā, nam in diuinis tantum est essentia & relatio: sicut propter nullū istorum est realis, non est in diuinis aliquid, ratione cuius sit realis. & in primis ostendit primam antecedentis partē, videlicet quod illa æqualitas non est realis ratione essentia: quia essentia est eadem numero in vtroque extremorum eius, vt pote filiatione & paternitate: at eiusdem ad se ipsum non est relatio realis, sed rationis. Deinde probat se eundam antecedentis partem, hoc est, quod illa æqualitas non est relatio realis ratione filiationis, in qua est: & probat nimirum, eā hoc pacto. Vna relatio realis non refertur ad alteram sibi oppositam, per aliam mediā relationem realem: sed filiatione est relatio realis, & in quantum æqualis paternitati, per æqualitatem refertur ad eam: ergo æqualitas relatio realis non est. Duntaxat superest probare maiorem, nam da oppositum: scilicet quod vna relatio realis ad alteram sibi oppositam, refertur per aliā realem mediā: & non est potior ratio de vna quàm de alia: igitur datur processus in infinitum in relationibus realibus, quod nempe pugnat. Profecto si eūm dicimus, quod filiatione diuina opponitur paternitati, oppositio esset relatione realis, abiretur in infinitum in relationibus realibus: vt satis liquet dialectico. Eodem prorsus argumento id probare possumus de æqualitate patris ad filium & spiritum sanctum: & spiritus sancti ad vtroque: & de quavis similitudine vnus relationis, aut diuinæ persone ad aliam. Alij præfatam rationem sancti Thome paucis ad hunc modum texunt. Vel æqualitas illa est realis ratione fundamenti, vel ratione subiecti: nõ primum, quia fundamentum est diuina essentia, & ratione diuinæ essentia: nõ est realis: quandoquidem eadem est in vtroque terminorum illius æqualitatis, puta in patre & filio: & eiusdem ad se ipsum non est relatio realis, sed rationis. Neque est realis ratione subiecti, quod est filius aut filiatione: quando nulla relatio realis refertur per alteram relationem realem mediā ad aliam sibi oppositam: alioqui enim daretur processus in infinitum in relationibus realibus.

ternitate: at eiusdem ad se ipsum non est relatio realis, sed rationis. Deinde probat se eundam antecedentis partem, hoc est, quod illa æqualitas non est relatio realis ratione filiationis, in qua est: & probat nimirum, eā hoc pacto. Vna relatio realis non refertur ad alteram sibi oppositam, per aliam mediā relationem realem: sed filiatione est relatio realis, & in quantum æqualis paternitati, per æqualitatem refertur ad eam: ergo æqualitas relatio realis non est. Duntaxat superest probare maiorem, nam da oppositum: scilicet quod vna relatio realis ad alteram sibi oppositam, refertur per aliā realem mediā: & non est potior ratio de vna quàm de alia: igitur datur processus in infinitum in relationibus realibus, quod nempe pugnat. Profecto si eūm dicimus, quod filiatione diuina opponitur paternitati, oppositio esset relatione realis, abiretur in infinitum in relationibus realibus: vt satis liquet dialectico. Eodem prorsus argumento id probare possumus de æqualitate patris ad filium & spiritum sanctum: & spiritus sancti ad vtroque: & de quavis similitudine vnus relationis, aut diuinæ persone ad aliam. Alij præfatam rationem sancti Thome paucis ad hunc modum texunt. Vel æqualitas illa est realis ratione fundamenti, vel ratione subiecti: nõ primum, quia fundamentum est diuina essentia, & ratione diuinæ essentia: nõ est realis: quandoquidem eadem est in vtroque terminorum illius æqualitatis, puta in patre & filio: & eiusdem ad se ipsum non est relatio realis, sed rationis. Neque est realis ratione subiecti, quod est filius aut filiatione: quando nulla relatio realis refertur per alteram relationem realem mediā ad aliam sibi oppositam: alioqui enim daretur processus in infinitum in relationibus realibus. Ceterum nos hac rationis forma nolimus vt, cūm ponat subiectum in diuinis, quod propriè in deo esse nequit. Alia autem est sententia Scoti in. i. dist. 31. quaestione vnica, & in quodlibetis quaest. 6. vbi defendit prædictas relationes esse reales: & id contendit pluribus suadere argumentationibus, quibus sigillatim satisfaciemus. Argumentatur itaque Scotus hoc pacto. Vra aliqua sit relatio realis sufficiunt tres conditiones: nempe quod fundamentum eius sit ens reale, & sit habitudo inter extrema realia, realiter distincta: nec non habeat esse extra operationē intellectus: at illa æqualitas

Aliter formati vs. S. Thome.

Refellit vniuersam Scoti opinio.

Argumentum primū Scoti contra S. Thomam.

filij ad patrē habet oēs has conditiones, fundamentum namque eius est diuina essentia, quæ est ens reale: & est inter filium & patrem, qui sunt entia realia realiter distincta: & habet esse seclusa operationē intellectus: etenim nullo intellectu creato operante, filius necessariò ab æterno fuit æqualis patri: ergo illa æqualitas est relatio realis. Idem argumentum fieri potest de quacunque alia æqualitate, aut similitudine vnus personæ aut relationis ad alteram. Respondemus negando maiorem, sed necessarium est, vt aliqua relatio sit rei & nõ rationis, fundamētum eius & relationis sibi oppositæ esse reip̄a distincta: vt contingit in creaturis. Aduersus tamen hanc responsionem insurgimus: Si Sortes & Plato haberent eandem numero albedinem, essent similes: & similitudo vtriusque esset realis, vt patet: & tamen vtraque similitudo haberet vnum numero fundamentum, puta albedinem illam: ergo vt aliqua sit relatio realis, non necessarium est fundamentum eius & relationis sibi oppositæ secundum rem distingui. Caietanus in art. præfenti, & Capreol. in. i. dist. 31. quaestione vnica in responsione ad. 6. arguerunt Scoti: negant similitudinem in data hypothese esse realem, sed dicunt esse rationis tantum: quoniam fundamentum similitudinis eo casu est idem. At opponimus. Sortes & Plato in data hypothese sunt diuersa alba (vt iuxta sententiam sancti Thome constituimus quaest. 39. art. 3.) perinde ac si haberent diuersas albedines: sed si haberet diuersas, vtriusque similitudo esset realis: ergo in data hypothese est realis. Quocirca nobis procedendo ad asserendum videtur, eo casu vtraque similitudinem & Sortis ad Platonem, & Platonis ad Sortem, esse rei relationem: & planè non est eadem ratio de similitudine filij ad patrē æternum, & patris æterni ad suum filium: quia harum similitudinum supposita sunt vna res, & vnum absolutum, vt pote ipsa diuina essentia, esto sint relationes realiter distinctas: at supposita harum similitudinū, Plato videlicet & Sortes, sunt diuersa entia absoluta: & non vna res. Sequendū argumentatur Scotus. Æqualitas patris ad filium, & filij ad patrē, sunt relationes rationis (vt dicitur) quia earū fundamentum est vnum: nō scilicet inquam diuina essentia: sed etiam paternitati, & filiationis fundamentum est diuina essentia: ergo paternitas & filiatione non sunt relationes rei: Cc sed

Responsio.

Obiectio.

Responsio.

Obiectio.

Responsio.

Argumentum.

sed rationis : quod quidem haereticum est. Nam si ita esset, in Deo secundum rem non

Responsio. essent pater & filius. ¶ Negamus certè minore[m], sed fundamentum paternitatis est generatio: & filiationis, est natiuitas: fundatur enim paternitas super generatione[m], & filiatio super natiuitate[m]. Quia vt dicit sanctus Tho. quaest. 40. art. 4. relatio in quantum hu-

iusmodi, fundatur super actum. ¶ Porro obijcimus. Generatio & natiuitas in diuinis distinguuntur realiter, & non nisi per paternitatem & filiatione[m], quia omnis distinctio in diuinis est per relationes oppositas: ergo prius paternitas & filiatio sunt relationes oppositae, quam generatio & natiuitas distinguantur: atque adeo generatio & natiuitas non sunt fundamenta paternitatis & filiationis, quando omne[m] relationis fundamentum est prius, quam ipsa relatio. ¶ Respon-

demus quod (vt docuimus quaest. 36. ar. 2.) nõ solum est distinctio realis in diuinis per oppositas relationes, sed etiam per origines oppositas: vel quia ipsae sunt oppositae originis, eo quod vna est ab alia, quo pacto se habet generatio & natiuitas: est enim natiuitas a generatione, sicut filius a patre: itaque ipsae se ipsis distinguuntur. ¶ Et adde discrimen maximum repetitur inter paternitatem & filiationem, atque aequalitatem & similitudinem: quoniam paternitas & filiatio non presupponunt distinctionem suorum: suppositorum, patris scilicet & filij, sed secum ferunt distinctionem illam: quia sunt ipsi pater & filius: per se subsistentes. Et hoc docet S. Th. quaest. 40. art. 2. ad. 4. At verò aequalitas & similitudo personarum presupponunt distinctionem earum, si quidem nihil est sibi ipsi aequale aut simile: & hoc etiam docet S. Th. hic in responsione ad. 4. ¶ Tertio opponitur. Aequalitas & similitudo diuinarum personarum, habent esse seclusa operatione intellectus: ergo sunt relationes reales. Assumptum autem probatur: quia nullo intellectu creatura operante, diuinae personae ab aeterno sunt aequales & similes: quatenus habent eandem magnitudinē & formam, puta ipsam diuinam essentiam. ¶ Huius argumento plurimi Thomistae respondent. & Caiet. in praesentia, quod seclusa operatione intellectus creati, personae diuinae sunt aequales & similes: fundamentaliter (Thomistarum terminis vti[mur]) quandoquidē seclusa operatione intellectus creati est essentia, quae est fundamentum aequalitatis &

similitudinis earum. Sed non sunt formaliter, & quo ad relatiuam appellationem aequales & similes: nam relationes rationis à quibus formaliter denominantur aequales & similes, non sunt extra operationem intellectus. ¶ Verum sententia haec nobis non placeat: concedit enim effectum formalem sine causa formali, quod sanè pugnat: vt esse albu[m] sine albedine. Asserunt namque, diuinas personas sine operatione intellectus creati esse similes & aequales, & tamen non esse relationes à quibus formaliter sic denominantur. Profectò hoc est virtute fateri, esse albu[m] sine albedine: & quod absque operatione intellectus creati diuinae personae sunt formaliter aequales & similes. ostenditur, quoniam ratione suae formae vt pote diuinae essentiae sunt aequales & similes: quauis isto modo denominentur à relationibus aequalitatis & similitudinis. ¶ Ob id nos aliter respondendum censemus, iuxta ea quae fusiùs tractamus. r. lb. opusculi: quaest. 18. videlicet, quod licet relationes rationis non possint esse sine ordine ad intellectum, sunt tamen seclusa actu operatione intellectus creati: quod sanè ibi abunde ostendimus. Ad rem igitur redeunt res, asseueramus quod aequalitas (exempli causa) qua filius est aequalis patri & spiritui sancto, est quidam modus intellectualis ipsius, à quo denominatur eisdem aequalis: quo quidem modo sic se habet, quod potest concipi per istum conceptum relatiuum, aequale, verò supponentem pro ipso in ordine ad patrem, & spiritum sanctum: & pariter similitudo filij est quidam modus intellectualis ipsius, quo sic se habet, quod potest verè concipi per istam notitiam relatiuam, simile, pro eo supponentem. & isti modi intellectuales se habent filij, à quibus denominatur filius aequalis & similis patri & spiritui sancto, eisdem habeant ordinem ad intellectum (si quidem comperit filio quatenus potest cognosci per istos conceptus relatiuos, aequale, & simile) sunt tamen extra intellectum, vt constat. Legito quaestionem praefatam opusculi: & haec omnia tibi clarissima erunt: ex quibus procul dubio satis patet responsio ad argumentum negando primam collectionem. ¶ Praeterea opponunt. aequalitas & similitudo qua filius in diuinis est aequalis & similis patri, sunt in eo ex vi productionis: cū ex vi productionis & diuinae generationis filius assumat naturam diuinam, per quam est aequalis & similis patri: ergo ea aequalitas & similitudo est relatio realis, & nõ rationis: quia omne quod est in re ex vi productionis eius, est ens reale non pendens ab intellectu.

¶ Rursus, aequalitas & similitudo diuinarum personarum est perfectio simpliciter, quia nihil in Deo est quod non sit simpliciter perfectio: igitur sunt relationes reales, nam ena rationis non sunt perfecta. ¶ Et obserua quod aequalitatem esse perfectionem simpliciter, quidam (vt Caietanus) hic perperam probant ex Augustino de quantitate animae cap. 9. quo loco neutiquam aequalitatis meminuit Augustinus. sed eo libro cap. 9. in principio illius capituli palam dicit, aequalitatem esse praepocendam & praerendam in aequalitati. Ex quibus sanè verbis non probatur, aequalitatem esse perfectionem simpliciter. ¶ Tandem vltimo, aequalitas & similitudo diuinarum personarum, est prima inter omnes quae imaginatione comprehendipotest ex August. 6. de trinit. cap. vltimo: igitur est relatio realis: nam ens ratiois primum esse nequit, cum praesupponat ens reale.

¶ Haec sanè omnia argumenta vna solutione diluuntur. Pro cuius enodatione obseruandum nimirum est iuxta sancti Th. sententiam in hac responsione ad. 4. quod aequalitas & similitudo diuinarum personarum in suo intellectu tria includit: videlicet relationes distinguentes personas: & vnitatem essentiae: nam propterea diuinae personae sunt aequales & similes, quia distinguuntur & habent eandem essentiam: & vltra includit appellationem relatiuam, quae est respectus rationis, à quo denominantur aequales & similes. Hac igitur praemissa obseruatione, respondemus quod aequalitas & similitudo est in filio ex vi productionis, & est prima & perfectissima, non quod ad respectum rationis quem importat, sed quo ad vnitatem essentiae quam in sui intellectu claudit. & hac sola responsione profligantur tria argumenta praefata, & innumera alia id genus. ¶ Caeterum quod haec clara reddantur, oportet definire aliquot dubia, quae in praesenti disputatione sepe offerunt.

Quarta commentarij pars.

litudō est relatio realis, & nõ rationis: quia omne quod est in re ex vi productionis eius, est ens reale non pendens ab intellectu.

3. Argumentum. ¶ Rursus, aequalitas & similitudo diuinarum personarum est perfectio simpliciter, quia nihil in Deo est quod non sit simpliciter perfectio: igitur sunt relationes reales, nam ena rationis non sunt perfecta. ¶ Et obserua quod aequalitatem esse perfectionem simpliciter, quidam (vt Caietanus) hic perperam probant ex Augustino de quantitate animae cap. 9. quo loco neutiquam aequalitatis meminuit Augustinus. sed eo libro cap. 9. in principio illius capituli palam dicit, aequalitatem esse praepocendam & praerendam in aequalitati. Ex quibus sanè verbis non probatur, aequalitatem esse perfectionem simpliciter.

¶ Tandem vltimo, aequalitas & similitudo diuinarum personarum, est prima inter omnes quae imaginatione comprehendipotest ex August. 6. de trinit. cap. vltimo: igitur est relatio realis: nam ens ratiois primum esse nequit, cum praesupponat ens reale.

¶ Haec sanè omnia argumenta vna solutione diluuntur. Pro cuius enodatione obseruandum nimirum est iuxta sancti Th. sententiam in hac responsione ad. 4. quod aequalitas & similitudo diuinarum personarum in suo intellectu tria includit: videlicet relationes distinguentes personas: & vnitatem essentiae: nam propterea diuinae personae sunt aequales & similes, quia distinguuntur & habent eandem essentiam: & vltra includit appellationem relatiuam, quae est respectus rationis, à quo denominantur aequales & similes. Hac igitur praemissa obseruatione, respondemus quod aequalitas & similitudo est in filio ex vi productionis, & est prima & perfectissima, non quod ad respectum rationis quem importat, sed quo ad vnitatem essentiae quam in sui intellectu claudit. & hac sola responsione profligantur tria argumenta praefata, & innumera alia id genus. ¶ Caeterum quod haec clara reddantur, oportet definire aliquot dubia, quae in praesenti disputatione sepe offerunt.

tur secundum terminorum pluralitatem: verbi gratia, an Sortes vna prinitate referatur ad plures filios & filias quas habet, vel pluribus prinitatibus: & corpus vna aequalitate dicatur aequale omnibus corporibus eiusdem quantitatatis, vel pluribus: & eadem quaestio est de similitudine, quia aliquod album est simile omnibus albis quae sunt in vniuerso: & sic de reliquis. Quam dubitationem nos differuimus illa quaest. 18. opusculi. atque iuxta sententiam sancti Th. ibidem definitum S. Thomae est à nobis, relationes eiusdem rationis in eodem subiecto non multiplicari secundum terminorum pluralitatem: ita vt Sortes dicatur pater vna paternitate, respectu omnium filiorum & filiarum eius. Oppositum tamen asseuerandum est secundum opinionem Scotistarum, vt pote quod in Sorte patre tot sunt paternitates, quot habet filios.

¶ At qui his praemissis, respondemus quaest. 1. Assertioni duabus assertionibus: quarum prior est iuxta doctrinam sancti Th. in qualibet trium personarum est vna aequalitas, qua denominatur aequalis reliquis duabus: & vltra est vna aequalitas in spiratore, à qua appellatur aequalis spiritui sancto: sed spiritus sanctus eadem aequalitate dicitur aequalis patri, & filio, & spiratori: verum spiratio aut spiratio nõ est aequalis filiationi neque paternitati, aut è contrario: quia est eadem re illis, & ab eis non distinguitur: & vt aliqua sint aequalia, necessarium est ea secundum rem distinguantur: nihil enim sibi ipsi aequale est. ¶ Quo Corollarij fit, vt sint quatuor relationes aequalitatis in diuinis: puta tres in tribus personis, & alia in spiratore: & eadem ratione totidem sunt relationes similitudinis. Quo circa secundum S. Th. in diuinis sunt octo relationes rationis aequalitatis, & similitudinis. ¶ Secunda assertio.

In qualibet diuina persona sunt duae aequalitates, quibus appellatur aequalis alijs duabus: & rursus in spiratore est vna aequalitas, à qua denominatur spiritui sancto aequalis: & vice versa in spiritu sancto est reliqua aequalitas, à qua denominatur aequalis spiratori: & ex consequenti in Deo sunt octo relationes reales aequalitatis, & tot eadem ratione similitudines: ac subinde iuxta Scotistarum opinionem, concedendum est esse in Deo viginti relationes reales: nam vltra praedictas sexdecim relationes reales aequalitatis & similitudinis, sunt aliae quatuor: scilicet paternitas, filiatio, spiratio, &

¶ Tandem vltimo, aequalitas & similitudo diuinarum personarum, est prima inter omnes quae imaginatione comprehendipotest ex August. 6. de trinit. cap. vltimo: igitur est relatio realis: nam ens ratiois primum esse nequit, cum praesupponat ens reale.

¶ Haec sanè omnia argumenta vna solutione diluuntur. Pro cuius enodatione obseruandum nimirum est iuxta sancti Th. sententiam in hac responsione ad. 4. quod aequalitas & similitudo diuinarum personarum in suo intellectu tria includit: videlicet relationes distinguentes personas: & vnitatem essentiae: nam propterea diuinae personae sunt aequales & similes, quia distinguuntur & habent eandem essentiam: & vltra includit appellationem relatiuam, quae est respectus rationis, à quo denominantur aequales & similes. Hac igitur praemissa obseruatione, respondemus quod aequalitas & similitudo est in filio ex vi productionis, & est prima & perfectissima, non quod ad respectum rationis quem importat, sed quo ad vnitatem essentiae quam in sui intellectu claudit. & hac sola responsione profligantur tria argumenta praefata, & innumera alia id genus. ¶ Caeterum quod haec clara reddantur, oportet definire aliquot dubia, quae in praesenti disputatione sepe offerunt.

¶ Haec sanè omnia argumenta vna solutione diluuntur. Pro cuius enodatione obseruandum nimirum est iuxta sancti Th. sententiam in hac responsione ad. 4. quod aequalitas & similitudo diuinarum personarum in suo intellectu tria includit: videlicet relationes distinguentes personas: & vnitatem essentiae: nam propterea diuinae personae sunt aequales & similes, quia distinguuntur & habent eandem essentiam: & vltra includit appellationem relatiuam, quae est respectus rationis, à quo denominantur aequales & similes. Hac igitur praemissa obseruatione, respondemus quod aequalitas & similitudo est in filio ex vi productionis, & est prima & perfectissima, non quod ad respectum rationis quem importat, sed quo ad vnitatem essentiae quam in sui intellectu claudit. & hac sola responsione profligantur tria argumenta praefata, & innumera alia id genus. ¶ Caeterum quod haec clara reddantur, oportet definire aliquot dubia, quae in praesenti disputatione sepe offerunt.

¶ Haec sanè omnia argumenta vna solutione diluuntur. Pro cuius enodatione obseruandum nimirum est iuxta sancti Th. sententiam in hac responsione ad. 4. quod aequalitas & similitudo diuinarum personarum in suo intellectu tria includit: videlicet relationes distinguentes personas: & vnitatem essentiae: nam propterea diuinae personae sunt aequales & similes, quia distinguuntur & habent eandem essentiam: & vltra includit appellationem relatiuam, quae est respectus rationis, à quo denominantur aequales & similes. Hac igitur praemissa obseruatione, respondemus quod aequalitas & similitudo est in filio ex vi productionis, & est prima & perfectissima, non quod ad respectum rationis quem importat, sed quo ad vnitatem essentiae quam in sui intellectu claudit. & hac sola responsione profligantur tria argumenta praefata, & innumera alia id genus. ¶ Caeterum quod haec clara reddantur, oportet definire aliquot dubia, quae in praesenti disputatione sepe offerunt.

Dubium. 1. Rimum quidem dubium est, quot sint relationes aequalitatis & similitudinis in diuinis. Hac nempe difficultas est alia pedet, an videlicet relatio multiplice-

Obiectio.

Responsio.

Nota.

Responsio.

Nota.

Nota.

Argumentum.

Communis.

Responsio.

Thomista.

Nota.

Resolutio.

Auctoris Responsio.

Argumentum.

profectio. Fortassis aliquis Scotistarum dicit, in Deo tantummodo esse decem & octo relationes reales, affirmas quod spiritus sanctus per eandem æqualitatem & similitudinem, quibus est æqualis & similis patri & filio, est etiam æqualis & similis spiratori, quoniam pater & filius re sunt idem cum spiratore: verum nihil nostra refert, isto vel illo modo loqui. Sunt etiam qui dicant, secundum Scotum tantum esse ponendas octo relationes reales æqualitatis, & similitudinis: cum quibus nos certare nolumus, ne tempus inaniter consumamus, atque perdamus & opus & operam. ¶ At percontatur aliquis, an sit concedendum secundum Scotum quod in Deo sint viginti entia realiter distincta. Et suademus id nimirum esse concedendum secundum mentem eius, quia sunt viginti relationes reales in Deo secundum ipsum, & omnia illa videntur realiter distingui. ¶ Respondemus, ne utique id esse concedendum, sed omnes relationes reales quæ sunt in Deo, sunt tantum tria entia realiter distincta: pater (inquam) filius, & spiritus sanctus: & sumitur ens pro relatione & relatio. Est quod ita sit dicendum, res indubitata est in doctrina sancti Thomæ. Et idem penitus probamus secundum Scotum, quando iuxta mentem eius in secundo libro sententiarum distinctio. 1. quæst. 5. & in 3. distinctio. 1. quæstio. 1. Tunc relatio secundum rem est idem suo fundamento, cum ei repugnat esse sine illa: ut relatio creaturæ ad Deum (quam dependentiam creaturæ ad Deum vocant) est idem re cum creaturæ: quandoquidem repugnat creaturæ esse sine illa dependentia, pugnat enim creaturam esse & non à Deo pendere: at repugnat cuilibet personæ diuine esse sine similitudine & æqualitate in ordine ad alias duas: ergo omnes relationes æqualitatis & similitudinis, sunt idem re cum ipsis personis. Et cum tantum sint tres personæ, quæ sunt tria entia realiter distincta & non plura, consequens profectò est ut omnes illæ relationes reales, duntaxat sint tria entia realiter distincta: & non plura. ¶ Verum secundum Scotum fateri oportet, eas viginti relationes reales esse saltem ex natura rei distinctas: ut attributa essentia. Quæ certè doctrina eiusdem argumentationibus quod ad hoc refellenda est, quibus confutauimus aliam eius doctrinam de distinctio-
ne ex natura rei attributorum quæst. 28. art. 2.

2. Dubiū.

Responsio.

Probatio iuxta mentem Scoti.

Affertio Scoti.

Refellitur.

disput. 1. ¶ Tertio dubitari solet, an tantum in diuinis sit æqualitas & similitudo. Et vtrique ratio dubitandi ea est, nam æqualitas est habitudo inter duo quæ habent eandem magnitudinem: & solum diuinæ personæ habent eandem numero magnitudinem: creaturæ autem eandem numero magnitudinem, aut quantitatem nequeunt habere. ¶ Si cui forsitan visum fuerit dicere, quod vtrique aliqua sint æqualia, non opus est ea habere eandem numero quantitatem, sed fat est, ea habere eandem specie quantitatem: obijcimus, quia linea vnus pedis, & alia duorum habent eandem specie quantitatem: & non sunt æquales. Simili argumentatione probare possumus, quod non sit inter creaturas similitudo: quoniam similia sunt ea quæ habent vnā formam aut qualitatem: & creaturæ non possunt habere eandem numero formam, aut qualitatem. ¶ Respondemus, proculdubio, quod non solum in diuinis sunt æqualitas & similitudo, sed etiam in creaturis: & cum asserimus ea esse æqualia in creaturis, quæ habent eandem quantitatem, non intelligimus secundum numerum, neque secundum speciem, ut conuincunt argumenta: sed quod ad cõmensurationem. Itaque illa sunt æqualia quæ habent eandem mensuram, aut quæ eandem mensura mensurantur: ut duæ lineæ, quarum vtrunque duntaxat pede metimur. Et ad argumentum de similitudine dicimus, quod vtrique aliqua sint similia, satis est quod habeant eandem formam, aut qualitatem secundum speciem: itaque similitudo fundatur super vnitatem speciei. ¶ Verum opponet aliquis. In creaturis similitudo fundatur super vnitatem speciei, aut specificam: sed vnitatem speciei est ens rationis, quia seclusa operatione intellectus non est species, neque vnitatem specifica: ergo non solum similitudo in diuinis est ens rationis, sed in creaturis similiter. ¶ Hac argumentatione aliqui doctores persuasi, fatentur similitudinem in creaturis, esse relationem rationis. Sed asserimus eam esse realem: & quod extra operationem intellectus naturæ rei est vna, & ipse species atque vnitatem specifica, saltem in potentia, quatenus potest concipi per vnā speciei notitiam, aut quatenus ipsa rei naturæ potest producere in intellectu notitiam cõmunem omnibus eiusdem speciei: ut natura albedinis. De qua relate egimus quæst. 18. opusculorum.

Articulus

Articulus secundus.

Vtrum persona procedens sit coæterna suo principio, ut filius patri.



Secundum sic proceditur. Videtur, quod persona procedens non sit coæterna suo principio, ut filius patri. Arrius enim. 12. modos generationis assignat.

¶ Primus modus est iuxta fluxum lineæ à puncto. Vbi deest æqualitas simplicitatis.

¶ Secundus modus est iuxta emissionem radiorum à sole. Vbi deest æqualitas nature.

¶ Tertius modus est iuxta characterem seu impressionem à sigillo. Vbi deest consubstantialitas, & potest efficiencia.

¶ Quartus modus est iuxta impressionem bonæ voluntatis à deo. Vbi etiam deest consubstantialitas.

¶ Quintus modus est iuxta exitum accidentis à substantia, sed accidenti deest substantia.

¶ Sextus modus est iuxta abstractionem speciei à materia, sicut sensus accipit speciem à re sensibili, vbi deest æqualitas simplicitatis spiritualis.

¶ Septimus modus est iuxta excitationem voluntatis à cognitione.

Quæ quidem excitatio temporalis est.

¶ Octauus modus est iuxta transfigurationem, ut ex ere fit imago. Quæ materialis est.

¶ Nonus modus est motus à mouete.

Et hic etiam ponitur effectus & causa.

¶ Decimus modus est iuxta educationem specierum à genere. Qui non competit in diuinis: quia pater non procedit à de filio, sicut genus de specie.

¶ Undecimus modus est iuxta ideationem, ut arca exterior ab ea quæ est in mente.

¶ Duodecimus modus est iuxta nascencia, ut homo est à patre vbi est prius & posterius secundum tempus.

Patet ergo, quod in omni modo quo aliquid est ex altero, deest æqualitas nature, aut æqualitas durationis.

Si igitur filius est à patre oportet dicere, vel eum esse minorem patre, aut posteriorem, aut vtrunque.

¶ Præter. Omne quod est ex altero habet principium, sed nullum æternum habet principium. Ergo filius non est æternus neque spiritus sanctus.

¶ Præter. Omne quod corrumpitur definit esse. Ergo omne quod generatur incipit esse. Ad hoc enim generatur, ut sit. Sed filius est genitus à patre. Ergo incipit esse, & non est coæternus patri.

¶ Præter. Si filius genitus est à patre, aut semper generatur, aut est dare aliquod instans sue generationis, si semper generatur (dum autem aliquid est in generari est imperfectum: sicut patet in successiuis, quæ sunt semper in fieri, ut tempus & motus) sequitur quod filius semper sit imperfectus. Quod est inconueniens. Est ergo dare aliquod instans generatio-

nis filij. Ante illud ergo instans fili⁹ non erat.
 ¶ Sed contra est quod Athanasius dicit, q³ totę tres personę coęternę sibi sunt.
 ¶ Respondeo dicendum, q³ necesse est dicere filiũ esse coęternũ patri.
 ¶ Ad cui⁹ euidentiã cõsiderãdũ est, q³ aliquid ex principio existẽs posterius esse suo principio potest cõtingere ex duob⁹. Vno modo ex parte agentis. Alio modo ex parte actio nis. Ex parte agentis quidem, aliter in agentibus voluntarijs, aliter in agentibus naturalibus. In agentibus quidem voluntarijs propter electionem temporis. Sicut enim in agentis voluntarij potestate est eligere formam quã effectui cõferat, vt supra dictum est, ita in eius potestate est eligere tempus in quo effectũ pducat. In agentibus autem naturalib⁹ hoc contingit, quia agens aliquod non à principio habet perfectionẽ virtutis naturalis ad agendum, sed ei aduenit post aliquod tempus, sicut homo nõ à principio generare potest. Ex parte autẽ actionis impeditur ne id quod est à principio simul sit cũ suo principio, ppter hoc q³ actio est successiua. Vnde dato q³ aliquod agens tali actione agere inciperet statim cũ est, non statim eodem instanti esset effectus, sed in instanti ad quod terminatur actio. Manifestum est autẽ secundũ præmissa, q³ pater non generat filiũ vo-

luntate, sed natura: & iterũ q³ natura patris ab æterno perfecta fuit: & iterũ q³ actio qua pater producit filium, non est successiua: quia sic filius dei successiue generatus esset, & eius gñatio materialis & cũ motu esset, qđ est impossibile: relinq- tur ergo q³ filius fuit qñcunq; fuit pater, & sic filius est coęternus patri, & similiter spirit⁹ sãctus vtriq;. ¶ Ad primũ ergo dicendũ, q³ sicut Aug. dicit in li. de verbis dñi, nullus modus pcessionis alicuius creaturę perfecte representat diuinam generationẽ. Vnde oportet ex multis modis colligere similitudinem, vt qđ deest ex vno aequaliter suppleatur ex altero. Et propter hoc dicitur in synodo ephesina. Coexistere semper coęternũ patri filium splendor tibi denuntiet. Impassibilitatem natiuitatis ostendat verbũ. Consubstantialitatem filij nomen insinuet: inter omnia tamẽ exprefsius representat processio verbi ab intellectu. Quod quidem non est posterius eo à quo procedit, nisi sit talis intellectus qui exeat de pãa in actũ. Quod in deo dici nõ potest.
 ¶ Ad secundum dicendũ, q³ æternitas excludit principium durationis, sed non principium originis.
 ¶ Ad tertium dicendum, q³ omnis corruptio est mutatio quãdam. Et ideo oẽ quod corrumpitur incipit nõ esse, & desinit esse: sed generatio diuina non est transmutatio, vt di-

ctum

ctum est supra. Vnde filius semper generatur & pater semper generat.
 ¶ Ad quartum dicendum, q³ in tẽpore aliud est quod est indiuisibile scilicet instans, & aliud est quod est durãs, scilicet tempus: sed in æternitate ipsum nunc indiuisibile est, & semper stans, vt supra dictũ est. Generatio verbũ filij non est in nunc temporis aut in tempore, sed in eternitate. Et ideo ad significandum presentialitatem & permanentiam eternitatis potest dici, q³ semper nascitur, vt Origines dixit, sed (vt Greg. et Aug. dicunt) melius est q³ dicatur semper natus, vt ly semper, designet permanentiam æternitatis, & ly natus, perfectionem geniti. Sic ergo filius nec imperfectus est; neque erat quando nõ erat vt Arrianus dixit.

Commentarium.

Conclusio.



onstituit conclusio nem necessariam & de fide tenendã: videlicet, in diuinis persona procedens est coeterna & simul æterna suo principio. Quam probat in argumento ad oppositũ ex symbolo Athan. tota tres personę coeternę sibi sũt. Verũ vt de mote habet, pbat conclusionẽ ratione naturali, ad cuius declarationẽ obseruandũ nempe est iuxta sententiã eiusdẽ S. Tho. in præsentiarũ, q³ tribus modis contingit aliquã rẽ esse posteriorem suo principio, à quo dimanat: aut quia ipsum principũ est liberũ, & in tẽpore futuro eligit pducere effectũ, & ei cõferre formam: vt cũ hodie faber lignarius decernit Craстина die facere scamnũ, vel ar-

Annotatione prima.

cã: aut secundo modo, quia ipsum principũ est naturale, & nõ habet à principio sui esse, virtutẽ naturalem ad agendum: vt puer ad generandũ: quia de causa in humanis filius est tẽpore posterior suo patre: Rursus, tertio modo pot cõtingere rẽ esse posteriorem suo principio, ratione actionis: quia ipsa est successiua (verbũ est S. Th.) hoc est per ipsam effectus non producit, simul, sed mebratim prius vna pars, quã altera: vt cũ ignis calefacit aquã, & in ea producit calorem. Vñ (inquit S. Thomas) dato q³ aliquod agens huiusmodi actione agere inciperet, statim cũ est: nõ statim eodẽ instanti esset effectus, sed in instanti ad qđ terminatur actio. ¶ Premitit secundò, q³ actio qua pater generat filiũ nõ est successiua, neq; cum motu: quia hæc actio est imperfecta, illa verbũ perfectissima. Rursus denuo, quia si actio qua pater gñrat filiũ esset successiua, & cũ motu, ipse nõ filius non semper & ab æterno fuisset simul cũ pre. sicut calor. vt. 8. qui pducitur in aqua ab igne per motũ calefactionis, non est simul cũ ipso: sed posterior. ¶ His igitur sic cõstitutis, probat S. Th. cõclusionẽ hæc rone. Trib⁹ de causis cõtingit aliquã rẽ esse posteriorem suo pncipio, à quo dimanat: vel quia ipsum principũ est liberũ, vel quia est naturale, & à principio sui esse nõ habet virtutẽ ad agendũ, vel quia actio qua agit, est cũ motu, & successiua: vt constat ex prioribus annotationibus: ar pater generat filium non voluntate, sed natura. non velut agens liberũ, sed vt naturale: vt ostensum est quæst. præcedenti art. 2. & pater ab æterno habuit perfectã virtutẽ generandi filiũ, & actio qua ipsũ generat non est successiua, & cum motu: vt liquet ex secunda annotatione: ergo persona filij nullo modo est posterior patre æterno: ac subinde est coeternus illi. Et eadẽ mirum argumentatione probare possumus de spiritu sancto, quod sit coeternus suo principio: hoc est, spiratori. ¶ In primo argumento sanctus Thom. recenset duodecim modos, quibus vna creatura ab alia procedit: & in responsione ad ipsum dicit, iuxta sententiã Augustini in libro de verbis Domini sermone. 38. nullo eorum modorum filium æternum procedere à patre. Verũ illum modum, quo verbum in creaturis procedit ab intellectu, esse magis similem ei, quo filius à patre procedit: quod re vera nos quæstione. 27. articulo. 1. fuisse docuimus. ¶ In responsione ad

secundum docet, q̄ aeternum nō potest habere durationis, & morā principium: nihilominus originis principium habere potest.

Ad tertium ¶ In responsione ad tertium assertit, hāc collectionē non esse alicuius momenti: oē quod corrumpitur desinit esse: ergo omne quod generatur incipit esse. & id quidem in causa est, quia corruptio est mutatio: sed de ratione generationis non est q̄ sit mutatio, sed quod d̄ genitum per eā recipiat naturā generantis.

Ad quartum ¶ In responsione ad quartum docet, quod d̄ filius generatur in aeternitate, quā nō habet prius nec posterius, sed semper est tota simul: vt diximus cum de aeternitate ageremus quaest. 10. art. 1. & 4. atque adeo possumus dicere: semper filium generari, aut nasci, vt fatetur Origenes: & etiā eum semper esse natum, & generatum; vt affirmant

Gregorius Gregorius lib. 29. moralium in principio, & *Augustinus* Augustinus lib. 83. quaestione 37. vbi hāc participia genitus & natus designant perfectam naturam & generationem filij.

Articulus tertius.

Vtrum in diuinis personis sit ordo natura.



Ad tertium sic proceditur. Videtur quod in diuinis personis nō sit ordo naturae.

Quicquid enim in diuinis est, vel est essentia, vel persona, vel notio: sed ordo naturae non significat essentiam, neque est aliqua personarum aut notionum. Ergo ordo naturae non est in diuinis.

¶ Preter. In quibuscunque est ordo naturae, vnum est prius altero saltē secundum naturam & intellectū: sed in diuinis personis nihil est prius & posterius, vt Atha. dicit. Ergo in

diuinis personis nō est ordo naturae.

¶ Preter. Quicquid ordinat distinguitur, sed natura in diuinis nō distinguitur, ergo nō ordinatur: ergo non est ibi ordo naturae.

¶ Preter. Natura diuina est eius essentia: sed non dicitur in diuinis ordo essentiae, ergo neque ordo naturae.

¶ Sed contra est, vbi cūque est pluralitas sine ordine, ibi est confusio: sed in diuinis personis non est confusio, vt Atha. dicit. Ergo ibi est ordo.

¶ Respondeo dicendum, q̄ ordo semper dicitur per comparationē ad aliquod principium. Vnde sic dicitur principium multipliciter, scilicet secundum situm vt principium demonstrationis, & secundum causas singulas: ita etiā dicitur ordo: in diuinis autē dicitur principium secundū originē absq; prioritate, vt supra dictū est. Vñ oportet ibi esse ordinē secundū originē absq; prioritate. Et hic vocatur ordo naturae secundū Aug. non quod alter sit prius altero, sed quod alter est ex altero.

¶ Ad primū ergo dicendū, q̄ ordo naturae significat notioem originis in cōmuni, nō autem in speciali.

¶ Ad secundū dicendum, quod in rebus creatis etiā, cū id quod est a principio sit suo principio coeū secundū durationem, tamen principium est prius secundū naturā & intellectū, si consideretur id quod est princi-

principium: sed si considerentur ipsae relationes causae & causati, & principij & principij, manifestū est q̄ relatiua sunt simul natura & intellectu in quantum vnum est in diffinitione alterius: sed in diuinis ipsae relationes sunt subsistentes personae in vna natura. Vnde neque ex parte naturae, neque ex parte relationū, vna persona potest esse prior alia: neque etiam secundum naturam & intellectum.

¶ Ad tertium dicendum, quod ordo naturae dicitur, non quod ipsa natura ordinetur: sed quod ordo in diuinis personis attenditur secundum naturalem originem.

¶ Ad quartum dicendum, q̄ natura quodammodo importat rationē principij: non autē essentia. Et ideo ordo originis melius nominatur ordo naturae quam ordo essentiae.

Commentarium.

Observatio.



Prælatum.

Observa iuxta sententiam sancti Tho. hic ad tertium sensum tituli quaestione nō esse, vtrum diuina natura ordinetur: nequit enim natura diuina ad aliud ordinari, sed omnia ad ipsam ordinantur: vniuersa enim propter semetipsum operatus est dominus, prouerb. 16. sed sensus est, vtrum sit inter diuinas personas ordo naturalis, vti naturale distinguitur contra voluntarium. ¶ Pro declaratione ergo praesentis difficultatis praemittit, q̄ ordo dicitur comparatione quadam ad aliquod principium: quia nequit esse ordo vbi nullum est principium: & e conuerso vbi cūque est principium ibi est aliquis ordo.

Quo fit, vt quemadmodum principium est multiplex secundum tempus, secundum locum, secundum situm, vt punctus, secundum intellectū, vt praemissae demonstrationis, & multis aliis modis: sic quoque multiplex est ordo, secundum tempus, locum, situm, intellectum, & reliqua. ¶ Hoc iactō fundamēto, constituit aut potius inculcat in articulo sanctus Tho. tres assertiones: quarum prior est. ¶ Inter diuinas personas nulla est prioritas neque posterioritas. (Verba sunt sancti Tho. & scholasticorum.) Hāc probatur ex symbolo Athanasij. In hac Trinitate nihil prius aut posterius. Et probat eam sanctus Tho. eleganti etiam ratione: in responsione ad secundum, hoc pacto. Aut est prioritas & posterioritas inter diuinas personas ratione diuinae naturae, aut ratione relationum, siquidem in personis tantum est essentia & relationes: non ratione diuinae naturae, quia eadem prorsus natura ex equo est in omnibus illis: neque ratione relationum, quoniam relationes oppositae sunt simul natura, & intellectu: vt paternitas & filiatio, spiratio & processio: ergo nullo modo est prioritas neque posterioritas inter diuinas personas.

¶ Secunda autem assertio est. Inter diuinas personas est ordo. Quam probat, vbi cūque est principium, ibi est ordo (vt patet ex assignato praedictio) at in diuinis est principium, pater namque est principium filij, & pater & filius sunt principium spiritus sancti (sicut ostensum est quaest. 33. artic. 1. & quaest. 36. art. 4.) ergo in diuinis est ordo. ¶ Tertia vero assertio est. Inter diuinas personas est ordo originis aut naturae, secundū August. ad Maximinum lib. 3. cap. 14. non inquam ordo quo altera persona sit prior altera: sed quo altera est ab altera. Verba Augusti. sunt. Nō enim genitorem ab eo quem genuit, sed genitum a genitore mitti oportebat: verum hoc non est inaequalitas substantiae, sed ordo naturae: nō quo alter prior esset altero, sed quo alter esset ab altero. Hāc Augusti. ¶ In responsione ad primum, docet quod ordo naturae significat generatim notionem, & nō speciatim. ¶ In hanc tamen assertionem obicitur. Paternitas est notio (vt claret quaestione. 32. art. 3.) & nō est ordo naturae: ergo falsum est dicere, quod ordo naturae significat generatim & in communi notionem. Nam si in cōmuni & vniuersa significaret notionem, significaret omnem notionem: vti nomē animal significat quoduis animal.

Obiectio. ¶ Ce 5 quis

quia significat in communi animal: ac subinde sicut nomē animal prædicatur de quocunq; animali, sic quoque hoc nomen ordo naturæ, de quacūq; notione prædicaretur. Et planē probamus minorē, quia paternitas est relatio quæ præsupponit illum ordinem naturæ inter patrem & filium, & generationem super qua fundatur: & ex consequēti non est illa ordo naturæ. ¶ Secūdo opponimus. Innascibilitas est notio (vt liquet loco illo proximē allegato) & non est naturæ ordo, sed potius priuatio; ergo. ¶ Respondemus, quod sanctus Tho. non dicit quod nomen ordo naturæ, significat omnem notionem, sed notionem originis: ordo autem originis est ordo aut habitudo inter duas personas diuinas, quarum vna procedit & ducit originem ab altera: & ex consequenti paternitas diuina est ordo originis, & etiam filiatio, processio & spiratio: quæuis nanque istarum est habitudo inter plura, quorum vnum est ab alio: & insuper actus quilibet notionalis vt generatio, natiuitas, &c. Est ordo originis. At verò innascibilitas non est ordo originis, sed potius in patre negatalem ordinem: ob id sanē quod innascibilitas est ratio, quæ pater æternus dicitur non esse ab alio, neque habere principium à quo originem ducat: vt patet quæst. 32. art. 2. & quæst. 33. art. 4. & per hæc liquet solutio ad secundam objectionem. Et ad priorem respondemus, quod paternitas præsupponit generationem; quæ est naturæ ordo: & etiā ipsa est naturæ & originis ordo, ex definitione assignata: ordo originis est habitudo, &c. ¶ In responsione ad secundum dicit, quod relatiua sunt simul natura & intellectu, & vnum per reliquum definitur: quæ omnia desumpta sunt ex Aristot. doctrina in prædicamento ad aliquid, & de eis abunde nos tractamus quæst. 18. opuscul. ¶ Quid sanctus Tho. doceat ad tertium diximus initio articuli. ¶ In responsione ad quartum obseruat quod ordo originis congruentius dicitur ordo naturæ, quam ordo essentia: quoniam ordo originis dicit respectum ad principium, & nomen essentia: nullum dicit respectum nec ordinem: verum natura significat principij ordinē, vti constat ex Aristot. 2. physic. tex. 3. quo loco definiens naturā sic ait. Natura est principij mor⁹ & quietis, &c. ¶ Ad 2. Argumētum tñ primā assertionē argumentamur, probādo quod in diuinis sit prioritas iuxta sententiam sancti Th. atq; adeo eius assertiones

non coherere: nam quæst. 33. art. 3. ad. 1. loquens de diuinis inquit. Dicendum quod communia absolute dicta, secundū ordinē intellect⁹ nostri sunt priora quam propria, quia includūt in intellectu propriū: sed non eōuerso. hæc ille. Quibus verbis palā asserit, in diuinis esse prioritatē aliquā. ¶ Secūdo, id ipsum ostēdimus: quæst. 40. art. 4. apertissimē concedit, quod pater vt suppositū & persona præsupponitur ad generationē, & generatio ad filium: ergo de primo ad vltimū, persona patris præsupponitur ad filium, & est prior illo: perperā ergo dicit ad secundum quod vna persona nō potest esse prior alia, neq; secundū naturā neq; secundū intellectū. ¶ Respondemus planē, isthæc argumētum cōvincere quod secundū sanctū Th. in diuinis est prioritas quædam secundū rationē, & quod ad modū nostrū intelligēdi, quatenus diuina p istos vel illos cōceptus significatur: veruntamen te ipsa & secundū rē nulla est prioritas. Vt re ipsa inter patrē & filium nulla est prioritas, verū cōcipiēdo personā patris p istū cōceptū hypostasis, aut principij generationis, aut per istū id à quo generatio progreditur, vt sic cōceptūspri quo ad nostrū modū intelligēdi est prior filio: quia nos prius cognoscimus patrē esse generationis principij, & generare filium: quā intelligamus ipsum filium. ¶ At obicitur ex verbis sancti Th. ad. 2. quod pater & filius sunt simul naturā & intellectu, ita quod neuter sine alio intelligi valet. ¶ Respondemus quod pater & filius, vt cōcipiūtur per hos cōceptus pater, & filius, simul intelliguntur, neq; vnus potest cognosci sine altero: sed tñ vt pater cōcipitur per istā notitiā hypostasis, præintelligitur filio. ¶ At obicitur aliquis, quod non solum pater vt hypostasis est prior filio, sed pater vt pater: quod sanē in hūc modum probare cōtender. Pater vt pater præsupponitur ad generationē, & generatio ad filium: ergo de primo ad vltimū pater vt pater præsupponitur ad filium: ac subinde est prior eo ea ratiōe quæ pater est, & intelligitur p istā notitiā pater. ¶ Negamus profectō quod pater vt pater præsupponatur ad generationē, sed eōtrario generatio præsupponitur ad patrē, & paternitatē: & hoc nimirū ostēdimus, Paternitas sequitur generationē, siquidē super eā fundatur: ergo pater quatenus pater, & vt habet paternitatē, sequitur generationē. Quod rursus denuo pbamus: vt quod sit pater, necessum est & præsupponitur vt generet: igitur pater vt pater

pater nō præsupponitur ad generationem: sed potius sequitur eam. ¶ Secūdo in eandem assertionem opponimus auctoritate Augustini in libro de triplici habitaculo cap. 6. & iam ad finem libri palā affirmat patrem esse priorem filio, etenim eius verba sic habent. Pater non præcessit filium tempore, sed origine. Et confirmatur nam in diuinis est persona prima, secūda, & tertia, cum pater sit prima persona, filius secūda, spiritus sanctus tertia: ergo vna persona est prior altera: & ex consequenti in diuinis est prioritas. ¶ Respondemus vel librum illum non esse Augustini (vt aliqui dicunt) vel quod pater dicitur origine præcedere filium, quia inter patrem & filium est ordo originis, aut naturæ. Et ad confirmationem itidem respondemus, quod pater dicitur prima persona, filius secūda, spiritus sanctus tertia, nō ob id quod vna est prior altera, sed quoniam inter eas est ordo originis aut naturæ: vel quia vna est prior altera secundum rationem, vt explicauimus. ¶ Hic planē dicendum erat, quid sit prius secundum naturam: & an differant inter sese prius secundum originem, & secundum naturam: sed de his agimus quæst. 18. opuscul. ¶ Obserua tamē, quod Scotus argumentis præfatis & aliis tuetur inter diuinas personas esse prioritatem originis: atque patrem esse in primo signo aut instanti originis, filium in secundo, spiritū sanctū in tertio. ¶ Sed quoniam existimamus, Scotū verbis tantū à sancto Th. dissidere & non re, vt optimē annotat Caietanus: ob id Scoti opinionē explicare volumus aliquibus propositionibus: quarum prior quidem sit. ¶ Cum Scotus affirmat vnam personā diuinā esse prius origine alia, aut esse in aliquo signo aut instanti originis, in quo non sit alia: non intelligit quod secundū aliquam permanentiam aut durationē, vna persona sit prior altera: hoc enim asserere hæreticum esset. Et quod hoc sit iuxta mentem Scoti dicendum, demonstramus ex verbis eius in. 1. dist. 10. ferme in fine inquit. Distinguedo inter instantia originis, nō distinguatur inter durationē & durationē: sed tantū à quo quis sit. hæc Scotus. ¶ Secūda verò conclusio sit. Secundū Scotū prius origine est id quod à se agit, & posterius origine est id quod agit ab alio: id est, ab alio suscipit virtutē agendi. Hæc conclusio patet ex verbis ipsius Scoti: nā in. 2. dist. 1. quæst. 1. ait. Prius origine pater intelligit lapidē, quā filius:

quia pater intelligit à se, fili⁹ nō à se: sed hoc habet à patre, & spiritus sanctus à patre & filio. Et infra, pater (inquit) producit lapidē prius origine quā filius: hoc est à se: & filius non à se. & tamen filius eadem productione producit lapidē, & in eodem instanti naturæ: hæc ibi. Et in quodlibet quæst. 8. ferē in fine illius articuli ait. Prius origine causare, est causare à se: posterius origine causare, est causare ab alio. hæc etiam ille, & in pluribus alijs locis hoc idem asserit: in quibus satis clara redditur præfata conclusio. ¶ Quo fit, vt secundum Scotum pater dicitur prius origine producere spiritum sanctum, & filius posterius origine: quoniam pater à se habet producere spiritum sanctum, & filius à patre. & eadem ratione pater dicitur prius origine producere lapidē, quā filius: quādoquidem pater producit lapidē à se, & filius accipit à patre virtutem producendi illum: quæ sanē virtus est ipsa diuina essentia, quam à patre accipit per generationem. ¶ Porro contra hanc Scoti doctrinam insurgimus, ipse nanq; in. 1. dist. 1. quæst. 2. art. 2. asseuerat, quod pater prius origine est beatus, quā generet filium: etenim locus eius sic habet. Pater prius origine quā generet filium, est perfectē beatus. Sed vt affirmat cōclusio prædicta, prius origine dicitur respectu actionis qui est à se, & posterius origine respectu actionis qui est ab alio, ergo pater nō generat à se sed ab alio: quod est hæreticū. ¶ Huic argumento quidā Scotistarū nituntur satisfacere dicentes, quod hoc loco assumit Scotus prius origine, pater prius naturā: ita quod Scotus velit dicere, quod pater prius naturā, vel in aliquo priori naturæ est perfectē beatus, in quo nō generet filium. ¶ Istō rō solutionem meritō refellit Leuchettus in commentarijs super Scotū loco citato, & ob id alio modo respondet ipse ad argumentum, explicans præfata Scoti verba hoc pacto. Pater prius origine est perfectē beatus quā generet filium: id est, quā habet fructum filium genitū: vel filius generetur. ¶ Sed obijcemus esse prius origine, dicitur respectu hui⁹ quod est à se: & esse posterius origine, dicitur respectu huius quod est ab alio: sed vtdat præfatus doctor, pater prius origine est beatus, & posterius origine habet filium genitum: igitur pater non habet filium genitum à se, sed ab alio: quod est hæreticum fateri. ¶ Rursum eo loco aperte dicit hic doctor, quod generatio est in primo signo origi-

2. obiectio.

Responsio.

Quid originis ordo.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

2. Argumētum.

Confirmatio.

Responsio ad secundum argumentum, vt est ad confirmationē eius.

Scotus.

Defenditur Scoti sententia quoniam tantū verū est à sancto Th. differre Prior Scoti assertio.

2. Assertio.

Corollarium.

Argumentum contra Scotum.

Responsio Scotistarū.

Refellitur Leuchetti Responsio.

Obiectio contra Leuchettum.

2. Obiectio.

originis, eum Scotus oppositum affirmet in .1. dist. 6. quæstione vnica iam ad finem vbi sic ait. Et si pater in primo signo originis sit volens, & in secundo gignat &c. ergo generatio est in .2. signo originis, & nõ in primo.

Responsio auctoris. annotatio. Nos igitur aliter tentabimus soluere argumentum, pro cuius declaratione obseruandum quidem est, qd in doctrina Scoti prioritas originis est duplex: altera est habitudo inter duo quorum vnum est ab alio, vel habet virtutem agendi ab alio: & isto modo sumitur, cum in locis supradictis ait Scotus, quod pater prius origine filio intelligit, vult, producit spiritum sanctum, aut creaturam. Secundo modo prioritas originis est habitudo inter aliqua, quorum vnum præsupponitur ad aliud: & in hac acceptione sumitur Scotus prioritatem, quando dicit quod pater est prius origine beatus, quam generet filium: quia beatitudo patris præsupponitur ad generationem filij: nam est perfectè beatus per actum perfectum quo se & diuinam essentiam cognoscit: & iste actus præsupponitur ad generationem filij, vt ipsemet Scotus innuit dist. 12. quæst. 1. Cuius verba recētere libet, Pater (ait) aliquo modo prius origine intelligit, quam filius sit generatus: & tamen non sic qd intellectio actualis patris sit ratio gignendi filium: sed memoria in patre. hæc ille. Ex quibus omnibus manifestè colligitur Scotum à sancto Thom. tantum verbis discrepare, & non re ipsa: siquidem id quod appellat Scotus prioritatem originis, vocat diuus Th. ordinem naturæ aut originis. De instantibus autem naturæ & originis quæ Scotus cõtingit in diuinis, non est nostri muneris disputare: quamobrem illa missa facimus in præsentia.

Articulus Quartus.

An filius sit æqualis patri secundum magnitudinem.



AD quartum sic proceditur. Videtur, qd filius non sit æqualis patri in magnitudine. Dicit enim ipse

Ioan. 14. Pater maior me est. Et Apostolus primè corin. 15. Ipse filius subiectus erit illi qui sibi subiecit omnia.

Præterea, Paternitas pertinet ad dignitatē patris. Sed paternitas nõ conuenit filio, ergo non quicquid dignitatis habet pater, habet filius. Ergo non est æqualis patri in magnitudine.

Præter. Vbicunq; est totum & pars, plures partes sunt aliquid maius q̄ vna tatum vel pauciores: sicut tres homines sunt aliquid maius quā duo vel vnus. Sed in diuinis videtur esse totum vniuersale & pars, nam sub relatione, vel notioe plures notiones continetur. Cū igitur in patre sint tres notiones, in filio autem tatum due, videtur qd filius nõ sit æqualis patri.

Sed contra est quod dicitur phil. 2. Non rapinā arbitratus est esse se æqualem Deo. Respondeo dicendū, qd necesse est dicere filiū esse æquale patri in magnitudine. Magnitudo enim Dei non est aliud quā perfectio naturæ ipsius. Hoc autem est de ratione paternitatis, & filiatiōis qd filius per generationē pertingat ad habendum perfectionem naturæ quæ est in patre, sicut & pater. Sed quia in hominibus generatio est transmutatio quædam exeuntis de potentia in actum, non statim à principio homo filius est æqualis patri generati, sed per debitum incrementum

ad æqualitatem perducitur: nisi aliter eueniat propter defectum principij generationis. Manifestum est autem ex dictis, qd in diuinis est propriè, & verè paternitas & filiatio: neq; potest dici quod virtus dei patris fuerit defectiua in generando: neque quod Dei filius successiue, & per trāsmutationem ad perfectionem peruenerit. Vnde necesse est dicere, quod ab æternitate fuerit patri æqualis in magnitudine. Vnde & Hila. dicit in libro de synodis. Tolle corporum infirmitates, tolle dolores, & omnem humanā necessitatem, omnis filius secundū naturalem natiuitatem æqualitas patris est, quia est & similitudo naturæ.

Ad primum ergo dicendum, qd verba illa intelliguntur dicta de Christo secundum humanam naturam, in qua minor est patre, & ei subiectus. Sed secundum naturam diuinam æqualis est patri. Et hoc est quod Atha. dicit. Æqualis patri secundum diuinitatem, minor patre secundum humanitatem. Sed secundum Hil. in .18. lib. de tri. Donatistis auctoritate pater maior est, sed minor nõ est cui vnū esse donatur. Et in libro de synodis dicit, qd subiectio filij naturæ pietas est, id est, recognitio auctoritatis paternæ. Subiectio autem ceterorum creationis infirmitas.

Ad secundum dicendum, quod æqualitas attenditur secundum magnitudinem. Magnitudo autem in diuinis significat perfectionem naturæ (vt dictū est) & ad essentiam pertinet. Et ideo æqualitas in diuinis, & similitudo secundum essentialia attenditur, neque potest secundum distinctionem relationum in æqualitas, vel dissimilitudo dici. Vnde August. dicit contra Maximum Originis quæstio est quid de quo sit, æqualitatis autem qualis, aut quātus sit. Paternitas igitur est dignitas patris: sicut & essentia patris. Nam dignitas est absoluta, & ad essentiam pertinet. Sicut igitur eadem essentia quæ in patre est paternitas, in filio est filiatio: ita eadē dignitas quæ in patre est paternitas, in filio est filiatio. Verè ergo dicitur, quod quicquid dignitatis habet pater, habet filius: neque sequitur paternitatem habet pater, ergo paternitatem habet filius. Mutatur enim quid in ad aliquid. Eadem enim est essentia & dignitas patris & filij: sed in patre est secundum relationem dātis, in filio secundum relationem accipientis. Ad tertium dicendum, quod relatio in diuinis non est totum vniuersale, quanuis de similibus relationibus prædicetur: quia omnes relationes sunt vnum secundum essentiam & esse. Quod repugnat rationi vniuersalis, cuius par-

partes secundum esse distinguuntur. Et similiter persona (vt supra dictū est) nō est vniuersale in diuinis. Vnde neq; omnes relationes sunt maius aliquid quā vna tantūm, nec omnes personę maius aliquid quā vna tantūm: quia tota perfectio diuinę nature est in qualibet personarum.

Commentarium.



Iste nēpe articulus redditur clarus ex his quę dicta sunt art. 1. & 2. duas ergo constituit cōclusiones. Diuus Thō. quatum prior est.

1. Cōclusio. Probatur auctoritate. Probatur ratione.

2. Cōclusio

Hilarius

In responsione ad p̄p̄teractauimus quęst. 27. art. 1. disput. 1. cū ageremus aduersus Arriū. Quę aut docet ad secundū, perspicua relinquuntur per ea quę docuimus art. 1. huius quęstionis, & quęst. 28. art. 2. disput. 3. quarta cōclusionē,

in responsione ad quartū argumentū quod obieciimus contra eā. ¶ In responsione ad tertium admonet, q̄ omnes personę & relationes atq; notiones non sunt aliquid maius, quā vna: quia omnes illę sunt vna numero perfectio diuinę essentię: & ob hanc causam in diuinis nō est pars, neq; totum, neq; vniuersale genus, aut species: vt ostensum est quęst. 30. p̄sertim art. 1. ad quartum, & articulo. 4. ad tertium.

Articulus quintus.

Vtrum filius sit in patre & e conuerso.



Ad quintum sic proceditur. Videtur q̄ fili⁹ nō sit in patre: & e conuerso. Philosophus enim in 4. phys. ponit octo modos essendi aliquid in aliquo. & secundum nullū horum fili⁹ est in patre aut e conuerso: vt patet discurreti per singulos modos: ergo fili⁹ nō est in patre: nec e conuerso. ¶ Pręterea. Nihil quod exiuit ab aliquo est in eo: sed filius ab eter no exiuit à patre secundum illud Mich. 5. Egressus eius ab initio à diebus eternitatis. Ergo filius non est in patre. ¶ Pręterea. Vnum oppositorum nō est in altero, sed filius & pater opponuntur relatiuē: ergo vnus nō potest esse in alio. ¶ Sed contra est quod dicitur Ioā. 14. Ego in patre, & pater in me est. ¶ Respondeo dicendum, quod in patre & filio tria est considerare, scilicet essentiam, & relationem

lationem, & originem. Et secundū quodlibet istorum filius est in patre, & e conuerso: secundum essentia enim pater est in filio, quia pater est sua essentia, & communicat suam essentiam filio, non per aliquam suam transmutationem. vnde sequitur, q̄ cū essentia patris sit in filio, quod in filio sit pater. Et similiter cū filius sit sua essentia, sequitur quod sit in patre in quo est eius essentia. Et hoc est quod Hila. dicit. 5. de trinit. Naturam suā (vt ita dicam) sequitur immutabilis deus immutabilem gignēs Deū subsistentem. Ergo in eo dei naturam intelligimus, cū in Deo Deus insit. Secundum etiam relationes manifestum est, quod vnum oppositorum relatiuē est in altero secundum intellectum: secundum originem etiam manifestum est, q̄ processio verbi intelligibilis nō est aliquid extra, sed manet in dicēte. Id etiam quod verbo dicitur in verbo continetur. Et eadem ratio est de spiritu sancto. ¶ Ad primū ergo dicēdū, q̄ ea quę in creaturis sunt non sufficiēter representāt ea quę Dei sunt. Et ideo secundum nullum eorum modorū quos philosophus enumerat filius est in patre aut e conuerso. Accedit tamen magis ad hoc modus ille, secundum quem aliquid dicitur esse in principio originante. nisi quod deest vnitas essentię in re-

bus creatis inter principium, & id quod est à principio. ¶ Ad secundum dicendum, q̄ exitus filij à patre est secundū modum processionis interioris, prout verbū exit à corde & manet in eo. Vnde exitus iste in diuinis est secundum solam distinctionem relationum, non secundum essentialē aliquā distantiam. ¶ Ad tertium dicendum, quod pater & filius opponuntur secundum relationes, non autem secundum essentiam. Et tamen oppositorum relatiuē vnum est in altero, vt dictum est.

Commentarium.



Respondet affirmante conclusio nē. Filius est in patre, & pater in filio. Hęc secundum fidem catholicā est asserēda, vt liquet Ioan. 14. ego in patre & pater in me est. ¶ Ad dubium est, quare fili⁹ dicatur esse in patre, & pater in filio. Ad hanc vtique dubitationem respondet sanctus Th. quod in Deo sunt tria: videlicet essentia, relatio, & origo: & filius est in patre, & e conuerso, secundū hęc tria: hoc est, secundū essentia, relationē, & originē. & filius dicitur esse in patre secundū essentia, quia filius est ipsa met essentia quę est in patre: & vice versa pater est in filio, qm̄ itidem est ipsa met essentia quę est in filio. Pręterea asseuerat, q̄ filius est in patre, & e conuerso secundum relationes: quandoquidem vna relatio est in alia secundum intellectū: vt paternitas in filiatione, & filiatio in paternitate, nam vtraque includitur in ratione & intellectu alterius: nequit enim vna relatio intelligi sine altera sibi opposita, neq; vnum relatiuū sine alio ipsi opposito: vt latius demonstrauimus quęst. 18. opusc. Insuper p̄bat filij esse in p̄e secundū originē, ad hūc modū. Illud quod p̄cedit ab aliquo principio per actionē immutabilem, manet in ipso principio secundū originē:


Fidei Cōclusio. Dubium. Responso.

vt verbum mētis procedit ab intellectu per actum intelligendi, qui est actio immanēs, & manet in ipso intellectu & intus ipsum, secundum originem: & consimiliter amor est in voluntate, ut filius vt verbū, procedit à patre dicente per actum intellectus immanentem, vt abunde explicuimus quæst. 27. art. 1. ergo filius manet, & est in patre secundum originem. & addit sanctus Th. in calce articuli, quod idem affirmandum est de spiritu sancto, vt pote quod est in patre & filio: & è contrario pater & filius in spiritu sancto triplici ratione dicta, hoc est secundum essentiam, relationē, & originē. *Dubitatio* Verum interrogabit aliquis, an sicut filius est in patre secundum originē, sic quoque pater sit in filio etiam secundum originem. & quidem suademus partem negantem: quia pater non habet originem à filio, ergo non est in filio per originem. Item quoniam ratio adducta, qua sanctus Thom. probat filium esse in patre secundum originem, solum id probat & habet locum de filio, & non de patre: vt liquet. Ceterum oppositum probamus ex verbis S. Th. in presentia initio articuli, vbi dicit quod pater est in filio, & filius in patre secundum quemlibet modum supradictum: puta secundum essentiam, relationem, & originem. Hoc denuo palam affirmat in 1. dist. 19. quæst. 3. ar. 2. ad 1. ait enim, filius est in patre sicut originatum in originante, & è contrario pater in filio, sicut originans in originato. hęc S. Th. Pars igitur affirmans est tenenda secundum sanctum Thom. videlicet, quod pater est in filio secundum originē: & pater dicitur esse in filio secundum originē, non quod ducat originem ab eo, sed quia est eius principium: & principium quodammodo dicitur esse in principio, seu in eo cuius est principium velut in re sua: sicut inter creaturas causa dicitur esse in effectu, velut in re sua, vel per representationem quandam: siquidem repræsentatur causa in effectu, vt pater in filio & ne pote. *Caletanus explicat* verba sancti Thom. in presentiarum (meo quidem iudicio) contra intentionem S. Th. & aliorum sanctorum, & ob id sententia eius merito nobis refellenda videtur. *Ad primam* In responsione ad primū dicit, quod proprie nullo eorum modorum esse dicitur in alio quos recenset Aristot. 4. phisic. text. 32. filius est in patre, nec pater in filio: modus tamen quo res dicitur esse in suo principio, est magis similis modo quo filius est

in patre. *In responsione ad secundum* explicat autoritatem illam Micheæ. 5. vbi loquens de filio Dei inquit, egressus eius ab initio à diebus æternitatis: & docet quod ille egressus, etiam exitus filij à patre non est per distantiam loci, sed est interna processio filij à patre: sicut verbū procedit ab anima per actum intellectus, in qua quidē anima manet, & ab ea non egreditur. *Quod docet in responsione ad tertium* explicatum est in corpore articuli. Et adde quod ultra prædictos modos, quibus omnis diuina persona est in qualibet alia, est alius quo qualibet earum est in quauis alia: vt cognitum est in cognoscente, & amatum in amante: nam qualibet cognoscitur & amatur ab omni alia: verum potissimum pater est in filio, & filius in patre secundum essentiam, & propter essentiam unitatem in vtroque: vt plures attestantur sancti. Ait enim Ambrosius super episto. 2. ad Corinth. capit. 13. per hoc intelligitur pater esse in filio, & filius in patre, quia vna est eorum substantia. Et Hilarius. 4. de trinit. inquit: patrem ergo in filio, & filium in patre esse, plenitudo in vtroque diuinitatis perfecta est. Et August. de fide ad Petrum cap. 1. dicit, per hanc unitatem naturalem, totus pater in filio & spiritu sancto est: totus filius in patre & spiritu sancto est: totus quoque, spiritus sanctus in patre & filio. *Verum aduersus sancti Thom. assertio. 1. Argumenta argumentamur.* Filius est in patre sicut subsistens in subsistente: sed essentia filij est in patre sicut natura in supposito, & non sicut subsistens in subsistente: ergo filius non est in patre ratione essentia. *Respondemus* planè negando consequentiam: siquidem ex illo antecedente duntaxat colligendum erat, quod essentia filij alio modo est in patre, quam filius: sed non sequitur, quod essentia non sit ratio quate filius sit in patre: quemadmodum quantitas sortis est ratio quate ipse sit in loco, sicut subsistens in subsistente: verum quantitas hoc pacto non est in loco. *Secundo opponimus.* Pater & filius distinguuntur realiter per paternitatem & filiationem: ergo secundum eas neuter est in alio. *Negamus* proculdubio consequentiam: quinimo pater & filius sunt in se inuicem secundum relationes, iuxta sensum assignatum: quoniam vtraque illarum est in ratione, & intellectu alterius. *Tertio* pater est in filio vt asseritur, quia essentia quæ est pater est in filio: sed essentia quæ

Articulus sextus.

An filius sit æqualis patri secundum potentiam.



D sextum sic proceditur. Videtur quod filius non sit æqualis patri, secundum potentiam. Dicitur enim Ioan. 5. Non potest filius à se facere quicquā nisi quod viderit patrem facientem. Pater autem à se potest facere. Ergo pater maior est filio secundum potentiam.

Præterea. Maior est potentia eius qui præcipit & docet, quam eius qui obedit, & audit. Sed pater mandat filio, secundum illud Ioan. 14. Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Pater etiam docet filium: secundum illud Ioan. 5. capit. Pater diligit filium, & omnia demonstrat ei, quæ ipse facit. Similiter & filius audit, secundum illud Ioan. 5. Sicut audio iudico. Ergo pater est maioris potentie, quā filius.

Præterea. Ad omnipotentiam patris pertinet, quod possit filium generare sibi æqualem. Dicit enim Augu. in libro contra Maximinū. Si non potuit generare sibi æqualem, vbi est omnipotentia Dei patris? Sed filius non potest generare filium, vt supra ostensum est. Non ergo quicquid pertinet ad

Ad omni

est filius est in filio: ergo filius est in filio.

Responsio. Respondemus negando consequentiam: ad cuius maiorem explanationē obseruatio. *Obseruatio* sit in alio, necessum est vt ea distincta sint vel secundū rem, aut rationē: & si sunt distincta secundū rationē tantū, necessum itidem est quod res quæ est in alio significet vt forma, & aliud vt habens formā. Quocirca natura dicitur esse in supposito, sed suppositū nō est in natura: & essentia dicitur esse in patre, sed pater nō dicitur esse in essentia sed essentia ipsa: & deitas dicitur esse in deo sed nō Deus in deitate: esto sit ipsamet deitas. Quapropter idē secundū re & rationē non potest esse in se ipso, atque adeo filius non est in filio. *Ad uerba S. Th. sententia plura* argumenta alia obijciunt Durandus in 1. dist. 19. quæst. 2. & Scotus eodē libro & eadē distinctione & quæstione, & Aureolus dist. 19. ar. 1. & Henricus in summa: quorū argumenta longū & inutile profus esset recensere: & ad ea respondet Capreolus in 1. dist. 19. quæst. 1. Quæ sanè omnia facile est diluere, si mēs sancti Thom. semel percipiatur, vt iam explicuimus. *Demū pro complemento* huius articuli notādū est, quod cum dicimus patrem esse in filio secundū essentiam, esse in, non dicit relationē neque distinctionē realē: quia eadē est essentia in vtroque. Sed cum dicimus patrem esse in filio secundū relationem aut originē, esse in, dicit distinctionē realē inter personā quæ est in alia, & alia in qua illa est: quia nequit vna persona esse in alia secundū originē, aut originis relationē, quia ipsæ distinguatur. Et hoc docet S. Thom. in 1. dist. 19. quæst. 3. ar. 2. ad tertium. Cuius verba sunt quæ sequuntur. Si accipiatur pater esse in filio propter unitatē essentia, eodē modo est pater in filio, & filius in patre: & tunc hæc prepositio, in, nō importabit aliquā relationē realē, sed tantū relationē rationis: qualis est inter essentiam & personā secundū quā essentia dicitur esse in persona. Si autem hoc accipiatur ex parte relationis, tūc est alius & alius modus (vt dictū est) secundū diuersam habitudinē patris ad filium, & filij ad patrem. Hęc S. Thom. *Quo fit, vt* esse in aliquo secundū essentia sit essentialē: quia cōpetit ipsi essentia quæ est in personis, & omnibus personis quæ sunt in se inuicem ratione essentia: at esse in aliquo ratione relationis aut originis, nō est essentialē: quādo non cōuenit essentia, et si cōueniat omnibus personis.

Dubitatio

Ad secundum

Nota

Ambrosius

Hilarius

Augustinus

Argumentum contra sancti Thomam

Responsio

Argumentum

Responsio

Argumentum

Amos

S. Thom.

Corollari

omnipotentiam patris, potest filius. Et ita non est ei in potestate aqualis. ¶ Sed contra est quod dicitur Ioan. 5. Quæcunq; pater facit hæc & filius similiter facit.

¶ Respondeo dicendum, qd necesse est dicere, qd filius est æqualis patri in potestate. Potentia enim agendi consequitur perfectionem naturæ. Videmus enim in creaturis, qd quanto aliquis habet perfectiorē naturam, tanto est maioris virtutis in agendo. Ostensum est autem supra, quod ipsa ratio diuinæ paternitatis & filiationis exigit, qd filius sit æqualis patri in magnitudine, id est perfectione naturæ. Vnde relinquitur qd filius sit æqualis patri in potestate. Et eadem ratio est de spiritu sancto, respectu vtriusque.

¶ Ad primum ergo dicendum, qd in hoc quod dicitur, filius non potest à se facere quicquam, non subtrahitur filio aliqua potestas, quā habeat pater: cū statim subdatur, qd quæcunque pater facit filius similiter facit: sed ostenditur quod filius habet potestatem à patre à quo habet naturam. Vnde dicit Hilarius. 9. de trinitate. Naturæ diuinæ hæc vnitas est, vt ita per se agat filius, qd non à se agat.

¶ Ad secundum dicendum, quod in demonstratione patris, & auditione filij, non intelligitur nisi quod pater communicat scientiam filio, sicut & essentiam. Et

ad idem potest referri mandatum patris, per hoc quod ab æterno dedit ei scientiam & voluntatem agendorum eum generando. Vel potius referendum est ad Christum secundum humanam naturam.

¶ Ad tertium dicendum, quod sicut eadem essentia quæ in patre est paternitas in filio est filiatio: ita eadem est potentia qua pater generat, & qua filius generatur. Vnde manifestum est, quod quicquid potest pater, potest filius: non tamē sequitur qd possit generare, sed mutatur quid in ad aliquid. Nam generatio significat relationem in diuinis. Habet ergo filius eandem potentiam quam pater, sed cum alia relatione. Quia pater habet eam, vt dans. Et hoc significatur cum dicitur, quod potest generare. Filius autem habet eam, vt accipiens. Et hoc significatur, cum dicitur, qd potest generari.

Commentarium.



Onstituit diuus Thomas conclusionem de fide tenendam. Filius est æqualis patri secundum potentiam. ¶ Quam probat in argumento ad oppositum Ioannis testimonio cap. 5. quæcunque pater facit, hæc & filius similiter facit. Et ex simbolo demonstrari itidem potest æqualis patri secundum diuinitatem, ergo secundum potentiam: quia diuinitas omnia potest, & omnē potestiam habet. Probat rursus eā ratione. ¶ Potentia agendi cōsequitur perfectionē nature, res enim

Conclusio D. Tho.

Probatur scriptura testimonio

Probatur ratione.

enim quod perfectiorē naturam habet, eā maiorem habet potentiam ad agendum ceteris partibus: vt angelus maiorem potentiam habet ad intelligendum qd homo, quia natura perfectiorem habet: at filius est æqualis patri secundum naturam perfectionē & magnitudinem, vt demonstratum est articulo. 1. & 4. ergo filius est æqualis patri secundum potentiam. Et eadem est ratio de spiritu sancto respectu patris & filij. ¶ Aduersus tamen assertionem diui Tho. qua affirmat, quod quantum aliqua res habet perfectiorem naturam, tantō est maioris virtutis in agendo, insurgimus: quia auis potest volare, & homo ea perfectior, non potest: insuper aquila perfectius homine videt, & canis perfectius homine olfacit: ergo assertio sancti Thomæ est falsa. ¶ Respondemus, illam diui Thomæ assertionem hoc pacto accipiendam: quælibet res nature perfectioris potest efficere aliquam operationem naturā præstantiorem, quacunq; operatione alterius rei imperfectioris: at non oportet, quod omnes operationes rei perfectioris sint naturā præstantiores quibuscunq; operationibus rei imperfectioris, vt ostendit argumentum. ¶ Secundū argumentamur. In Deo magnitudo & potentia idem penitus sunt, scilicet ipsa diuina essentia: sed in articulo. 4. decretum est filium esse æqualem patri secundum magnitudinem: ergo vanū prorsus & superfluum est in articulo. 6. interrogare, an filius sit æqualis patri secundum potentiam. ¶ Negamus profecto consequentiam, nam quauis magnitudo & potentia sint idem secundum rem, differunt tamē secundum rationem. ¶ Vnde obseruandum est iuxta sancti Thomæ mentem in. 1. dist. 19. quæst. 3. art. 1. quod diuina essentia trifariam considerari potest: vno modo quod ad complementum suæ perfectionis, & hac ratione dicitur magnitudo: alio modo quod ad esse, durationem seu permanentiam, & hoc pacto intellecta dicitur æternitas: tertio in ordine ad eius operationē, & isto modo cognita, appellatur potentia. Nunc dicimus sanctum Tho. docuisse in articulo. 2. patrem esse æqualem filio secundum æternitatem: in quarto secundum magnitudinem: & in hoc. 6. secundum potestiam. Et mirū hæc omnia sapienter & non absurdè disputauit, quoniam de diuina essentia secundum diuersas cōsiderationes & rationes, diuersè sese offerunt quæstiones discutendæ. ¶ Quæ S. Th.

Argu- mentum contra san- ctum Tho. ad declara- tionē literæ

Responsio.

Argu- mentum.

Responsio.

Annota- tio.

Responsio.

docet ad primū & secundum fusè explicui- sione ad pri- mum quæ. 27. ar. 1. disputatio. 1. 3. disputationis num. 2. parte, vbi respōdemus ad argumēta Arrij. ¶ Tertium tamen argumētum sancti Th. inquit difficultatē huic loco propriam & germanam, quam nos argumētis quæ sub scribuntur in medium afferemus, & absoluemus. Quæ quidē argumēta opponēbāt aduersus catholicos pestilētissimos Arius & eius sequaces: quorum plurima certē sophistica sunt, & ob id mirū esse nō debet, si ad modū sophistarū ea diluamus. ¶ At qui in initio opponimus contra statutam conclusionem diui Tho. Pater & filius sunt æquales in potentia, ergo omnem potestiam quā habet pater, habet filius. Et vltra omnem potentiam quā habet pater, habet filius: sed pater habet potentiam generandi, ergo filius habet potentiam generandi: & ex consequenti potest generare, quod est hæreticū. ¶ Vt hoc argumētum, & innumera id genus dissoluamus, recollere oportet quæ à nobis definita sunt quæstione præcedenti articulo. 5. præsertim 3. assertionē: videlicet, qd potentia generandi est natura diuina cū paternitate: atq; adeo significat essentiam in recto, & relationem in obliquo: quia idē pollet potentia generandi, & essentia cū paternitate: at hoc complexum significat essentiam in recto, & relationem in obliquo, vt patet: ergo & illud. ¶ Quo fit, vt potestiam generandi, quatenus importat essentiam in recto, sit cōmunis tribus personis: sed quantum significat relationē in obliquo, tantū sit propria patri. Quod quidem illatum expressis verbis affirmat sanctus Tho. illo articulo. 5. citato ad. 3. in quibus. Quantum ad essentiam quæ significatur potentia generandi, cōmunis est omnibus tribus personis: quantum autem ad notionem quæ connotatur, propria est personæ patris. Hæc sanctus Tho. Et hoc planè est intelligendum, si gerundiiu generandi assumatur actiue: nam si passiuè accipiat, simpliciter hæc est verā propositio: potestiam generandi est in filio, & filius habet potestiam generandi: id est, vt generetur. Et ita dem est vera, si illud gerundiiu sit verbi impersonalis: quia facit hūc sensum. Filius habet potestiam generandi: hoc est, quia ab aliqua persona generetur. Et hoc etiā docet diuus Tho. quæstione præcedenti ar. 6. ad. 1. ¶ Et adde quod in argumento præfato & in reliquis quæ proponuntur, illud gerundiiu generandi duntaxat assumitur actiue: ita vti ista

Argu- ad uersus stan- tiam con- clusionē d. Thom.

Nota

Corollariū

Animad- uerſe.

propositio, hęc persona habet potētiam generandi, faciat hunc sensum: id est, habet potentiam vt generet. ¶ Denique maximē memorię commendandum est, quod hęc ad tertium animaduertit sanctus Tho. q̄ esto pater & filius habeant eandem potentiam, diuerso tamen modo habent eam: siquidem pater habet eam vt dans, & cum relatione paternitatis: & filius vt recipiens, & cum relatione filiationis: & hinc oritur quod pater habet potētiam generandi, filius minime: licet eadem prorsus potentia sit, & qua pater generat, & qua filius generatur: videlicet diuina essentia, vt ostensum est quęst.

1. Responso ad argumētum. ¶ Argumētum principio respondemus distinguendo vltimum consequens: vt pote, filius habet potētiam generandi: nā si faciat hęc sensum, quod filius habet potentiam generandi quod ad essentiam, quam in recto significat hoc complexum potentia generandi: & sic concedimus omnia quę in argumēto assumuntur. Si verō accipiatur illud consequens iuxta hunc sensum, q̄ filius habet paternitatem, quam illud complexum significat in obliquo: negamus vltimam consequētiam, & defectum eius illico aperiemus.

2. Responso. ¶ Secundō respondemus negādō vltimam consequētiam: videlicet, omnem potētiam quā habet p̄r, habet filiū. sed pater habet potētiam generandi, ergo filius habet potētiam generandi. Et eius nimirum defectum in simili assignamus: omnem voluntatem quā habet p̄r, habet filiū: sed pater habet voluntatem quā vult esse pater, & non filius: ergo filius habet voluntatem quā vult esse pater, & non filius: quod est manifestē hęreticum. Hęc collectio absque dubio habet eandem formam cum alia, sed defectus huius in foribus est & omnibus manifestus, ergo alterius etiam. ¶ Et Obserua quod Magister sentent. in. 1. distinctione. 7. in fine secundam hoc simile assignat defectum illius consequētiam. ¶ Ceterum dubitatur quis defectus committatur in illa consequētia, postquam dicimus eam nullam esse.

Responso ad argumētum. ¶ Respondēt vtiq̄ Thomistę vt Capreol. in. 1. dist. 7. quęst. 2. quod committitur in ea fallacia figurę dictionis: & sanctus Tho. respondet hęc ad tertium quod mutatur quid in ad aliquid: id est, procedit argumētum ab absoluto ad relatiuum: Nam potentia est absolutum, & potentia generandi est relatiuum, vel relationem aut notionem

importat. ¶ Nos verō iuniorum defectus syllogismorum assignantes paucis respondemus, quod variatur appellatio: quando in minori, scilicet pater habet potentiam generandi, illud gerundium appellat actum generationis supra patrem: in consequente verō supra filium. Quapropter ex illo antecedenti solum colligendum est, ergo filius habet potentiam, quę est potentia generandi: & nullum incommodum est (vt dicunt sophistę) quod medium intret conclusionem, ad vitandum aliquem defectum, & seruandum aliquam logicę proprietatem. Quod si hic defectus tibi non placet, confestim alium assignabimus in argumēto sequenti. ¶ Secundō obiicimus, pater habet potētiam generandi: & filius nō habet potētiam generandi: ergo aliquam potētiam habet pater quam non habet filius: atque adeo non sunt æquales, sed pater est potentior filio: vt nequissimus Arrianus contendebar probare, & Maximinus Arrianus. ¶ Certē collectio nulla est, etenim in simili eam infirmamus. Pater habet essentiam cum paternitate: & filius non habet essentiam cum paternitate: ergo pater habet essentiam, quam non habet filius. Absque dubio hęc collectio prorsus est eadem cum illa, cum constet ex terminis conuertibilibus cum terminis alterius, vt liquet ex annotatione præmissa, quando quidem potentia generandi & essentia cum paternitate conuertuntur, vt ibidem ostensum est: & hęc vt clarē est manifestē mala, ergo & illa. In humanis quoque in simili non valet, Petrus albus habet naturam humanam cum albedine: Æthiops non habet naturam humanam cum albedine: ergo Æthiops non habet naturam humanam. ¶ At percontabitur aliquis, quis nam defectus in illa consequētia committatur. ¶ Respondemus planē eam, procedere à restricto ad non restrictum (vt aiunt summulista) negatiuē, quod est ferme argumentari ab inferiori ad suum superius neganter: vt, non est homo, ergo non est animal: nam potentia generandi (vt supra iterauimus) idem pollet quod hoc complexum essentia cum paternitate, vbi nomen essentia restringitur ab illo obliquo paternitate: & in consequenti non est huiusmodi restrictio, vt vides. ¶ Et vt quod proximē polliciti sumus adimpleamus, obserua quod in consequentia secunda prioris

Responso autem.

2. Argumētum.

Responso.

Dubitatio

Responso

argu

argumenti committitur oppositus defectus: videlicet, à non restricto ad restrictū affirmanter: quod ferē est argumentari à superiori ad inferius affirmatē. vt est animal, ergo est homo. ¶ Tertio pater & filius sunt æquales in potentia, ergo quicquid potest pater, potest filius: sed pater potest generare ergo filius potest generare &c. ¶ Sanctus Tho. hęc ad tertium respondet negando vltimam consequētiam, & assignat in ea defectum, q̄ mutatur quid in ad aliquid: id est, proceditur ab absoluto ad relatiuum.

3. Argumētum.

Responso.

Responso autem.

¶ Sed reuera nos distingueremus consequēs prioris consequētiam, videlicet quicquid potest pater potest filius: Nā si sensus eius est, quod omnem potentiam quam habet pater, habet filius: verum quidem est: & concedimus consequētiam priorē, & negamus secundam: quę virtute est eadem cū consequentia prioris argumenti, & ad eā respondēdum est sicut ad primū argumētum. Si autē hoc consequēs, scilicet quicquid potest pater potest filius, accipiatur in hoc sensu: id est, omnem actionem quā pater potest habere & exercere, potest filius: illud quidem falsum est: & negamus priorē consequētiam, videlicet pater & filius sunt æquales in potētia: ergo quicquid potest pater, potest filius: Nam illa consequentia: quicquid potest pater & filius sunt æquales in potētia, ergo omnem actionē quam potest exercere pater, potest filius: quę nulla sanē est, quia à potentia ad actum non valet collectio. Insuper confestim patet eius defectus in creaturis, siquidē ignis habens virtutē vt quatuor, & aqua etiam habens virtutē vt quatuor, sunt æquales in potētia: tamen ignis potest calefacere, aqua verō non. Et si idē numero calor poneretur in femina & in viro, illi haberent eandem potētiam: & femina mediā te illa posset generare lac, & non vir. Potentia igitur vna numero, in vno supposito est principium vnius actionis, in altero verō non est principium eiusdem actionis. Ad rem ergo dicimus, quod pater & filius habent eandem numero potētiam, quę est diuina essentia: verum illa in supposito patris est principium generationis, sed nō in supposito filij: eadem tamen potētia quę in patre est potētia vt generet, in filio est potētia vt generetur. ¶ Quarto pater potest esse pater, & nō potest esse filius: & filius potest esse filius, & nō potest esse pater: ergo

4. Argumētum.

aliquam potētiam habet pater, quā non filius: & viceversa: ac subinde non sunt æquales in potētia. ¶ Negamus profectō consequētiam, nam potētia dicitur esse respectu operationis: & primam personam posse esse patrem, & secundam posse esse filium, non dicit ordinem ad aliquam operationem: sed possibilitas qua prima persona potest esse pater, & secunda filius, est quædam necessitas & connexio terminorū. Rursum denuo, impossibilitas qua pater nō potest esse filius & qua filius nō potest esse pater, non est impotentia aliqua: sed repugnantia terminorū. ¶ Quinto, filius potest generare aliū filium, ergo filius habet potētiam generandi: & ex consequenti perpetim negauimus filium habere potētiam generandi. Assumptum autem ostendimus ex Aug. contra Maximinū li. 3. ca. 12. iam ad finē, cuius verba sunt quę subscribuntur. Absit autē, vt quomodo putas, ideo sit potentior pater filio, quia creator ē genitū pater, filius autē non genuit creatorē: neq̄ enim non potuit, sed non oportuit. Hęc Aug. Quibus verbis palā docet, filium posse generare: sed nō generare, quia nō oportuit. ¶ Ad hoc argumētū respondēt Magister sentent. dist. 7. primi & sanctus Tho. quęst. præcedenti art. 6. ad secundum, q̄ Augustini testimoniū hoc pacto est accipiendū: q̄ filium nō posse generare, nō est ex impotentia eius: nā impotentia dicit fragilitatē & imperfectionē: ¶ At obiicimus, si pater nō posset generare, esset in eo impotentia: sed filius nō potest generare, ergo est in eo impotentia: tiam vtrinq̄ videtur cōsimilis ratio. ¶ Negamus quippō consequētiam, quia generare est de his quę spectat ad rationē & perfectionē patris, & ideo si p̄r nō posset generare, esset in eo impotentia: sicut in homine eunuchō est impotentia nō posse generare, & in cæco nō posse videre: quia generare & videre pertinet ad perfectionē hominis: at verō posse generare nō attinet ad rationē filij, quia filius: & ob id in eo nō posse generare nō est impotentia nēq̄ imperfectio, sicut in lapide nō posse videre. ¶ Tandē vltimo, filius in humanis habet potētiam generandi, quia pater habet eā potētiam, & habet naturā patris: sed in diuinis filij habet eandē naturā patris, & pater potest generare: ergo filius potest generare. ¶ Negamus sanē maiorem, sed filius potest generare in humanis, quia tota perfectio generationis, & paternitatis nō cōtinetur in generatione & paternitate

Responso.

5. Argumētum.

Augustinus.

Responso.

Obiectia.

Responso.

Vltimū argumētum.

Responso.

patris humani: at tota perfectio generationis & paternitatis, & quicquid ad perfectionem generationis & paternitatis imaginatione comprehendi potest, continetur in generatione & paternitate patris æterni: quã obrem nequit esse duplex generatio, neque

duplex paternitas in diuinis: vt ostendimus quæstione præcedenti articulo. 6. in expositione quartæ rationis quam ibi adducit sanctus Thom. Lege ea quæ inibi dicimus, & exactè intelliges responsionem hanc.

QVÆSTIO. XLIII.

De missione diuinarum personarum.



DEINDE considerandum de missione diuinarum personarum.

¶ Et circa hoc queruntur octo. Primò vtrum alicui diuinæ personæ conueniat mitti. Secundò, vtrum missio sit æterna, vel temporalis tantum. Tertio, secundum quid diuina persona inuisibiliter mittatur. Quarto, vtrum cuiuslibet personæ conueniat mitti. Quintò vtrum inuisibiliter mittatur, tã filius quàm spūs sanctus. Sextò, ad quos fiat missio inuisibilis. Septimò, de missione visibili. Octauò, vtrum aliqua persona mittat seipsam visibiliter, aut inuisibiliter.

Articulus primus.

Vtrum alicui persona diuina conueniat mitti.



D primū sic proceditur. Videtur quod personæ diuinæ non conueniat mitti. Missus enim minor est mittente, sed vna persona diuina non est minor alia: ergo vna persona non mittitur ab alia. Præterea. Omne quod mittitur separatur à mittente. Vnde Hiero. dicit super Ezechi. Quod coniunctum est & in corpore vno copulatum mitti non potest: sed in diuinis personis, nihil est separabile, vt Hilár. dicit: ergo vna persona non mittitur ab alia.

¶ Præterea. Quicumq; mittitur ab aliquo loco discedit, & ad aliquè locum de nouo vadit: hoc autem diuinæ personæ non conuenit, cū vbicq; sit: ergo diuinæ personæ non conuenit mitti.

¶ Præterea. Quicumq; mittitur ab aliquo loco discedit, & ad aliquè locum de nouo vadit: hoc autem diuinæ personæ non conuenit, cū vbicq; sit: ergo diuinæ personæ non conuenit mitti.

¶ Sed contra est quod dicitur Ioã. 8. Non sum ego solus, sed ego & qui

qui misit me pater.

¶ Respondeo dicendum, quod in ratione missionis duo importantur. Quorum vnum est habitudo missi ad eum à quo mittitur. Aliud est habitudo missi ad terminum, ad quem mittitur. Per hoc autem quod aliquis mittitur, ostenditur processio quædam missi à mittente: vel secundum imperium, sicut dominus mittit seruum: vel secundum consilium, vt si consiliarius mittere dicatur regem ad bellandum: vel secundum originem, vt si dicatur quod flos emittitur ab arbore. Ostenditur etiam habitudo ad terminum ad quem mittitur, vt aliquo modo ibi esse incipiat: vel quia prius ibi omnino non erat quo mittitur, vel quia incipit ibi aliquo modo esse, quo prius non erat. Missio igitur diuinæ personæ conuenire potest, secundum quod importat ex vna parte processionem originis à mittente, & secundum quod importat ex alia parte nouum modum existendi in alio. Sicut filius dicitur esse missus à patre in mundum, secundum quod incepit in mundo esse per carnem assumptam, & tamen ante in mundo erat, vt dicitur Ioan. primo.

¶ Ad primū ergo dicendum, quod missio importat minorationem in eo qui mittitur, secundum quod importat processionem à principio mittente: aut secundum imperiū, aut secundum consi-

lium: quia imperas est maior, & consilius est sapientior. Sed in diuinis non importat nisi processionem originis, quæ est secundum equalitatem, vt supra dictum est.

¶ Ad secundum dicendum, quod illud quod sic mittitur, vt incipiat esse vbi prius nullo modo erat, sua missione localiter mouetur. Vnde oportet quod loco separetur à mittente. Sed hoc non accidit in missione diuinæ personæ, quia persona diuina missa sicut non incipit esse, vbi prius non fuerat, ita nec desinit esse, vbi fuerat. Vnde talis missio est sine separatione, sed habet solam distinctionem originis.

¶ Ad tertium dicendum, quod obiectio illa procedit de missione, quæ fit secundum motum localem, quæ non habet locum in diuinis.

Commentarium.



Hæcenus D. Tho. dist. 14. Methodus ruit de tribus diuinis personis in ordine ad se: nunc vero incipit agere de eisdem in ordine ad creaturas. De qua re disputant doctores in 1. distinctione. 14. 15. 16. & 17. Magistrum sententiar. sequuntur: & præsertim Aug. lib. 12. Augustin. de trini. à cap. 5. per multa capita, & 4. de trini. à cap. 19. & sæpe alibi, huius meminit materia: lege loca citata, si vis tractatū hūc ad vnguem intelligere. Et nimirū quæstioni propositæ duabus satisfacit assertionibus, quarū prior est. ¶ Alicui diuinæ personæ cō-Prætor asser uenit mitti. Hæc sanè cōclusio est de fide testimo neda, quã probat in argumēto ad oppositū testimonio Ioan. 8. cap. non sum ego solus, sed ego & qui misit me pater. ¶ At verò 1. Annon. pro intelligentia secundæ assertionis statuendæ, præmittit nonnulla in initio, quid quid missio sit missio in genere, & vt est commune.

nomen ad missionem in creaturis & in diuinis: & est vtrique processio quaedam ab aliquo principio, ad aliquem terminum vbi prius non erat: vel vbi recens incipit esse, alio modo quam ibi antea erat: vt cum dominus mittit seruum in aliquem locum.

1. Corolla.

Alia definitionis pars infra patebit. ¶ Quo circa nomen missio duas relationes aut habitudines importat: alteram ad principium alteram vero ad terminum.

2. annotat.

¶ Supponitur insuper, quod ille qui ab alio mittitur trifariam contingit mitti: aliquando per impetium, vt seruus mittitur a domino: non nunquam per consilium, vt cum is qui est a consilijs regis ei consulit bellare: tunc enim rex mittitur in bellum a consiliario eius: interdum mittitur ab alio, per originem, vt cum arbor floret, ipsa arbor dicitur flores emittere: & flos dicitur ab arbore mitti.

3. Corolla.

¶ Quo fit, vt duo primi modi missionis dicantur imperfectionem: nam primus importat subiectionem, secundus ignorantiam.

Sed tertius mittendi modus per originem prorsus nullam imperfectionem significat: cum imperfectionis non sit ab alio origine habere, neque in humanis neque in diuinis. Filius siquidem in humanis secundum naturam ita perfectus est, sicut pater a quo originem ducit: & in diuinis est quidem res manifesta. His igitur praemis, constituitur secundam assertionem.

4. assertio.

¶ Missio diuinæ personæ est processio eius per originem ab alia, velut a suo principio, ad sanctificandam creaturas in quibus recens incipit esse, modo quodam quo antea in illis non erat: vt processio filij à patre in mundum, in quo incipit esse nouo modo quo antea non erat: incarnatus scilicet, & per carnem assumptus: esto antea erat in mundo vt habetur Ioan.

5. Corolla.

¶ Ex quibus palam colligitur, quod missio diuinæ personæ supponit aut accipitur pro æterna processione, ratione cuius persona procedens habet quod possit mitti: vt innuit sanctus Thomas articulo. 2. ad primum & tertium. Et connotat seu formaliter significat effectum temporarium. Et adde, quod etiam missio diuinæ personæ potest sic defini. ¶ Est productio personæ à persona, virtute cuius persona producta auctu mittitur ad sanctificandam nos. An autem persona aliqua possit mitti ab ea à qua non procedit, determinat diuus Thom. articulo. 8. & an pater possit mitti, definit articulo. 4. & ob id ab huiusmodi quaestioni

6. illa missiois definitio.

bus in presentia super sedendum censuimus. ¶ Ceterum aduersus priorem assertionem quis obijcere potest. Angeli superiores & perfectiores non mittuntur ad nos, vt docet sanctus Thomas. 1. part. quaestione. 112. arti. 1. Sed diuinæ personæ sunt in infinitum perfectiores: ergo non mittuntur ad nos. ¶ Negamus consequentiam: quia missio angeli est per motum localem, quæ dicit imperfectionem: sed missio diuinæ personæ est per originem, & nullam imperfectionem dicit.

Obiectio

Responsio.

Articulus secundus.

Verum missio sit æterna, vel temporalis tantum.



D secundum sic proceditur. Videtur quod missio possit esse æterna. Dicit enim Gregor: Eo mittitur filius quo generatur. Sed generatio filij est æterna. Ergo & missio.

¶ Præterea. Cuiusque conuenit aliquid temporaliter, illud mutatur. Sed persona diuina non mutatur. Ergo missio diuinæ personæ non est temporalis, sed æterna.

¶ Præterea. Missio processione importat, sed processio diuinarum personarum est æterna: ergo & missio. Sed contra est, quod dicitur Gal. 4. Cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum.

Respon-

¶ Respondeo dicendum: quod in his quæ important originem diuinarum personarum est quaedam differentia attendenda. Quaedam enim in sui significatione important solum habitudinem ad principium: vt processio & exitus. Quaedam vero cum habitudine ad principium determinant processionis terminum. Quorum quaedam determinant terminum æternum: sicut generatio & spiratio. Nam generatio est processio diuinæ personæ in naturam diuinam. Et spiratio passiuè accepta importat processionem amoris subsistentis. Quaedam vero cum habitudine ad principium important terminum temporalem sicut missio & datio. Mittitur enim aliquid ad hoc vt sit in aliquo. Et datur ad hoc quod habeatur. Personam autem diuinam haberi ab aliqua creatura, vel esse nouo modo existendi in ea, est quoddam temporale. Vnde missio & datio in diuinis dicuntur temporaliter tantum: generatio autem & spiratio solum ab æterno. Processio autem & exitus dicuntur in diuinis & æternaliter & temporaliter. Nam filius ab æterno processit vt sit Deus, temporaliter autem, vt etiam sit homo secundum missionem visibilem, vel etiam vt sit in homine secundum inuisibilem missionem.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod

Grego. loquitur de generatione temporali filij, nõ à patre sed à matre. Vel quia ex hoc ipso filius habet quod possit mitti: quod est ab æterno genitus.

¶ Ad secundum dicendum: quod diuinam personam esse nouo modo in aliquo, vel ab aliquo haberi temporaliter, non est propter mutationem diuinæ personæ, sed propter mutationem creature: sicut & Deus temporaliter dicitur dominus propter mutationem creature.

¶ Ad tertium dicendum, quod missio non solum importat processionem à principio, sed determinat processionis terminum temporalem: vnde missio solum est temporalis: vel missio includit processionem æternam, & aliquid addit scilicet temporalem effectum. Habitudo enim diuinæ personæ ad suum principium non est nisi ab æterno. Vnde gemina dicitur processio, æterna scilicet & temporalis nõ propter hoc quod habitudo ad principium geminetur, sed geminatio est ex parte termini temporalis & æterni.

Commentarium.



Diuus Th. constituit affirmantem conclusionem. Missio diuinæ personæ est temporalis. Hæc est de fide tenenda, vt constat ex Paulo ad Galat. 4. Cum venit plenitudo temporis misit Deus filium suum.

Conclusio S. Thom.

Deo s. fir

Obiectio. sit Deus filium suum. ¶ At obicitur aliquis in hunc modum. Missio diuinæ personæ supponit aut accipitur pro productione æterna, vt liquet ex articulo præcedenti: ergo missio diuinæ personæ est æterna. Hoc est tertium argumentum sancti Th. ¶ **Responsio.** demus iuxta mentem eius negando consequentiam: quia nomen missio diuinæ personæ, connotat & formaliter significat temporalem effectum, vt pote sanctificationem nostram: quemadmodum constat ex definitione quam in præcedenti articulo assignauimus de missione diuinæ personæ, & ratione termini quem formaliter significat temporalis: sicut creatio actiua supponit aut accipitur pro re æterna, scilicet pro deo creature, tamen est temporalis, quoniam connotat rem temporalem: creatio enim est productio creaturæ à Deo. ¶ Atqui secundò obijcimus: Sicut missio habet terminum temporarium, ita quoque principium æternum: vt clarè per ea quæ dicta sunt articulo. 1. sed ratione termini temporarij dicitur temporaria; ergo ratione principij æterni dicitur æterna. ¶ **Responsio.** Negamus planè consequentiam, & infirmamus eam in simili exemplo proximè adducto de creatione. Creatio nanque sicut habet terminum temporarium; puta creaturam: ita principium æternum, hoc est ipsum Deum: sed ratione termini temporarij est temporaria, & ratione principij æterni non est æterna. ¶ Sed quò clarior reddatur litera sancti Th. aliqua sunt nobis præmittenda: initiò, quòd omnes diuinæ personæ veniunt ad nos ad sanctificandum nos iuxta illud Ioan. 1. 4. ad eum venimus, & mansionem apud eum faciemus: & etiam dantur nobis, vt eas habeamus & possideamus per gratiam, quòd speciatim de spiritu sancto legitur ad Rom. 5. Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis: & Ioan. 7. nõdum enim erat spiritus sanctus datus: & primò ad Thessalon. 4. qui etiam dedit spiritum suum sanctum in nobis. Et de filio insuper legitur Eliaz. 9. filius datus est nobis. Et de patre ratione planè probari potest, quia nullum modò occurrit scripturæ testimonium: nam venit ad nos vt pater ex illis verbis Ioan. 1. 4. proximè citatis, & venite ad nos est gratuito se dare nobis per gratiam. Diuina rursus persona dicitur exire ab alia ad sanctificandum nos: Ioan. 16. exiit à patre, & venit in mundum. Item diuina

persona dicitur procedere à Deo in nos: Ioan. 8. ego enim ex Deo processi, neque à me ipso veni. Et tandem diuinæ personæ dicitur mitti ad nos, vt probatum est articulo præcedenti de filio, testimonio Ioan. cap. 8. & de eodem filio ad hoc propositum sunt plura testimonia: Ioan. enim. 6. habetur, sicut misit me viuens pater. & Ioan. 4. meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me. & Ioan. 16. Sicut misit me pater. Et de spiritu sancto itidem sunt plura testimonia: Ioan. 17. Si enim non abiero paracletus non veniet ad vos, si autem abiero mittam eum ad vos. & 1. Petri. 1. Spiritu sancto misso de celo in quem desiderant angeli prospicere. Longum profectò esset & superuacaneum, ad hanc annotationem corroborandam & singulas eius partes, omnia testimonia adducere, quæ pro eis faciunt: De patre quippe quòd mittatur, aut procedat, aut exeat nullum est testimonium: quia nõ mittitur, nec procedit, neque exit: vt dicemus articulo. 4. ¶ His igitur sic constitutis, diuus Th. ad maiorem claritatem præfatæ conclusio- nis constituit in corpore articuli diuisione nominum, quæ significant origines personarum: Quæ quidè diuisio sic habet. ¶ Nomina quæ significant origines diuersarum personarum, sunt triplicis generis: quædam planè in sui significatione important duplicem habitudinem: alteram ad principium æterni, & alteram ad terminum æternum, vt generatio diuina & spiratio: est enim diuina generatio origo actiua filij æterni à patre æterno: & spiratio est origo actiua spiritus sancti à patre & filio. Et nimirum res pro quibus ista nomina supponunt, vti ipsa generatio & spiratio, sunt æternæ: quia earum principium & terminus sunt æterna. ¶ Secundi autem generis sunt nomina, quæ important duas habitudines: vnam quidem ad principium æternum, & aliam ad terminum temporarium: vt hoc nomen missio sicut ostensum est art. 1. Et res quidem pro qua hoc nõmè accipitur (missio scilicet ipsa diuinæ personæ) est temporalis ratione termini: vt proximè explicuimus. Et idem docet sanctus Th. de datione diuinarum personarum, & aduentu earum ad nos: quòd videlicet sunt temporales ratione termini temporarij illis nominibus significati, qui est nostra sanctificatio. ¶ Tertij demum generis nomina sunt, quæ tantummodo important habitudinem ad principium: vt processio, exitus. Nam vt

16.

Diuisio tri-
membris
minum.
Nomina
primi gene-
ris.

Nomina
secundi gene-
ris.

Nomina
terti gene-
ris.

ex



D tertium sic proceditur. Videtur quod missio inuisibilis diuinæ personæ nõ sit solum secundum dona gratie gratum facientis. Diuinam enim personam mitti est ipsam donari. Si igitur diuina persona mittitur solum secundum dona gratie gratum facientis, non donabitur ipsa persona diuina, sed solum dona eius. Quod est error dicentium spiritum sanctum non dari, sed eius dona.

¶ Præterea. Hęc prepositio secundum, denotat habitudinem alicuius causæ, sed persona diuina est causa quòd habeatur donum gratie gratum facientis, & non e converso, secundum illud Roman. 5. Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Ergo inconuenienter dicitur, quod persona diuina secundum dona gratie gratum facientis mittatur.

¶ Præterea Augustinus dicit 4. de tri- ni. quod filius eum ex tempore mente percipitur mitti dicitur. Sed filius cognoscitur, non solum per gratia gratum facientem, sed etiam per gratiam gratis datam: sicut per fidem & per scientiam: nõ ergo persona diuina mittitur solum secundum gratiam gratum facientem.

¶ Præterea. Hęc prepositio secundum, denotat habitudinem alicuius causæ, sed persona diuina est causa quòd habeatur donum gratie gratum facientis, & non e converso, secundum illud Roman. 5. Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Ergo inconuenienter dicitur, quod persona diuina secundum dona gratie gratum facientis mittatur.

¶ Præterea Augustinus dicit 4. de tri- ni. quod filius eum ex tempore mente percipitur mitti dicitur. Sed filius cognoscitur, non solum per gratia gratum facientem, sed etiam per gratiam gratis datam: sicut per fidem & per scientiam: nõ ergo persona diuina mittitur solum secundum gratiam gratum facientem.

ex significatione istorum nominum constat, processio diuinæ personæ solum est emanatio eius à suo principio: & exitus est progressio qua vna persona ab alia progreditur secundum originem: iuxta illud Ioanis. 16. exiit à patre. Et Michæ. 5. egressus eius ab initio, à diebus æternitatis. Et nempe res pro quibus ista nomina accipiuntur (ipsa videlicet processio, & ipse exitus) sunt geminæ, vt dicit sanctus Tho. ad tertium scilicet temporariæ, & æternæ respectu diuersorum terminorum: nam processio qua filius ab æterno processit, & exiit à patre vt sit deus, & naturam diuinam recipiat ab ipso, æterna proculdubio est: veruntamen processio & exitus filij à patre vt sit homo per incarnationem, vel vt sit in nobis inuisibiliter per gratiam, sunt temporales. Et obseruare reuera oportet, quòd prædictorum diuersitas oritur propter diuersum significandi modum, quem habent præfata nomina. ¶ In responsione ad primum explicat sanctus Th. auctoritatem Gregorij homilia. 26. super euangelia vbi dicit, eo mittitur filius, quo generatur. Et quidem docet sanctus Tho. ea verba posse accipi de generatione temporaria filij à matre, id est, eo mittitur quia generatur: nam sua missio in mundum est incarnatio, & generatio qua à matre in tempore generatur: & quoniam generatur à matre dicitur mitti. A seruit præterea, ea Gregorij verba etiam posse intelligi de generatione æterna, qua à patre generatur: Siquidem virtute eius habet filius quòd possit mitti: vt diximus articulo primo & latius explicabimus art. 4.

Ad primum.
Diuus Gregorius.

Ad secundum.

Ad tertium.

¶ In responsione ad secundum docet, quòd missio diuinæ personæ qua recens incipit esse in creaturis alio modo quàm antea erat, non fit per mutationem Dei, sed ipsarum creaturarum mutationem: veluti incepit esse dominus creaturarum cum mundum creauit, non per mutationem sui sed creaturarum. ¶ Quæ verò docet ad tertium assatum nuper explicuimus, in responsione ad primam obiectionem, & reliquis quæ diximus.

Articulus tertius.

Utrum missio inuisibilis diuinæ personæ sit solum secundum donum gratie gratum facientis.

¶ Præterea

¶ Preterea. Rabanus dicit, q̄ spiritus sanctus datus est apostolis ad operationem miraculorum. Hoc autem non est donum gratiæ gratum facientis, sed gratiæ gratis data: ergo persona diuina, nō solum datur secundum gratiam gratum facientem.

¶ Sed contra est, quod Augustin. dicit. 3. de trinit. quod spiritus spiritus procedit temporaliter ad sanctificandam creaturam. Missio autem est temporalis processio. Cū igitur sanctificatio creaturæ, non sit nisi per gratiam gratum facientem, sequitur quod missio diuinæ personæ non sit nisi per gratiā gratum facientem.

¶ Respondeo dicendum, quod diuinæ personæ conuenit mitti, secundum quod nouo modo existit in aliquo: dari autem, secundum q̄ habetur ab aliquo. Neutrum autem horum est, nisi secundum gratiam gratum facientem. Est enim communis modus, quo Deus est in omnibus rebus per essentiam, potentiam, & præsentiam, sicut causa in effectibus participantibus bonitatem ipsius. Super istum modum autem communem est vnus specialis, qui conuenit naturæ rationali: in qua Deus dicitur esse, sicut cognitum in cognoscente & amatum in amante. Et quia cognoscendo & amando creatura rationalis sua operatione attingit ad

ipsum Deum, secundum istum speciale modum, Deus non solum dicitur esse in creatura rationali, sed etiam habitare in ea, sicut in templo suo. Sic igitur nullus alius effectus potest esse ratio, quod diuina persona sit nouo modo in rationali creatura, nisi gratia gratum faciens. Vnde secundum solam gratiam gratum facientem, mittitur & procedit temporaliter persona diuina. Similiter illud solum habere dicimus, quo liberè possumus uti vel frui. Habere autem potestatem fruendi diuina persona, est solum secundum gratiam gratum facientem, sed tamen in ipso dono gratiæ gratum facientis, spiritus sanctus habetur, & inhabitat hominē. Vnde ipsemet spiritus sanctus datur & mittitur.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̄ per donum gratiæ gratum facientis perficitur creatura rationalis: ad hoc quod libere, non solum ipso dono creato utatur, sed ut ipsa diuina persona fruatur. Et ideo missio inuisibilis fit, secundum donū gratiæ gratum facientis, & tamen ipsa persona diuina datur.


¶ Ad secundum dicendum, quod gratia gratum faciens disponit animam ad habendum diuinā personam. Et significatur hoc, cum dicitur quod spiritus sanctus datur secundum donum gratiæ, sed tamen ipsum donum gratiæ est a spiritu

ritu sancto. Et hoc significatur cū dicitur, quod charitas Dei diffunditur in cordibus nostris, per spiritum sanctum.

¶ Ad tertium dicendum, quod licet per aliquos effectus filius cognosci possit a nobis, non tamen per aliquos effectus nos inhabitat, vel etiam habetur a nobis.

¶ Ad quartum dicendum, q̄ operatio miraculorum est manifestatiua gratiæ gratum facientis, sicut & donum prophetiæ, & quelibet gratia gratis data. Vnde primæ Corinth. 12. Gratia gratis data nominatur manifestatio spiritus sancti. Sic igitur apostolis dicitur datus spiritus sanctus, ad operationem miraculorum, quia data est eis gratia gratum faciens, cum signo manifestante. Si autem daretur solum signum gratiæ gratum facientis sine gratia, non diceretur dari simpliciter spiritus sanctus, nisi forte cum aliqua determinatione: secundum quod dicitur, q̄ alicui datur spiritus propheticus, vel miraculorum, in quantum a spiritu sancto habet virtutem prophetandi, vel miracula faciendi.

Commentarium.



OC comentarium in tres secatur partes: in prima nempe declaratur articuli litera: in secunda mouemus dubiū non quidē parui momentū, & circa illud adduci

mus Magistri sententiam, eamq̄ cōfutamus: in tertia tādē quid ad dubium respondendum sit definimus.

Prima commentarij pars.



T. ergo questionis titulu intelligamus obiter quidem an: norare oportet qd sit gratia gratum faciens, & gratis data: De quo fuse agit sancto Tho. prima 2. quæst. 111. Gratia nimirum gratum faciens.

faciens est quedā qualitas aut supernū donū per quod efficiuntur Deo amici: gratia autem gratis data est, quoddam supernaturale donū, quod Deus confert alicui ad utilitatē aliorum: ut virtus facienti miracula, nec nō gratia sanitarū: & huiusmodi sunt sanē plures, quas recenset Paulus. 2. ad Corinth. 12.

¶ Insuper annotare necesse est quod nō mince gratiæ gratū facientis intelliguntur etiā Charitas, & omnes virtutes ac dona infusa: quæ ipsam gratiam comitantur, & quæ ratione eius Deus confert homini in iustificatiōne. Eo enim quod aliquid est Deo gratum & amicum, ipse Deus confert illi illa superna dona: ut inter homines amicis præstat donū amico, in signum amicitie & beneuolentie. ¶ Iam verò his præmissis, respondet Diuus Tho. quæstioni tribus assertionibus: quarū prior est.

¶ Diuina persona inuisibiliter mittitur solum secundum gratiam gratum facientem: Quia probat in argumento ad oppositum, hoc pacto, secundum August. vltimo libro de Trinitate. cap. vltimo persona diuina solum mittitur inuisibiliter ad sanctificandū creaturam: at sanctificatio solum fit per gratiā gratum facientem: ergo persona diuina solum mittitur inuisibiliter per gratiam gratum facientem. ¶ Cæterum in hanc assertionem opponimus: Persona diuina mittitur ad creaturas intellectuales, dum in eis incipit esse nouo modo, quo antea in illis nō erat: ac cū gentiles philosophi incipiunt cognoscere & amare Deum cognitione & amore naturali velut naturalem finem, in eis incipit esse Deus nouo modo quo antea non erat, ut cognitum in cognoscente, & amatum in

in amante: ergo tunc diuina persona mittitur ad eos; & non per gratiam gratum facientem: nam supponimus ipsos carere fide ac subinde gratia, igitur assertio diui Th. falsa est. ¶ Huius profecto tacita obiectioni respondet sanctus Th. negando quod semper diuina persona mittatur ad creaturas, cum in eis incipit esse nouo modo quo antea non erat: sed cum in eis incipit esse per gratiam gratum facientem, quo modo antea in illis non erat. Na cum missio inuisibilis diuinae personae iuxta Augustini sententiam, semper fiat ad sanctificandum creaturam, & sanctificatio nequeat fieri nisi per gratiam gratum facientem: consequens manifeste est, quod solum mittatur per gratiam gratum facientem. ¶ Et ad maiorem huius veritatis declarationem, docet sanctus Th. Deum

quatuor modis esse in creaturis: per essentiam, praesentiam, & potentiam, & sicut cognitum in cognoscente, & amatum in amato. Et nimirum tribus primis modis est in omnibus creaturis, ut ostensum est quaest. 8. arti. 3. & tantum quarto modo est in creatura intellectuali. ¶ Et animaduerte quod cum sanctus Th. ait, Deum esse in creatura intellectuali: quarto illo modo sicut cognitum in cognoscente, & amatum in amato, loquitur de modo perfecto existendi Dei in creaturis intellectualibus per cognitionem

fidei, & amorem caritatis. Et quod ita sit, ostenditur ex verbis eiusdem sancti Th. qui vti ipsemet explicat se ipsum, agit de modo existendi Dei in creatura intellectuali, ut in templo; & sane sic esse in illa; est esse per fidem & caritatem & gratiam: ut constare potest ex Paul. r. ad. Corinth. 3. vbi ait. Nescitis quia templum Dei estis? & Spiritus Dei habitat in vobis? Et infra templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Quibus verbis palam asserit, quod solum homo dicitur Dei templum; & Deus in ipso habitat sicut in templo, dum cognoscit ipsum per fidem, & amat per caritatem: cum a patre his verbis insinuet, quod cum homo est templum Dei, est sanctus; & Spiritus Dei inhabitat in eo. Non habitat autem Spiritus sanctus in homine nisi per gratiam gratum facientem; & caritatem, secundum illud. r. Ioan. 4. qui manet in caritate in Deo manet, & Deus in eo. Et idem sanctus Th. in expositione illorum verborum Pauli, expressis verbis affirmat hoc idem: ut pote quod Deum habitat in aliquo ut in templo, est per fidem & carita-

tem in eo habitare. ¶ Ex his omnibus clarissima redduntur quaedam sancti Tho. verba in hoc articulo, quae alioqui non exiguae difficultatem continebant, ea autem hic habent. Secundum istum specialem modum, Deus non solum dicitur esse in creatura rationali, sed etiam habitare in ea sicut in templo suo. Sic igitur nullus alius effectus potest esse ratio, quod diuina persona sit nouo modo in rationali creatura, nisi gratia gratum faciens. Vnde secundum solam gratiam gratum facientem, mittitur & procedit temporaliter persona diuina, scilicet ad sanctificandum creaturam. Haec sanctus Tho. & certe non opus est Caicetae metaphisica, adeo obscura & prolata, vt isthaec verba intelligantur. ¶ Secunda autem assertio sit. Persona diuina solum datur secundum gratiam gratum facientem. Quam probat Diuus Tho. hac ratione. Persona diuina datur nobis vt eam habeamus & possideamus, sicut liquet ex articulo praecedentibus: sed illud solum habere & possidere dicimur, quo liberè possumus vti vel frui: igitur cum persona diuina datur nobis, ea possumus vti vel frui: at nequimus vti vel frui diuina persona, nisi per gratiam gratum facientem: ergo solum datur nobis per gratiam gratum facientem. ¶ Tertia demum assertio est, cum nobis conferatur donum gratiae gratum facientis, ipsa diuina persona mittitur ad nos, & datur in ipso dono. Hac sane assertione diuus Th. confutat quorundam theologorum placitum, qui asseriebant spiritum sanctum non dari nobis, sed eius dona. Quorum sententiam in argumento. r. dicit esse errorem. & pariter eam improbant Magister sentent. dist. r. 4. primi, & scholastici doctores eo loco. Et quod illorum sententia sit error demonstramus, quoniam aperte aduersatur sacris literis: siquidem ab eis docemur, spiritum sanctum dari nobis, & non solum dona eius: vt patet ad Rom. 5. Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Et actio 8. Cum vidisset autem Simon, quia per impositionem manus apostolorum daretur spiritus sanctus, &c. Et hoc idem ostenditur pluribus aliis scripturae testimoniis, quae adduximus art. 2. ¶ At qui personam diuinam vt spiritum sanctum dari nobis, & non solum dona eius, docet Augustinum in aliis suis doctrinae locis, tum praesertim in 15. de trinit. cap. 26. vbi ait. Quomodo ergo Deus

tem in eo habitare. ¶ Ex his omnibus clarissima redduntur quaedam sancti Tho. verba in hoc articulo, quae alioqui non exiguae difficultatem continebant, ea autem hic habent. Secundum istum specialem modum, Deus non solum dicitur esse in creatura rationali, sed etiam habitare in ea sicut in templo suo. Sic igitur nullus alius effectus potest esse ratio, quod diuina persona sit nouo modo in rationali creatura, nisi gratia gratum faciens. Vnde secundum solam gratiam gratum facientem, mittitur & procedit temporaliter persona diuina, scilicet ad sanctificandum creaturam. Haec sanctus Tho. & certe non opus est Caicetae metaphisica, adeo obscura & prolata, vt isthaec verba intelligantur. ¶ Secunda autem assertio sit. Persona diuina solum datur secundum gratiam gratum facientem. Quam probat Diuus Tho. hac ratione. Persona diuina datur nobis vt eam habeamus & possideamus, sicut liquet ex articulo praecedentibus: sed illud solum habere & possidere dicimur, quo liberè possumus vti vel frui: igitur cum persona diuina datur nobis, ea possumus vti vel frui: at nequimus vti vel frui diuina persona, nisi per gratiam gratum facientem: ergo solum datur nobis per gratiam gratum facientem. ¶ Tertia demum assertio est, cum nobis conferatur donum gratiae gratum facientis, ipsa diuina persona mittitur ad nos, & datur in ipso dono. Hac sane assertione diuus Th. confutat quorundam theologorum placitum, qui asseriebant spiritum sanctum non dari nobis, sed eius dona. Quorum sententiam in argumento. r. dicit esse errorem. & pariter eam improbant Magister sentent. dist. r. 4. primi, & scholastici doctores eo loco. Et quod illorum sententia sit error demonstramus, quoniam aperte aduersatur sacris literis: siquidem ab eis docemur, spiritum sanctum dari nobis, & non solum dona eius: vt patet ad Rom. 5. Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Et actio 8. Cum vidisset autem Simon, quia per impositionem manus apostolorum daretur spiritus sanctus, &c. Et hoc idem ostenditur pluribus aliis scripturae testimoniis, quae adduximus art. 2. ¶ At qui personam diuinam vt spiritum sanctum dari nobis, & non solum dona eius, docet Augustinum in aliis suis doctrinae locis, tum praesertim in 15. de trinit. cap. 26. vbi ait. Quomodo ergo Deus

tem in eo habitare. ¶ Ex his omnibus clarissima redduntur quaedam sancti Tho. verba in hoc articulo, quae alioqui non exiguae difficultatem continebant, ea autem hic habent. Secundum istum specialem modum, Deus non solum dicitur esse in creatura rationali, sed etiam habitare in ea sicut in templo suo. Sic igitur nullus alius effectus potest esse ratio, quod diuina persona sit nouo modo in rationali creatura, nisi gratia gratum faciens. Vnde secundum solam gratiam gratum facientem, mittitur & procedit temporaliter persona diuina, scilicet ad sanctificandum creaturam. Haec sanctus Tho. & certe non opus est Caicetae metaphisica, adeo obscura & prolata, vt isthaec verba intelligantur. ¶ Secunda autem assertio sit. Persona diuina solum datur secundum gratiam gratum facientem. Quam probat Diuus Tho. hac ratione. Persona diuina datur nobis vt eam habeamus & possideamus, sicut liquet ex articulo praecedentibus: sed illud solum habere & possidere dicimur, quo liberè possumus vti vel frui: igitur cum persona diuina datur nobis, ea possumus vti vel frui: at nequimus vti vel frui diuina persona, nisi per gratiam gratum facientem: ergo solum datur nobis per gratiam gratum facientem. ¶ Tertia demum assertio est, cum nobis conferatur donum gratiae gratum facientis, ipsa diuina persona mittitur ad nos, & datur in ipso dono. Hac sane assertione diuus Th. confutat quorundam theologorum placitum, qui asseriebant spiritum sanctum non dari nobis, sed eius dona. Quorum sententiam in argumento. r. dicit esse errorem. & pariter eam improbant Magister sentent. dist. r. 4. primi, & scholastici doctores eo loco. Et quod illorum sententia sit error demonstramus, quoniam aperte aduersatur sacris literis: siquidem ab eis docemur, spiritum sanctum dari nobis, & non solum dona eius: vt patet ad Rom. 5. Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Et actio 8. Cum vidisset autem Simon, quia per impositionem manus apostolorum daretur spiritus sanctus, &c. Et hoc idem ostenditur pluribus aliis scripturae testimoniis, quae adduximus art. 2. ¶ At qui personam diuinam vt spiritum sanctum dari nobis, & non solum dona eius, docet Augustinum in aliis suis doctrinae locis, tum praesertim in 15. de trinit. cap. 26. vbi ait. Quomodo ergo Deus

tem in eo habitare. ¶ Ex his omnibus clarissima redduntur quaedam sancti Tho. verba in hoc articulo, quae alioqui non exiguae difficultatem continebant, ea autem hic habent. Secundum istum specialem modum, Deus non solum dicitur esse in creatura rationali, sed etiam habitare in ea sicut in templo suo. Sic igitur nullus alius effectus potest esse ratio, quod diuina persona sit nouo modo in rationali creatura, nisi gratia gratum faciens. Vnde secundum solam gratiam gratum facientem, mittitur & procedit temporaliter persona diuina, scilicet ad sanctificandum creaturam. Haec sanctus Tho. & certe non opus est Caicetae metaphisica, adeo obscura & prolata, vt isthaec verba intelligantur. ¶ Secunda autem assertio sit. Persona diuina solum datur secundum gratiam gratum facientem. Quam probat Diuus Tho. hac ratione. Persona diuina datur nobis vt eam habeamus & possideamus, sicut liquet ex articulo praecedentibus: sed illud solum habere & possidere dicimur, quo liberè possumus vti vel frui: igitur cum persona diuina datur nobis, ea possumus vti vel frui: at nequimus vti vel frui diuina persona, nisi per gratiam gratum facientem: ergo solum datur nobis per gratiam gratum facientem. ¶ Tertia demum assertio est, cum nobis conferatur donum gratiae gratum facientis, ipsa diuina persona mittitur ad nos, & datur in ipso dono. Hac sane assertione diuus Th. confutat quorundam theologorum placitum, qui asseriebant spiritum sanctum non dari nobis, sed eius dona. Quorum sententiam in argumento. r. dicit esse errorem. & pariter eam improbant Magister sentent. dist. r. 4. primi, & scholastici doctores eo loco. Et quod illorum sententia sit error demonstramus, quoniam aperte aduersatur sacris literis: siquidem ab eis docemur, spiritum sanctum dari nobis, & non solum dona eius: vt patet ad Rom. 5. Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Et actio 8. Cum vidisset autem Simon, quia per impositionem manus apostolorum daretur spiritus sanctus, &c. Et hoc idem ostenditur pluribus aliis scripturae testimoniis, quae adduximus art. 2. ¶ At qui personam diuinam vt spiritum sanctum dari nobis, & non solum dona eius, docet Augustinum in aliis suis doctrinae locis, tum praesertim in 15. de trinit. cap. 26. vbi ait. Quomodo ergo Deus

Istam

Asser-

Probatu-

Asser-

Spiritus san-

ctum non da-

ris, sed dona

eius: error.

Augusti-

mus.

Deus

Ambrosius, Beda

Ad primu, & secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Dubium.

Deus non est, qui dat spiritum sanctum? imò quantus Deus est, qui dat Deum? Et idem docet Ambrosius lib. de spiritu sancto cap. 4. & 5. & Beda in homilia dominicae primae post ascensionem, lib. 2. homiliarum homilia. 11. quo in loco ait. Cum gratia spiritus sancti datur hominibus, profecto mittitur spiritus sanctus a patre, mittitur & a filio: procedit a patre, procedit & a filio: quia eius missio est ipsa processio. hae cille. Quae plane verba potius faciunt pro hac veritate catholica, quam pro eius opposito: est contradicant fautores primae sententiae, qui asserunt his verbis Bedam sibi suffragari.

¶ Et per haec patet responsum ad primum. Verum ad secundum summam docet sanctus Th. quod in genere causae efficientis, diuina persona est causa quod donum gratiae sit in anima: sed in genere dispositionis, quae educitur ad genus causae materialis, ipsum gratiae donum est causa quod diuina persona sit in anima: & animae detur in ipso merito dono. ¶ In responsione autem ad tertium dicit, quod esto. Deus per fidem & scientiam cognoscat ad nos, & nouo quodam & peculiari modo sit in anima, velut cognitum in cognoscente: sed per ipsam fidem & scientiam solum, non dicitur habitare in anima, & ab ea haberi: sed tantum per gratiam gratum facientem: vt explicuimus in corpore articuli. ¶ Denique in responsione ad quartum docet sanctus Th. quod cum aliquis est in mortali, & conferitur aliqua gratiam gratis datam ab spiritu sancto, vt virtutem prophetandi, aut facienda miracula: tunc nimirum non dicitur illi simpliciter dari spiritus sanctus, sed cum additamento quodam: videlicet quod ei datur spiritus propheticus, aut spiritus facienda miracula.

¶ Et per haec patet responsum ad primum. Verum ad secundum summam docet sanctus Th. quod in genere causae efficientis, diuina persona est causa quod donum gratiae sit in anima: sed in genere dispositionis, quae educitur ad genus causae materialis, ipsum gratiae donum est causa quod diuina persona sit in anima: & animae detur in ipso merito dono. ¶ In responsione autem ad tertium dicit, quod esto. Deus per fidem & scientiam cognoscat ad nos, & nouo quodam & peculiari modo sit in anima, velut cognitum in cognoscente: sed per ipsam fidem & scientiam solum, non dicitur habitare in anima, & ab ea haberi: sed tantum per gratiam gratum facientem: vt explicuimus in corpore articuli. ¶ Denique in responsione ad quartum docet sanctus Th. quod cum aliquis est in mortali, & conferitur aliqua gratiam gratis datam ab spiritu sancto, vt virtutem prophetandi, aut facienda miracula: tunc nimirum non dicitur illi simpliciter dari spiritus sanctus, sed cum additamento quodam: videlicet quod ei datur spiritus propheticus, aut spiritus facienda miracula.

¶ Denique in responsione ad quartum docet sanctus Th. quod cum aliquis est in mortali, & conferitur aliqua gratiam gratis datam ab spiritu sancto, vt virtutem prophetandi, aut facienda miracula: tunc nimirum non dicitur illi simpliciter dari spiritus sanctus, sed cum additamento quodam: videlicet quod ei datur spiritus propheticus, aut spiritus facienda miracula.

Secunda commentarii pars.



hoc videatur reddi clarum, ex his quae diximus arti. 1. & 2. Et ratio nempe quae cogit

nos dubitare est, quoniam ista omnia importare videntur mutationem: & diuina persona nequit mutari, cum sit Deus qui mutari non potest: ego dominus & non mutor. Malachi. 3. ¶ Haec sane res non parum est controuersa inter doctores: sunt enim qui dicant quod personam diuinam mitti, venire, & procedere ad nos, & dari nobis, nihil aliud sit quam eiusdem diuinae personae dona conferre nobis. Quia spiritus sanctus (in quiunt) non datur nobis sed dona eius. Quorum quidem sententiam pridem nos confirmauimus, & diximus errorem esse. ¶ Fuit autem Magistri sententia opinio in r. distinctio ne. 17. qui affirmat, quod spiritum sanctum mitti ad nos, est ipsum recens fieri in nobis caritatem, qui facit nos diligere Deum: ita quod tunc mittitur ad nos cum recens sit in nobis caritas. Et lubet nimirum ipsius Magistri verba recensere, ait enim in principio allegatae distinctionis: ipse idem spiritus sanctus est amor siue caritas, quae nos diligunt Deum & proximum: Quae caritas cum ita est in nobis, vt nos faciat diligere Deum & proximum, tunc spiritus sanctus dicitur mitti, vel dari nobis. Et infra. Tunc enim mitti vel dari dicitur, cum ita in nobis est, vt faciat nos diligere Deum & proximum. Haec Magister. ¶ Porro ad maiorem huius sententiae claritatem, annotare quippe oportet ex eodem magistro, praesertim in calce distinctionis citatae: quod d actus diligendi Deum, quo formaliter diligimus ipsum, non est spiritus sanctus: sed efficitur ab eo. Dicit in super, quod actus credendi est efficienter à virtute fidei infusa & creata: & similiter actus sperandi, est à virtute spei infusa & creata: sed tamen actus amandi Deum vt vltimum finem supernaturalem, neutiquam est ab aliqua virtute creata, sed proxime & immediate ab ipso spiritu sancto: qui facit nos diligere, & est principium immediatum diligendi Deum: Quocirca ipse spiritus sanctus est vera caritas. Quapropter Magister in calce illius distinctionis, iam ad finem colligit: est ergo caritas verus spiritus sanctus. Istam opinionem nititur fulcire Magister pluribus argumentis testimoniisque; quae tempore ipsius eam reddebant satis probabilē.

¶ Ceterum aduersus illud nos principio opponimus. Caritas est gratia, sed gratia est forma animae inhærens: ergo caritas est forma animae inhærens: at spiritus sanctus nequit esse forma animae inhærens, illud siquidem inuoluit

¶ Ceterum aduersus illud nos principio opponimus. Caritas est gratia, sed gratia est forma animae inhærens: ergo caritas est forma animae inhærens: at spiritus sanctus nequit esse forma animae inhærens, illud siquidem inuoluit

¶ Ceterum aduersus illud nos principio opponimus. Caritas est gratia, sed gratia est forma animae inhærens: ergo caritas est forma animae inhærens: at spiritus sanctus nequit esse forma animae inhærens, illud siquidem inuoluit

¶ Ceterum aduersus illud nos principio opponimus. Caritas est gratia, sed gratia est forma animae inhærens: ergo caritas est forma animae inhærens: at spiritus sanctus nequit esse forma animae inhærens, illud siquidem inuoluit

Opinio seu potius error.

Opinio Magistri.

Annotatio.

Argumentum aduersus Magistru.

inuoluit imperfectionem, ergo spiritus sanctus non est caritas. Superest autem probare, minorem primae collectionis, videlicet gratiam esse formam inherente animae: Quam indubie ostendimus ex clementina fidei de summa trinitate & fid. cathol. quae sic habet. Nos autem attendentes generalis efficaciam mortis Christi, quae per baptismum applicatur pariter omnibus baptizatis: opinionem secundam, quae dicit tam parulis quam adultis conferri in baptismo informentem gratiam & virtutes, tanquam probabiliorem, & dictis sanctorum ac doctorum modernorum theologiae magis consonam & concordem, sacro approbante concilio duximus eligendam. Quibus verbis palam docemur, quod gratia est forma animae. Ad hoc argumentum qui vellet tueri Magistri opinionem, multifariam respondere poterit: in primis quod in dicta clementina non habetur gratiam esse formam inherente animae, sed quod est animae forma. Secundo respondet Durandus in 1. distinctione. 17. quaestione. 2. iuxta mentem Magistri longo intervallo, distidere inter se gratiam & caritatem: quando quidem secundum mentem ipsius Magistri, caritas est spiritus sanctus: & secundum eundem in 2. distinctione. 26. gratia est virtus quaedam creata. Et hanc esse sententiam Magistri etiam ipse sanctus Thomas asserit prima secundae quaestione. 110. articulo. 3. Quo praemisso, facile quippe erit diluere argumentum negando maiorem: scilicet quod gratia sit caritas. An verò gratia & caritas distinguantur, & quomodo distinguantur, nos late portractamus in commentariis nostris primae secundae ubi supra quaestione. 110. articulo. 3. & sane hoc non est praesentis speculationis. Iterum, quia augetur & minuitur: nam vnus plus altero diligit Deum & quod plus diligit Deum, eò maiorem habet caritatem: at spiritus sanctus nequit augetur nec minui, quia mutari non potest: ergo spiritus sanctus non est caritas. Enim vero huic argumento respondet ingeniose Magister, spiritum sanctum non posse quidem augetur nec minui quo ad se, vt palam conuincitur argumento, sed quo ad nos posse augetur vel minui, sine mutatione sui per mutationem nostram: quatenus plus vel minus mouet nos ad amandum Deum. Quemadmodum nequit Deus quod ad se exaltari vel magnificari, quia infinitus est: sed

Verba clem. de summa trinitate

Responsio

Responsio

2. Argu.

Responsio

potest quidem quod ad nos, in quantum cognoscimus ipsum esse infinite magnum, & infinitum bonum, ac exaltatione infinita dignum: iuxta illud, Magnificat anima mea Dominum Luc. 1. & illud, accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Psal. 63. Rursus denud, secundum Magistrum fides & spes sunt qualitates creatae, ergo & caritas. Negat Magister consequentiam quia caritas in infinitum superat fidem & spem, pro quo facit Pauli sententia, 1. ad Corinth. 13. fides, spes, caritas, tria haec: maior autem horum est caritas. Praeterea obijcimus, Spiritus sanctus est caritas quae nos diligit Deum; vt dat Magister: & est caritas quae Deus diligit nos: ergo eadem est caritas quae Deus diligit nos, & quae nos diligit Deum: sed consequens est contra Augustinum, ergo antecedens: quod est sententia Magistri. Quod autem consequens sit contra Augustinum ostendimus, nam in libro de spiritu & litera capit. 3. 2. in fine capituli dicit. Caritas autem Dei dicta est diffundi in cordibus nostris, non quia nos ipse diligit: sed quia nos facit dilectores suos. Item idem Augustinus, 15. de trinitate capit. 17. ait. Cum Iohannes commemorasset Dei dilectionem, non quia nos eum: sed quia ipse dilexit nos. Quibus testimoniis palam affirmat, caritatem quae Deus diligit nos, longe diuersam esse à caritate quae nos diligit ipsum. Nampe Magister conatur his satisfacere testimonijs, & subtiliter nimirum respondet: sed profectò eius responsio non satisfacit. Et proculdubio existimo Paulum oppositam sententiam innuere, Cum ait ad Rom. 5. caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Quibus verbis de caritate & spiritu sancto, tanquam de rebus diuersis, loquitur: nam dicit Caritatem esse diffusam in cordibus nostris, & spiritum sanctum diffundere illam: at apertissimè est, re diffundente & diffusa longè inter se distare, & secundum rem distinguui. Tandem ipse Augustinus homilia. 6. super 1. cano. Ioh. exponens illud apostoli ad Roman. 8. Ipse spiritus postulat pro nobis, quid est (inquit) ipse spiritus sanctus interpellat pro sanctis, nisi ipsa caritas quae in te per spiritum sanctum facta est? Sed absit vt nos concedamus spiritum sanctum factum; ergo spiritus sanctus non est caritas. Sunt denique plura alia Augustini

3. Argu.

4. Argum.

Augustinus

contra Mag.

Magister

Augustinus

Augustini testimonia, quibus viderur mihi palam reprobari sententia Magistri: & Scotus planè plures & subtiles rationes adducit aduersus eam: de qua etiam fuse tractat Gregorius distinction. 17. & ferè omnes Scholastici: quos legere licebit distinction. 17. primi. Et certe censemus hac tempestate Magistri opinionem non solum falsam, sed temerariam contra communem Scholasticorum sententiam: & fortè contra Pauli doctrinam, vt probat illud eiusdem Pauli testimonium ad Rom. 5. citatum. Quamobrem opinio haec inter errores Magistri computatur, vt est videre articulo primo eorum in quibus Magister sentent. non defenditur sed reprobat. At verò (vt reor) tempore Magistri eius opinio nullius erroris labem continebat: quopere eo tempore de hac Scholastici coeperunt dubitare, cum nondum veritas cognita erat circa quaestionem hanc. Ceterum necessum est nobis satisfacere argumentis Magistri, & testimonijs quae adducit in fulcimentum suae sententiae: etenim Magister multis Augustini testimonijs conatur roborare opinionem suam. In primis Augustinus. 8. de trinitate. capite. 7. ait. Qui proximū diligit, consequens est vt ipsam praecipue dilectionem diligit: Deus autem dilectio est, & qui manet in dilectione, in Deo manet: consequens ergo est, vt praecipue Deum diligit. haec Augustinus. Quibus verbis palam asserit, ipsum Deum & spiritum sanctum dilectione & caritatem esse. & infra in calce eiusdem, ecce (inquit) deus dilectio est, vt quid imus & currimus in sublimia Caelorum & imararum, quarentes eum qui est apud nos, si nos velimus esse apud eum? Nemo dicat non noui quid diligit, diligit fratrem, & diligit eandem dilectionem: magis enim nouit dilectionem qua diligit, quam fratrem quem diligit: ecce iam potest notiorè Deū habere quam fratrem. Haec etiam Augustinus. vbi iterum idem affirmat, videlicet Deum & spiritum sanctum esse dilectione & caritatem: & saepe hoc reperit in 8. capite eiusdem libri & pluribus alijs locis. Sed nos paucis nimirum respondemus, Augustinum duas dilectiones & caritates ponere: vnā qua Deus diligit nos, & ista est diuina essentia & increata caritas, & de ista sermonem facit in autoritaribus allegatis: aliam autem ponit qua nos diligitur ipsum, & hanc non affirmat esse Deum, sed

Opinio Magistri reprobat.

Adducitur testimonium Augustini in confirmatione sententiae Mag.

Responsio auctoris ista ad Augustinum

potius qualitatem creatam: vt constare potest ex testimonijs eiusdem, quae nos nuper citauimus in corroboracione sententiae nostrae, & aduersus Magistrum. Quod autem August. statuat praedictas dilectiones & caritates, liquet ex 15. de trinitate. cap. 17. & super Iohannem exponens illud Ioh. 5. manete in dilectione mea.

Tertia commentarij pars.



Am verò reprobatu his opinionibus, necessum nepe erit vt quaestioni propositae respondeamus: & sanè ad hanc rem intelligendam nonnulla praemittere oportet, & in primis quidem obseruandum fuerit, vt animaduertatur sanctus Thom. quaestio. 38. art. 2. quod donum est datio irredibilis, ex Aristot. 4. topicorum capite. 4. post medium: id est (vt interpretatur sanctus Thom. loco allegato) quod non datur ratione retributionis. Et quoniam primum quod gratis datur alicui est amor & beneuolentia, quae est causa omnium aliorum bonorum quae gratuito conferimus illi: ideo amor est primum donum quod gratis alicui donamus. Sciendum insuper, quod spiritus sanctus procedit à patre & filio per actum amandi, vt amor: & quia amor habet rationem primi doni, ob id sanè dicitur donum, & nomen donum est nomen personale spiritus sancti, siquidem ex vi originis quae procedit à patre & filio, procedit vt amor, & vt donum: esto nomen hoc donum in alio significato, communiter & essentialiter dicitur de qualibet diuina persona: quatenus gratis datur nobis, & venit ad nos. Haec omnia ex his quae diximus in commento supra quaestionem. 38. nota redduntur. Praeterea aduertendum est, quod omnia dona supernaturalia seu superna vt gratia, caritas, & sapientia tribuuntur spiritui sancto, quae dona sunt: quandoquidem spiritus sanctus (vt diximus) habet rationem primi doni. Veruntamen aliqua dona tribuuntur filio secundum aliquam peculiarem rationem, quae non tribuuntur spiritui sancto

Autor nonnulla in cipis praemittere vt quaestioni satisfaciat.

Prima annotatio.

Secunda annotatio.

Tertia annotatio.

Ec se.

secundum illam rationem : puta illa quæ pertinent ad intellectum, & mouent affectum : vt sapientia, quæ est notitia diuinorum, & mouet voluntatem ad amorem Dei: vt nomen sapientia sonat. Dicitur enim sapientia (vt inquit sanctus Thom.) quasi sapientia scientia, iuxta illud ecclesiast. 6. sapientia enim doctrinæ secundum nomen est eius, & non est multis manifesta: quibus autem cognita est, permanet vsque ad conspectum Dei. & denique sunt plures cognitiones huiusmodi, quæ mouent affectum ad amandum Deum: iuxta illud Ioan. 6. omnis qui audit à patre & didicit, venit ad me, & iuxta illud Psalmi. 38. in meditatione mea exarscet ignis. Hæc autem dona & cognitiones peculiari quadam ratione tribuntur filio, quia spectant ad intellectum, & filius producitur per actum intellectus: sicut etiam dona quæ attinent ad voluntatem, vt gratia & caritas, adaptantur spiritui sancto peculiari quadam ratione: quoniam spiritus sanctus producitur per actum voluntatis. hæc omnia docet diuus Thom. artic. 5. huius questionis ad primum & secundum.

Aduerte. Et adde quod secundum huiusmodi dona dantur nobis persona filij & persona spiritus sancti, non tanquam formæ, sed velut obiectum, aut sicut amicus & rector noster: perinde ac pueris datur tutor & protector, & vtrique recolere oportet, quod diximus cum literam sancti Thom. explicaremus: vt deliceret, quod nunquam persona diuina mittitur per aliquod donum, nisi simul cum illo gratia & caritas conferantur. His ergo

Responsio autoris ad præmissis, respondemus questionis initio positæ: diuinam personam inuisibiliter mitti, exire, & procedere ad sanctificandum nos, est eam habere originem ab aliquo principio, & recens amari vel cognosci à nobis per aliquod donum supernaturale: quod ei tribuitur: vt Spūs sanctus exit, procedit, & mittitur ad sanctificandum nos, cum nobis confertur caritas, quæ tribuitur spiritui sancto (vt diximus) quia per illam incipit amari à nobis. & cum Deus donat nobis diuinam sapientiam, quæ aptatur filio, ipse filius exit & procedit ad sanctificandum nos: quia per illam recens cognoscitur à nobis: & hoc aperte docet Augustinus. 4. de trinitat. capite. 20. vbi ait. Tunc inuisibiliter filius cuique mittitur, cum à quoquam cognoscitur, atque percipitur. & consulto ad fecimus, personam quæ mittitur, exit, aut

August. procedit, habere originem ab aliquo principio: propter significationem & connotationem inuolutam, quam prædicta verba habent. vt ostendimus arri. 1. & 2. Quoniã de ratione exitus, processionis, & missionis est, quod persona quæ exit, procedit, & mittitur habeat principium: at verò cum personam diuinam venire ad nos, & dari nobis, huiusmodi significationem non importet: asserimus diuinam personam venire ad nos & dari nobis, esse eam simpliciter & absolute, sine aliquo additamento recens cognosci, & amari à nobis per aliqua dona supernaturalia. Vt cum dantur nobis fides, spes, gratia & caritas, omnes diuinæ personæ veniunt ad nos, & dantur nobis: quia recens cognoscuntur & amantur à nobis per ea superna dona: iuxta illud Ioannis. 14. ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. & etiam cum augentur in nobis prædicta dona, dicuntur venire ad nos, & dari nobis diuinæ personæ: quia nouo modo & perfectius incipimus cognoscere & amare illas, quam antea. Et demum, vt hæc exactius intelligas obserua: quod cum persona diuina incipit cognosci, & amari à nobis superno aliquo dono, propriè & latinè dicitur venire in mentem nostram: sicut res cuius modo meminimus, latinè dicitur venire in mentem nostram, & cognitionem. Ex quibus satis constat, quod personæ diuinæ non propter mutationem sui, sed propter mutationem nostram dicuntur venire ad nos, & dari nobis, atque exire, procedere, & mitti ad sanctificandum nos.

Declaratur quid sit personam diuinam venire ad nos & dari nobis.

Obserua

Covollarit

Articulus Quartus.

Verum patri conueniat mitti.



Quartum sic proceditur. Videtur quod patri etiam conueniat mitti. Mitti enim diuinam personam est ipsam dari. Sed pater dat seipsum (cui haberi

haberi non possit nisi se ipso donante) ergo potest dici, quod pater mittat se ipsum.

Præter. Persona diuina mittitur secundum inhabitationem gratiæ, sed per gratiam tota trinitas inhabitat in nobis, secundum illud Io. 14. Ad eum veniemus, & mansionem a. e. fa. Ergo quælibet diuinarum personarum mittitur.

Præter. Quicquid conuenit alicui personæ conuenit omnibus præter notiones & personas. Sed missio non significat aliquam personam neque etiam notionem, cum sint tantum quinque notiones, vt supra dictum est. Ergo cuiuslibet personæ diuinæ conuenit mitti.

Sed contra est quod Augustinus dicit in. 2. li. de trinitat. quod solus pater nunquam legitur missus.

Respondeo dicendum quod missio in sui ratione importat processionem ab alio, & in diuinis secundum originem, vt supra dictum est. Vnde cum pater non sit ab alio, nullo modo conuenit sibi mitti, sed solum filio & spiritui sancto, quibus conuenit esse ab alio.

Ad primum ergo dicendum, quod si dare importet liberalem communicationem alicuius, sic pater dat seipsum in quantum se liberaliter communicat creaturæ ad fruendum. Si verò importet auctoritatem dantis respectu eius quod datur, sic non conuenit dari in diuinis, nisi perso-

ne quæ est ab alio, sicut nec mitti.

Ad secundum dicendum, quod licet effectus gratiæ sit etiã à patre, qui inhabitat per gratiam sicut & filius & .s. s. quia tamen non est ab alio non dicitur mitti. Et hoc est quod dicit Augustinus. 4. de trini. quod pater cum in tempore à quoquam cognoscitur, non dicitur missus. Non enim habet de quo sit, aut ex quo procedat.

Ad tertium dicendum, quod missio in quantum importat processionem à mittente, includit in sui significatione notionem, non quidem in speciali, sed in generali, prout esse ab alio est commune duabus notionibus.

Commentarium.



Respectu isti tres articuli sequentes, hoc est quartus, quintus, & sextus per ea quæ diximus articulo primo. 2. & 3. adeo perspicui redduntur, & eorum littera clara relinquitur, vt penè

nullo indigeant commentario, verum vt in omnibus morem getamus lectori, eorum cuiuslibet non nullam adijciemus explicationem. Responder ergo diuus Thom. quæ questionis titulo, negante conclusione: videlicet, pater non mittitur, sed filius & spiritus sanctus. Quam probat Augustinus. testimonio in argumento ad oppositum: qui quidem Augustinus lib. 2. de trinitat. capite. 5. ait. solus pater nunquam legitur missus, & reddit causam in corpore articuli, quia de ratione missionis est processio ab aliquo principio, vt sæpe repetimus articulo. 1. 2. & 3. & pater à nullo procedit. Reliqua omnia quæ in responsione ad. 1. & 2. docet, liquet etiam

In respon- etiam ex dictis. ¶ In responsione ad. 3. affe-
uead. tertii rit, quod missio quatenus dicit processionē
mittente, & esse ab alio, includit in sui si-
gnificatione notionem nō peculiarem, sed
communem: in quantum esse ab alio, est
commune duabus notionibus: potā filiatio-
ni, qua filius est à patre: & spirationi, qua spi-
ritus sanctus est ab utroque. Quemadmo-
dum quaestione. 42. articuli. 3. ad primum
affirmat, quod ordo naturæ significat no-
tionem generatum, & non speciatim: vt in
ibi declaratum est.

Articulus quintus.

*Vtrum filio conueniat inuisibiliter
mitti.*



D quintum sic proceditur. Vi-
detur quod filio nō conueniat inui-
sibiliter mitti.

Missio enim in-
uisibilis diuinæ
personæ attenditur secundum do-
na gratiæ. Sed omnia dona gratiæ
pertinent ad spiritum sanctum se-
cundum illud primę ad cor. 12. Oīa
operatur vnus atq; idem spiritus.
Ergo inuisibiliter non mittitur ni-
si spiritus sanctus.

¶ Prat. Missio diuinę personę fit se-
cundum gratiam gratū faciētem.
Sed dona quæ pertinent ad perfe-
ctionem intellectus non sunt do-
na gratiæ gratum faciētis, cū sine
charitate possit haberi, secundum
illud primę ad cor. 13. Si habuero p-
phetiam, & nō. mist. o. & omnem
sciētiā, & si habuero omnem fi. ita
vt mōtes transf. charitatem autem

non habeam nihil sum. Cū ergo fi-
lius pcedat vt verbū intelle ctus, vi-
detur quod non conueniat sibi in-
uisibiliter mitti.

¶ Preter. Missio diuinę personæ est
quedā pcessio, vt dictū est. Sed alia
est pcessio filij alia spiritus sancti.
Ergo & alia missio, si vterq; mittit.
Et sic aliter earū superflueret,
cū vna sit sufficiēs ad sanctificādū
creaturā. Sed cōtra est quod. Sap. 9.
dicitur de di. sapientia. Mitte illam
de cælis sanctis tuis, & à sede ma-
gnitudinis tuę.

¶ Respondeo dicendum, quod per
gratiam gratum facientem tota tri-
nitas inhabitat mentem secundum
illud Ioan. 14. Ad eum veniemus,
& mansionem apud eum fa. Mit-
ti autem personam diuinam ad
aliquem per inuisibilem gratiā si-
gnificat nouū modū inhabitādi
illius personæ, & originem eius ab
alia. Vnde: cū tam filio quā spiritui
sancto cōueniat, & inhabitare per
gratiam, & ab alio esse, vtriq; con-
uenit inuisibiliter mitti. Patri autē
licet cōueniat inhabitare per gra-
tiam, nō tñ sibi cōuenit ab alio esse
& per consequens nec mitti.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod
licet omnia dona in quantum dona
sunt, attribuantur spiritui sancto,
quia habet rationem primi doni se-
cundū quod est amor, vt supra dictū
est, aliqua tamen dona secundum
proprias rationes attribuantur per
quā

quandam appropriationem filio,
scilicet illa quę pertinent ad intel-
lectum. Et secundum illa dona at-
tenditur missio filij. Vnde Augusti-
dicit. 4. de trinitat. quod tunc inuisi-
biliter filius cuique mittitur, eum
à quoque cognoscitur atque percipi-
tur.

¶ Ad secundum dicendum, quod ani-
ma per gratiam conformatur deo.
Vnde ad hoc quod aliqua persona di-
uina mittatur ad aliquem per gra-
tiam, oportet quod fiat assimilatio
illius ad diuinam personam quæ
mittitur per aliquod gratiæ donū.
Et quia Spiritus sanctus est amor
per donum charitatis anima Spi-
ritui sancto assimilatur. Vnde secun-
dum modum charitatis attenditur
missio spiritus sancti. Filius autem
est verbum, non qualecunque, sed
spirans amorem. Vnde Augustin:
dicit in. 9. libro de trinitat. Ver-
bum autem quod insinuare inten-
dimus cum amore notitia est.

Non igitur secundum quamlibet
perfectionem intellectus mittitur
filius, sed secundum talem institu-
tionem vel instructionem intelle-
ctus, quo prorumpat in effectum
amoris, vt dicitur Ioannis. 6. Om-
nis qui audiuit à patre & didicit,
venit ad me & in psalmis. In medi-
mea exardescet ignis. Et ideo signa-
ter dicit Augusti. quod filius mitti-
tur eum à quoquā cognoscitur at-
que percipitur. Perceptio autē ex-

perimentalem quandam notitiam
significat. Et hec proprie dicitur sa-
pientia quasi sapida scientia secun-
dum illud Ecclesi. 6. Sapientia do-
ctrinę secundum nomen eius est.
¶ Ad tertium dicendum, quod cū mis-
sio importet originē personę misse
& inhabitationem per gratiam (vt
supra dictum est) si loquamur de
missione quātum ad originem, sic
missio filij distinguitur à missione
spiritus sancti, sicut & generatio à
processione. Si autem quātum ad
effectum gratiæ, sic communicant
duę missiones in radice gratiæ, sed
distinguantur in effectibus gratiæ,
qui sunt illuminatio intellectus &
inflammatio affectus. Et sic mani-
festum est quod vna non potest esse si-
ne alia, quia neutra est sine gratia
gratum faciente, nec vna persona
separatur ab alia.

Commentarium.



Sanctus Thomas Cantuariensis
statuit affirmantē s. Thom.
conclusionē, quā que scriptura
probat in argu-
mento ad opposi-
tum, sapientię. 9.
Mittre illam de cę-
lis sanctis tuis &
à sede magnitudi-
nis tuę: vbi fer-

mo fit de sapientia dei, qui est filius. Mitti-
tur etiam (inquit) spiritus sanctus, vt pluri-
bus scripturę testimonijs demonstraui-
mus articulo. 2. & ratione itidem hoc probat de
vtrouque, quam nos sepe iterauimus, & for-
tassis non sine molestia lectoris: quia de ra-
tione

tionem missionis personæ diuinæ est; quod illa recens inhabitet in anima per gratiam, & ab alia originem ducat quorum vtrunq; tribuitur & filio & spiritui sancto. De patre verò asserit, quod esto per gratiam inhabitet animam, & datur nobis sicut filius & spiritus sanctus, iuxta illud Ioan. 14. ad eum venimus, & mansionem apud eum faciemus: non tamen mittitur propter rationem assignatam articulo præcedenti, utpote quod ab alio originem non ducat. Quæ docet ad 3. & 2. assertum explicata sunt à nobis art. 3. tribus annotationibus, quas iam ad finem commentarij collocauimus. At verò annotatione aduertere oportet quæ docet ad 3. utpote, quod missio importet originem personæ missæ, & in habitationem per gratiam, missiones filij & spiritus sancti sunt diuersæ origines & notiones: quoniam missio filij est generatio, & spiritus sancti, est spiratio: ad modum quo id explanauimus art. 1. & 2. Differunt etiam hæ missiones personarum in effectibus gratiæ: siquidem cum mittuntur illuminatur intellectus, & inflammatur affectus: & illuminatio intellectus tribuitur filio, inflammatio verò affectus spiritui sancto. At conueniunt (inquit) illæ missiones in ipsa gratia, velur in radice: nam am bæ diuinæ personæ inhabitant animam per gratiam.

Ad primum & secundum.

Ad tertium.

Corollarium.

Quo fit, ut nequeat inuisibiliter mitti altera persona filij & spiritus sancti sine alia, quæ do (ut diximus) de ratione missionis est, inhabitare animam per gratiam & per eandem gratiam ambæ inhabitant animam, & neutra ab alia separari potest.

Articulus sextus.

Verum missio inuisibilis fiat ad omnes qui sunt participes gratiæ.



D sextum sic proceditur. Videtur, quod missio inuisibilis non fiat ad omnes, qui sunt participes gratiæ. Patres enim

veteris testamenti gratiæ participes fuerunt: Sed ad illos non videtur fuisse facta missio inuisibilis.

Dicitur enim Ioan. 7. Nondum erat spiritus datus, quia nondum erat Iesus glorificatus: Ergo missio inuisibilis non fit ad omnes qui sunt participes gratiæ.

Præterea, profectus in virtute non est nisi per gratiam. Sed missio inuisibilis non videtur attendi secundum profectum virtutis, quia profectus virtutis videtur esse continuus (cum charitas semper aut proficiat aut deficiat.) Et sic missio esset continua. Ergo missio inuisibilis non fit ad omnes participes gratiæ.

Præterea, Christus & beati plenissime habent gratiam. Sed ad eos non videtur fieri missio: Quia missio fit ad aliquid distans. Christus autem secundum, quod homo & omnes beati perfecte sunt vniti Deo. Non ergo ad omnes participes gratiæ fit missio inuisibilis.

Præterea, Sacramenta nouæ legis continent gratiam nec tamen ad ea dicitur fieri missio inuisibilis. Non ergo ad omnia quæ habent gratiam fit missio inuisibilis.

Sed contra est quod secundum Augustinum missio inuisibilis fit ad sanctificandum creaturam. Omnis autem creatura habens gratiam facti-

ficatur. Ergo ad omnem creaturam huiusmodi fit missio inuisibilis.

Respondeo dicendum, quod (sicut supra dictum est) missio de sui ratione importat quod ille qui mittitur vel incipiat esse vbi prius non fuit (sicut accidit in rebus creatis) vel incipiat esse vbi prius fuit, sed quodam modo nouo, secundum quod missio attribuitur diuinis personis. Sic ergo in eo ad quem fit missio oportet duo considerare, scilicet inhabitationem gratiæ, & inuouationem quandam per gratiam. Ad omnes ergo fit missio inuisibilis, in quibus hæc duo inueniuntur.

Ad primum ergo dicendum, quod missio inuisibilis est facta ad patres veteris testamenti. Vnde dicit Augusti. 4. de Trinitat. quod secundum quod filius mittitur inuisibiliter, fit in hominibus, aut cum hominibus. Hoc autem antea factum est in patribus & prophetis. Cum ergo dicitur nondum erat datus spiritus: intelligimus de illa datione cum signo visibili quæ facta est in die Pentecostes.

Ad secundum dicendum, quod etiam secundum profectum virtutis, aut augmentum gratiæ fit missio inuisibilis. Vnde Augusti. dicit. 4. de Trinit. Quod tunc cuique mittitur filius, cum à quoquam cognoscitur atque percipitur, quan-

tum cognosci & percipi potest per captum, vel proficientis animæ in Deum, vel perfecte animæ rationalis in Deo. Sed tamē secundum illud augmentum gratiæ, præcipue missio inuisibilis attenditur, quando aliquis proficit in aliquem nouum actum, vel nouum statum gratiæ: ut puta cum aliquis proficit in gratiā miraculorum, aut prophetiæ: vel in hoc quod ex feruore caritatis exponit se martyrio: aut abrenuntiat his quæ possidet: aut quodcumque opus arduum aggreditur.

Ad tertium dicendum, quod ad beatos est facta missio inuisibilis in ipso principio beatitudinis. Post modum autē ad eos fit missio inuisibilis, non secundum intensiōnem gratiæ, sed secundum quod aliqua mysteria eis reuelatur de nouo. Quod est vsque ad diem iudicij. Quod quidem augmentum attenditur secundum extēsiōnem gratiæ ad plura se extendentis. Ad Christum autem fuit facta inuisibilis missio in principio sue conceptionis, non autem postea: cum à principio suæ conceptionis fuerit plenus omnij sapientia & gratia.

Ad quartum dicendum, quod gratia est in sacramentis nouæ legis instrumentaliter, sicut forma artificati est in instrumentis artis secundum quendam discursum ab agente in patiens. Missio autem non fit nisi respectu termini. Vn-

de missio diuinæ personæ non fit ad sacramenta, sed ad eos qui per sacramenta gratiam suscipiunt.

Commentarium.



Espondet sanctus Th. quod fit missio inuisibilis diuinæ personæ ad omnes in quibus est gratia, & per gratiam nouo modo incipit esse in illis, quo modo antea non erat: videlicet, vel

cum illi recens gratiam recipiunt, vel cum eorum gratia augetur. Quod sanè probat in argumento ad oppositum, ex August. 15. de trinit. capite ultimo, & etiam probat in corpore articuli: quia de ratione missionis diuinæ personæ est (vt saepe diximus) quod illa inhabitet animam per gratiam: & nouo modo fit in ea, quo antea non erat. ¶ Verum ad maiorem huius declarationem animaduerit sanctus Thomas ad secundum, quod d

Probat in Augustino 15. de trinit. capite ultimo, & etiam probat in corpore articuli.

Observatio

esto per omne gratia augmentum fiat missio inuisibilis diuinæ personæ, ad eum in quo augetur: verum præcipue fit missio inuisibilis diuinæ personæ, ad illum per augmentum gratiæ: dum per ipsam gratiam, & feruorem caritatis, & reliqua superna dona aggreditur aliquod opus arduum & perfectum. Sicut cum exponit se martyrio, aut exiit se his quæ possidet & ingreditur religionem, aut incipit nouum gratiæ statum, recipiendo aliquam spiritus sancti gratiæ gratis datam: vti virtutem faciendi miracula, aut prophetandi. ¶ Nimirum ex præsentis doctrina diui Tho. colligitur, quod ad sanctissimam Christi animam fuit facta missio inuisibilis diuinæ personæ in temporis puncto, cum filius Dei fuit conceptus in utero sacratissimæ virginis, sed non postea: quia fuit plena omni sapientia & gratia iuxta illud Ioan. 1. plenum gratiæ & veritatis. Et post pauca, de plenitudine eius nos oēs accepimus & gratiam pro gratia. Quod quidem illatum docet sanctus Th. ad tertium & inibi etiam asseuerat, quod ad beatos postquam fruuntur Deo, non fit missio inuisibilis diuinæ personæ per augmentum gratiæ, quia eorum gratia sicut & beatitudo essentialis non augetur: sed dicitur quod ad eos fit missio inuisibilis, secun-

Consuetudine

dum quod recens aliqua mysteria eis reculantur. ¶ In responsione præterea ad primum, Ad primum docet quod missio inuisibilis diuinæ personæ facta est ad patres veteris testamenti, per collationem aut augmentum gratiæ: neque huic assertioni aduersari testimonium Ioan. cap. 7. cum ait, nondum erat spiritus sanctus datus, quia nondum erat Iesus glorificatus: nam testimonium hoc intelligendum venit de datione spiritus sancti cum signo visibili, qualis facta est in die pentecostes. ¶ Et tandem ad ultimum docet, quod missio inuisibilis diuinæ personæ non fit ad sacramenta, sed ad eos qui per sacramenta recipiunt gratiam.

Articulus septimus.

Verum spiritui sancto conueniat visibiliter mitti.



D septimū sic proceditur. Videtur quod spiritui sancto non conueniat visibiliter mitti. Filius enim secundum quod visibiliter missus est in mundum dicitur esse minor patre. Sed nunquid legitur spiritus sanctus minor patre. Ergo spiritui sancto non conuenit visibiliter mitti.

¶ Præterea. Missio visibilis attenditur secundum aliquam creaturam visibilem assumptam, sicut missio filij secundum carnem. Sed spiritus sanctus non assumpsit aliquam creaturam visibilem. Unde non potest dici quod in aliquibus creaturis visibilibus sit alio modo quam in aliis, nisi forte sicut in signo: sicut est etiam in sacramentis & in omnibus figuris

ris legalibus. Non ergo spiritus sanctus visibiliter mittitur, vel oportet dicere quod secundum omnia huiusmodi eius missio visibilis attenditur.

¶ Præterea. Quelibet creatura visibilis est effectus demonstrans totam trinitatem. Non ergo per illas creaturas visibiles magis mittitur spiritus sanctus quam alia persona.

¶ Præterea. Filius visibiliter est missus secundum dignissimam visibilem creaturam, scilicet secundum naturam humanam. Si igitur spiritus sanctus visibiliter mittitur, debuit mitti secundum aliquas creaturas rationales.

¶ Præterea. Quæ visibiliter fiunt diuinitus dispensantur per ministerium angelorum, vt Augustinus dicit. 3. de trinit. Si ergo aliquæ species visibiles apparuerunt, hoc factum fuit per angelos. Et sic ipsi angelimituntur, & non spiritus sanctus.

¶ Præterea. Si spiritus sanctus visibiliter mittatur, hoc non est nisi ad manifestandum inuisibilem missionem quia inuisibilia per visibilia manifestantur. Ergo ad quem missio inuisibilis facta non fuit, nec missio visibilis fieri debuit & ad omnes ad quos fit missio inuisibilis, siue in nouo siue veteri testamento, missio visibilis fieri debet. Quod patet esse falsum. Non ergo spiritus sanctus visibiliter mittitur.

¶ Sed contra est quod dicitur Mat. 3.

quod spiritus sanctus descendit super dominum baptizatum in specie columbe.

¶ Respondeo dicendum, quod deus prouidet omnibus secundum vniuersi cuiusque modum. Est autem modus contraturalis hominis, vt per visibilia ad inuisibilia manducatur (vt ex supra dictis patet.) Et ideo inuisibilia Dei oportuit homini per visibilia manifestari. Sicut igitur seipsum Deus & processiones æternas personarum per creaturas visibiles, secundum aliquam indicia hominibus quodammodo demonstrauit, ita conueniens fuit, vt etiam inuisibiles missiones diuinitatum personarum secundum aliquas visibiles creaturas manifestarentur. Aliter tamen filius & spiritus sanctus. Nam spiritui sancto in quantum procedit vt amor, competit esse sanctificationis donum, filio autem in quantum est spiritus sancti principium competit esse sanctificationis huius author. Et ideo filius visibiliter missus est tanquam sanctificationis author. sed spiritus sanctus tanquam sanctificationis indicium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod filius creaturam visibilem, in qua apparuit in unitatem personæ assumpsit: sic vt quod de illa creatura dicitur, de filio Dei dici possit. Et sic ratione naturæ assumptæ

Ecce 5 filius

filius dicitur minor patre. Sed spiritus sanctus non assumpsit creaturam visibilem, in qua apparuerit in unitate persone, vt quod illi conuenit de illo prædicetur: Vnde nõ potest dici minor patre propter visibilem creaturam.

¶ Ad secundum dicendum, quod missio visibilis spiritus sancti non attenditur secundum visionem imaginariam, quæ est visio prophetica: quia vt Augustinus dicit. 2. de Trivisione prophetica non est exhibitæ corporeis oculis per formas corporeas sed in spiritu per spirituales corporum imagines. Columbam vero illam & ignem oculis viderunt quicumque viderunt. Neque iterum sic se habuit spiritus sanctus ad huiusmodi species, sicut filius ad petram, quia dicitur petra erat Christus. Illa enim petra iam erat in creatura, & per actionis modum nuncupata est nomine Christi, quæ significabat. Sed illa columba & ignis ad hæc tantum significanda repente existerunt. Sed videntur esse similia flamme illi quæ in rubo apparuit Moysi & illi columbe quam populus in eremo sequebatur, & fulgoribus ac tonitruis, quæ fiebat cum lex daretur in monte. Ad hoc enim rerum illarum corporalis existit species, vt aliquid significaret atque prædicet. Sic igitur apparet, quod missio visibilis neque attenditur secundum visiones pro-

pheticas, quæ fuerunt imaginariæ & nõ corporales, neque secundum signa sacramentalia veteris & noui testamenti, in quibus quedam res præ existentes assumuntur ad aliquid significandum. Sed spiritus sanctus visibiliter dicitur esse missus, in quantum fuit monstratus in quibusdam creaturis, sicut in signis ad hoc specialiter factis.

¶ Ad tertium dicendum, quod licet illas creaturas visibiles tota trinitas operata sit, tamé factæ sunt ad demonstrandum specialiter hæc vel illam personam. Sicut enim diuersis nominibus significatur pater & filius & spiritus sanctus, ita etiã diuersis rebus significari potuerunt, quãuis inter eos nulla sit separatio aut diuersitas.

¶ Ad quartum dicendum, quod personam filij declarari oportuit vt sanctificationis authorem vt dictum est. Et ideo oportuit quod missio visibilis filij fieret secundum naturam rationalem, cuius est agere, & cui potest competere sanctificari. Indicium autem sanctificationis esse potuit quacumque alia creatura. Neque oportuit quod creatura visibilis ad hoc formata esset assumpta à spiritu sancto in unitate personæ, cum non assumeretur ad aliquid agendum, sed ad indicandum tantum. Et propter hoc etiam nõ oportuit quod duraret: nisi quandiu perageret officium suum.

¶ Ad

¶ Ad quintum dicendum, quod illæ creature visibiles formatæ sunt ministerio angelorum non tamen ad significandum personam angeli, sed ad significandum personam spiritus sancti. Quia igitur spiritus sanctus erat in illis creaturis visibilibus sicut signatum in signo, propter hoc secundum eas spiritus sanctus visibiliter mitti dicitur & nõ angelus.

¶ Ad sextum dicendum, quod non est de necessitate inuisibilis missionis vt semper manifestetur per aliquod signum visibile exterius, sed sicut dicitur primæ Cor. 12. manifestatio spiritus datur alicui ad utilitatem, scilicet ecclesiæ. Quæ quidem utilitas est, vt per inuisibilium signa fides confirmetur & propagetur. Quod quidem principaliter factum est per Christum & per apostolos, secundum illud. Hebr. 2. Cum initium accepisset enarrari per dominum ab eis qui audierunt, in nos confirmata est. Et ideo specialiter debuit fieri missio visibilis spiritus sancti ad Christum, & ad apostolos, & ad aliquos primitiuos sanctos, in quibus quodammodo ecclesia fundabatur: ita tamen quod visibilis missio facta ad Christum demonstraret missionem inuisibilem, non tunc, sed in principio suæ conceptionis ad eum factam. Facta autem est missio visibilis ad Christum in ba-

ptissimo quidem sub specie columbe, quod est animal fecundum, ad ostendendum in Christo auctoritatem donandi gratiam per spiritualem regenerationem (vnde vox patris intonuit. Hic est filius meus dilectus,) vt ad similitudinem vnigeniti alij regenerarentur. In transfiguratione vero sub specie nubis lucidæ ad ostendendam exuberantiã doctrinæ. Vnde dictum est: Ipsum audite. Ad apostolos autem sub specie flatus, ad ostendendum potestatem ministerij in dispensatione sacramentorum. Vnde dictum est eis. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Sed sub linguis igneis ad ostendendum officium doctrinæ. Vnde dicitur quod ceperunt loqui varijs linguis.

¶ Ad patres autem veteris testamenti missio visibilis spiritus sancti fieri non debuit, quia prius debuit perfici missio visibilis filij quam spiritus sancti, cum spiritus sanctus manifestet filium, sicut filius patrem. Fuerunt autem factæ visibiles apparitiones diuinarum personarum patribus veteris testamenti. Quæ quidem missiones visibiles dici non possunt, quia non fuerunt factæ (secundum Augustinum) ad designandum inhabitationem diuinæ personæ per gratiam, sed ad aliquid aliud manifestandum.

Ec 6 Com-

Commentarium.



Commentarium tres habet partes: in prima nimirum explicatur litera corporis articuli: in secunda autem litera argumentorum: in tertia verò disputatur dubium quoddam huic loco germanum.

Prima commentarii pars.



A signaturò cur interrogat sit eius Th. de spiritu sancto.

1. Annosatio.

2. Annosatio.

3. Annosatio.

Visibiliter sanè & inuisibiliter, visibilis & inuisibilis, scholasticorum verba sunt. In presenti disputatione interrogat nimirum sanctus Th. de spiritu sancto solum, & non de patre: quonia de ipso iam determinatum est, eum non posse mitti: nec de filio per cõtaur an visibiliter missus fuerit, quia de eo manifestum est missum fuisse in carne visibiliter iuxta illud Ioan. 1. Verbum caro factum est. Sed tamen plus respondet quam interroget, quia respondet de vtroque visibiliter missum fuisse, & spiritu sanctum & filium. Nepe quo articuli litera percipiamus, præmittendum quidè est duplicè esse personam diuinam missionem: alteram inuisibilem, & est missio que non fit cum aliquo signo visibili, vt cum alicui datur gratia per cõtritionem: altera verò visibilis, quæ facta est cum aliquo signo visibili, quod manifestabat missionem diuinam personam: sicut in die pentecostes manifestata est missio spiritus sancti ad apostolos per linguas igneas, quæ apparuerunt super capita eorum: vt legitur Acto. 2. Et adde, quod cum gratia datur per sacramenta, quæ sunt visibilia signa gratiæ, & significat gratiam: dicitur etiam spiritus sanctus inuisibiliter mitti: quia non semper gratia datur per sacramenta, et sic ea quod ad se, sunt signa efficaciam gratiæ: ac subinde missionis spiritus sancti, quæ fit per infusionem gratiæ. At verò cum apparuerunt signa illa in primitiua ecclesia, certò dara fuit gratia illis super quos apparebant. Et annotationis huius alia assignat rationem S. Th. ad. 2. fortassis præstantiorem lege eam. Adde in super, quod missio visibilis diuinæ personæ tria importat, primum processionem illius personæ ab alia: vt dictum est. Sape secundum, quod ea persona quæ mittitur, inhabitet animam per gratiam & sanctificationem, vt etiam declaratum est: tertium, quod illa gratia & sanctificatione manifestetur aliquo signo, quod sensu

percipitur. Quo fit, vt in sensu cõposito nequeat esse aliqua diuinæ personæ missio, simul visibilis & inuisibilis: quia visibilis est que fit cum signo visibili, inuisibilis sine eo: esto ea que visibilis est, si non adesset illud signum visibile, fuisset aliam inuisibilis. Sed obserua, quod missio que visibilis est, si consideret sine signo quod eam manifestat, inuisibilis dici potest: quia neque visu, neque aliquo alio sensu percipi possit. Et huiusmodi missionem hæc ratione consideratam, inuisibilem appellat S. Th. 1. corpore articuli dicere cõueniens fuit, vt etiam inuisibiles missiones diuinarum personarum, secundum aliquas visibiles creaturas manifestaret. His sic constitutis, S. Th. virtute nimirum respondet questioni tribus assertionibus: quartum prior sit. Spiritus sanctus cõuenit visibiliter mitti. Hæc est iuxta fidem catholicam affirmata, nam spiritus sanctus descendit supra christum seruatore nostrum in specie columbæ, cum baptizaretur à Ioanne: vt constat Matth. 3. Marc. 1. Luc. 3. & Ioan. 1. Secundum verò assertio sit. Non solum cõueniens fuit spiritum sanctum mitti visibiliter, sed etiam filium in carne visibili: verbum caro factum est Ioan. loco allegato. Que quidè assertio irridet esse secundum fidem catholicam tenenda: verum S. Th. vt sui moris est, probat istam assertionem, seu potius declarat, huiusmodi ratione. Naturale est homini spiritalia per sensilia cognoscere, vt dictum est quæst. 12. art. 12. quia omnis nostra cognitio ortu habet à sensu: ergo diuina que neque videri, neque sensu percipi possunt, per res sensibiles & sensui subiectas nobis manifestari debet. Et patet quod collectio: quoniam deus prouidet omnibus rebus secundum vniuersumque modum naturam, & cõditionem: igitur inuisibiles missiones diuinarum personarum, per aliquam signa sensibilia manifestari hominibus habet: sicut etiam ipse deus, & processionem æternam diuinarum personarum per creaturas aliquo modo manifestatur: & in eis vestigiis trinitatis quoque modo reperitur: quemadmodum inferius ostenditur quæst. 45. art. 7. & etiam declaratum est quæst. 27. cõueniens ergo est, filium & spiritum sanctum visibiliter mitti sub aliquibus signis sensibilibus, vt per eas personarum missiones inuisibiles nobis manifestentur. Tertia demum assertio sit. Maximum planè discrimen est inter missionem filii & spiritus sancti: nam quia filius est spiritus sancti principium, missus est ad sanctificationem nos tanquam principium, & autor ipsius sanctificationis, & gratia: quantum tenus nobis eam meruit: gratificauit enim

Corollarium

1. Assertio.

2. Assertio.

Probatio

3. Assertio.

nos in dilecto filio suo, ad Ephes. 1. & Ioan. 1. gratia & veritas per Iesum Christum facta est. At verò spiritus sanctus missus fuit in aliquo signo visibili, ad ostendendam & indicandam illam sanctificationem, & velut eius signum & indicium, quonia procedit à patre & filio vt donum: Quemadmodum ostensum est quæst. 38. Donum autem signum amoris est.

Secunda commentarii pars.

In responsione ad primum.



A signaturò cur interrogat sit eius Th. de spiritu sancto.

Augustinus.

In responsione ad se.

1. Discretio.

In responsione ad primum, reddit rationem cur de spiritu sancto non legitur esse minorem patre, de filio verò id legitur. Ioan. 14. Pater maior me est: cum vterque fuerit missus visibiliter, & in aliquo signo visibili. Et respondet id in causa quidem esse, quia filius Dei assumptus creaturam visibilem in qua apparuit, (humanitatem videlicet) in unitate suppositi, ita vt ratione hypostatice vnionis id quod de humanitate dicitur, de filio Dei dicatur: quoniam ratione illius vnionis hypostatice, fit idiomatum & prædicatum communicatio: sic quod prædicatur vtriusque naturæ de altera enuntietur in cõcreto, vt Deus est homo, & homo est deus: vt licebit legere. 3. parte quæst. 16. art. 4. At verò spiritus sanctus non assumptus aliquam creaturam visibilem in qua apparuit, in unitate suppositi: vt non assumptus columbæ ita vt fieret spiritus sanctus columbæ. Et propterea filius dicitur minor patre, in quantum homo scilicet, & secundum humanitatem: spiritus sanctus verò minimè. Mutuatus est nimirum spiritus sanctus Th. rationem hanc ab Aug. 2. de trinit. cap. 6. in principio, cuius verba sic habet. Ideo autem nunquam scriptum est, quod deus pater maior sit spiritu sancto, vel spiritus sanctus minor deo patre, quia non sic est assumpta creatura in qua apparet spiritus sanctus, sicut assumptus est filius hominis, in qua forma ipsius verbi Dei persona presentaretur. & reliqua. In responsione ad 2. constituit planè discrimina, quorum primum statuit inter visiones propheticas, & res visibiles in quibus spiritus sanctus apparuit: secundum inter has & sacramenta veteris tunc nouæ legis. Dicit itaque S. Th. edocet ab Augustino supra lib. 2. cap. 6. quod videlicet creaturæ in quibus spiritus sanctus apparuit, ut ignis,

columba, & reliquæ, fuerunt exhibitæ oculis corporeis, & sensibus subiectæ, necnon extra animam existentes visæ sunt, & sensibus perceptæ atque cognitæ, velut ille ignis qui apparuit Moysi in rubo Exod. 3. & sicut tonitrua ac micantia fulgura quæ apparuerunt populo Israelitico, cum eis Deus ferret legem vt habetur Exod. 19. At verò res quæ apparuerunt prophetis in prophetica visionem, non fuerunt sensibus perceptæ: sed solum in spiritu visæ. Verba autem Augustini loco citato sunt. Visio prophetica non est exhibitæ oculis corporeis per formas corporeas, sed in spiritu per spirituales corporum imagines: columbam verò illam & ignem, oculis viderunt quicunque viderunt. hæc Augustinus. Dicit etiam, has res visibiles in quibus spiritus sanctus apparuit, à sacramentis veteris & nouæ legis quæ etiam significant gratiam, ac subinde inuisibile missionem spiritus sancti, valde inter se discriminari: nam ista assumuntur, ad significandam gratiam, ex rebus iam creatis, & præexistens: vt petra assumpta fuit, ad significandum Christum: petra autem erat Christus, 1. ad Corinth. 10. Sed illa fuerunt recens & peculiariter creatæ, ad significandum missionem spiritus sancti. Ad tertium itaque docet, quod licet tota trinitas operata fuerit omnem creaturam visibilem, quæ significabat missionem diuinam personam: verum potius quædam res visibilis in dicat missionem vnionis personæ, quam alterius: quia fuit peculiariter cõdita ad representandum vniam, & non alteram: nam sicut tres distinctæ personæ diuine diuersis significantur nominibus, ita congruit rebus diuersis eas representari. Hanc rursus doctrinam petuit diuus Thomas ab Augustino libro 2. de trinit. cap. 10. & 4. de trinit. capite ultimo. Ad quartum verò, præterea (inquit) quod decebat diuinam sapientiam, vt missio filii Dei ostenderetur per dignissimam creaturam sensibilibus, quæ est humanitas: quoniam mittebatur vt autor sanctificationis, quemadmodum dictum est in corpore articuli: & planè naturæ humanæ vtrunque tribui potest, & agere & sanctificari: reliquæ verò creaturæ corporatæ neque agunt, sed potius aguntur: neque sanctificari possunt. At verò missio spiritus sancti potuit indicari per quamlibet creaturam sensibilem: quia vti eodem corpore articuli diximus, spiritus sanctus missus est solum vt sanctificationis indicium: & quamlibet res sensibilibus potest eam indicare.

Augustinus.

1. Discretio.

In responsione ad tertium.

Augustinus.

In responsione ad quartum.

1. *Illatum.* Ex qua annotatione colligit sanctus Th. duo: primum, quod non decebat rem sub qua apparuit spiritus sanctus, assumi in unitate suppositi: quia non assumebatur ad aliquid agendum, sed ad significandum: quod quidem minus exacte exerceri poterat per quilibet visibilem creaturam, sine assumptione in unitatem suppositi. Colligit secundo, quod non oportebat rem sub qua apparuit spiritus sanctus, durare ac permanere, nisi quoadiu perageret officium suum: quia Deus & natura nihil faciunt frustra. Arist. 1. caeli rex. 32. & huiusmodi creatura solum fuit condita ad illum finem, ut pote ad significandum missionem spiritus sancti: quam obrem post sui muneris functionem, illico redacta est in praeriacentem materiam ex qua fuerat formata. Et tadem ne te molestia officium optime lector pluribus allegationibus; legere tibi licebit Augusti. locis citatis. 2. de trinit. a cap. 7. vsque ad finem, & 4. de trinit. a cap. 19. etiam ad finem vsq;: nam ferme omnia quae docet sanctus Thom. in tota praesenti quaestione, ab illo assumptis in locis.

2. *Illatum.* non oportebat rem sub qua apparuit spiritus sanctus, durare ac permanere, nisi quoadiu perageret officium suum: quia Deus & natura nihil faciunt frustra. Arist. 1. caeli rex. 32. & huiusmodi creatura solum fuit condita ad illum finem, ut pote ad significandum missionem spiritus sancti: quam obrem post sui muneris functionem, illico redacta est in praeriacentem materiam ex qua fuerat formata. Et tadem ne te molestia officium optime lector pluribus allegationibus; legere tibi licebit Augusti. locis citatis. 2. de trinit. a cap. 7. vsque ad finem, & 4. de trinit. a cap. 19. etiam ad finem vsq;: nam ferme omnia quae docet sanctus Thom. in tota praesenti quaestione, ab illo assumptis in locis.

Augustinus. Augusti. locis citatis. 2. de trinit. a cap. 7. vsque ad finem, & 4. de trinit. a cap. 19. etiam ad finem vsq;: nam ferme omnia quae docet sanctus Thom. in tota praesenti quaestione, ab illo assumptis in locis.

In responsione ad 5. Rursus denuo in responsione ad quintum affirmat, quod illa creatura visibiles sub quibus missus fuit spiritus sanctus, fuerunt formatae a tota trinitate ministerio angelorum: ut docet Augusti. 3. de trinit. cap. 3. 10. Verum non significabant angelos, neq; angelorum missionem, sed spiritum sanctum: quia ad indicandum eius missionem tantum conditae sunt, ita ut in illis creaturis esset spiritus sanctus sicut signatum in signo. In responsione ad sextum expendere oportet sancti Th. doctrinam, quam in eadem responsione adducit. Pro cuius explanatione, dubitamus, signa illa sub quibus spiritus sanctus apparuit, quid nam significarent ultra significationem qua indicat missionem spiritus sancti: si quidem ut placet sanctis & doctoribus, alias diuersas significaciones habebat. Cui sane rei intelligendae, necessum est nonnulla praemittere ex eodem diuo Th. hic & in. 1. dist. 16. quaest. 1. In initio annotare oportet, spiritum sanctum fuisse missum sub quadruplici signo: hoc est, sub specie columbae ad Christum, ut constat locis allegatis: & sub specie nubis lucidae eundem, ut legitur Matth. 17. & sub specie itidem flatus ad apostolos, ut habetur Ioan. 20. & tandem sub specie linguarum ignis ad eosdem, ut liquet Act. 2. Obseruare iterum necessum est, signa quae apparebant supra Christum ser-

uatoris nostrum, non significare missionem spiritus sancti quae tunc fieret, sed quae facta fuerit ad ipsum in principio suae conceptionis: verum signa quae super alios apparebant, ostendebant missionem spiritus sancti, quae tunc fiebat. Tertio tandem aduertendum est, non esse de necessitate inuisibilis missionis, ut semper manifestetur per aliquod visibile signum: oportuit tamen ipsam spiritus sancti missionem super Christum, & apostolos, aliosque sanctorum primores signis ostendi, & manifestari: quoniam manifestatio spiritus sancti per signa fit ad utilitatem ecclesiae, ut docet Paulus ad Corinth. 12. ut videlicet per ea fides confirmetur & propagetur. Quod potissimum factum est per Christum & apostolos, iuxta illud ad Hebr. 2. quae scilicet salus cum initium accepisset enarrari per dominum, ab eis qui audierunt in nos confirmata est, &c. His igitur praebatis, respondeamus oportet ad dubium propositum. videlicet, quid signa sub quibus spiritus sanctus apparuit significarent. Sane circa significationem eorum, sancti & doctores scholastici in. 1. dist. 16. varie loquuntur, diuersas accommodantes significaciones illis signis: nos vero eas accommodabimus quae magis congruae sunt, & quas sanctus Th. assignat in praesenti & in. 1. distinct. allegata. Columba ergo quae descendit super Christum seruatore nostrum, dum baptizaretur a Ioanne, significabat in eo plenitudinem gratiae: Ioan. 1. plenum gratiae: ac subinde significabat plenitudinem virtutis spiritualis, quae est ipsamet gratia Christi cum caeteris donis, ad regenerandos plures filios in vita spirituali, per baptismum & spiritualem regenerationem: unde vox patris intonuit: hic est filius meus dilectus, ut ad similitudinem vnigeniti alij regenerentur. Et ratio sane est, quia columba est animal foecundum: foecundum autem idem pollet quod fertile, & est res apta nata plures producere effectus: atque ad eo foecundum, & ex eo sequenti coluiba ut foecunda, significat duo: videlicet plenitudinem virtutis producenti, intra rem ipsam: & extra, filiorum copia & multitudinem. Ad apostolos praeterea fuit missus spiritus sanctus sub specie flatus Ioan. 20. ut conferret eis potestatem & auctoritatem remittendi peccata: habetur enim ibi, haec cum dixisset insufflauit, & dicit eis, accipite spiritum sanctum, quorum remittitis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis,

nueritis, retenta sunt. & nempe sub specie flatus contulit eis illam potestatem, ut ostenderetur eam a se non habere, sed a Christo seruatore nostro: sicuti flatus non est ab illo in quem mittitur & fertur flatus, & circa quem quis flat: apostoli nanque istam auctoritatem acceperunt ab ipso Christo, & ipse quae homo erat a patre aeterno: quod nimirum significabatur per volatum columbae desuper venientis, ut docet sanctus Th. in. 1. vbi supra distinct. 16. quaest. 1. artic. 3. Misus rursus fuit spiritus sanctus ad Christum sub specie nubis lucidae, quae quidem nubes lucida (ut dicit sanctus Th. 1. sentent. loco proximè allegato) significabat redundantiam gratiae ex ipso in alios, per modum doctrinae docendo homines, & in ipsos veritatis lumen infundendo: & propterea dictum est, a patre aeterno ipsum audite. significabat (inquam) illa nubes lucida redundantiam doctrinae ex ipso in alios: quia nubes lucida abundantiam lucis maximam in se habet propter radiorum reflexionem: iuxta illud Iob. 37. nubes spargunt lumen suum. Demum fuit missus spiritus sanctus in apostolos sub specie linguarum ignis, quae quidem significabant donum linguarum, quod datum fuit apostolis ad praedicandum euangelium per totum orbem: Marci ultimo, euntes in mundum vniuersum, praedicate euangelium omni creaturae. Datus item apostolis fuit spiritus sanctus sub specie ignis: ad significandum feruorem caritatis, quem habituri erant erga omnes homines procurantes eorum salutem spiritualem. In fine autem animaduertit sanctus Th. & assignat rationem, cur ad patres veteris testamenti non debuit fieri missio visibilis spiritus sancti: & ratio (inquit) est, quia prius debuit perfici missio visibilis filij, quae spiritus sancti: si quidem spiritus sanctus manifestat filium, sicut etiam filius patrem, nam omne productum potissimum vniuocum cum producente praesentat suum producentem, quatenus ei simile. Ait tamen, quod ad patres veteris testamenti fuerunt factae visibiles apparitiones diuinarum personarum, non quidem ad significandum aduentum diuinae personae per gratiam: sed ad aliud quod aliud ostendendum.

Significatio nubis lucidae.

Significatio linguarum ignis.

Reddit sanctus Th. rationem, cur ad patres veteris testamenti non debuit fieri missio visibilis spiritus sancti.

Significatio flatus.



Arca articulum istum Dubium non abs re dubitare possumus, an signa illa sub quibus spiritus sanctus apparuit, fuerint verae res, aut tantum confictae ad significandum: an videlicet columba fuerit verum animal, de specie coluiba: aut solum coluiba figura. In praesenti quippe dubietate quaedam profecto certa sunt, alia vero con- trouersa. Pro certis sane tenendum est, si in praesenti quod omnia illa signa fuerunt res existentes extra animam, & non solum in imaginatione: quemadmodum propheticarum visiones, uti superius dictum est. Item etiam res indubitata & ab omnibus concessa est, quod flatus fuit verus Christi seruatoris nostri flatus: ut claret ex verbis pridem allegatis, haec cum dixisset, insufflauit. Certum praeterea est, linguas illas quae apparuerunt super capita apostolorum, non fuisse veras linguas ex carne constantes: fuisse enim monstra: neque illae fuerunt verus ignis, alioqui enim combussissent apostolorum capita, si non fuissent impeditae per miraculum: non sunt autem multiplicanda miracula sine necessitate. Fulcet denuo hoc ipsum ex verbis Act. 2. vbi legitur, & apparuerunt illis dispersitae linguae, tanquam ignis: vbi Lucas videtur verbo significante similitudinem, hoc est, tanquam: ut innueret non esse verum ignem, sed similitudinem ignis. De nube denique asserendum itidem est, eam fuisse veram nubem ex humoribus, vel aere, vel ex alia materia conflata: quod, sine dubio corroborare possumus ex verbis Matth. 17. vbi de illa nube sermonem facit euangelista, ut de nube vera: ecce (inquit) nubes lucida obumbravit eos. Porro quod in dubium reuocatur inter doctores, hoc vtiq; est: an coluiba illa fuerit verum animal: & non solum est distinctio & cotatio inter diuersos doctores de hac re: sed etiam apud eundem. d. Th. apparet cotradictio in eius assertionibus: nam 3. parte quaest. 39. ar. 7. tutatur parte affirmante putam illam columbam fuisse verum animal: & corroborat sententiam ex verbis Augusti in li. de agone Christ. cap. 22. sed tamen loco saepe a nobis alleg. l. 1. sentent. dist. 16. quaest. 1. ar. 3. ad 3. non.

Quid per se habendum sit in praesenti dubio.

Quod sub iudice est distinctio de sputatione referuntur.

Pars affirmans defenditur a 5. Thom. 3. p. Augusti.

Tertia commentarij pars.

Pars nega oppositum sustinet: dicendum (inquit) q̄
defenditur columba illa non fuit verum & naturale a-
a S. Thome nimal, sed tantum similitudo columbe, hęc
sententia ille. Quibus verbis luce meridiana clarius
 affirmat contrarium eius, quod in .3. parte
Responso asseruerat. Admirari certe non desinam
quidā Tho quendam Thomistarum, qui ita conatur
mistarum interpretari hęc verba, vt asserat in eis san-
 ctum Thomam non dicere oppositum il-
 lius, quod in .3. parte docuit: sed mordicus
 tenet, ipsum sanctum Thomam in vtroque lo-
 co tum .3. parte, tum etiam ibi in .1. idē prorsus
 sensisse: quod scilicet illa columba fuit
 verum animal. Sed quam rationi dissonum
 hoc sit, cuiuscunque re vera notissimum est.
Sententia Nobis tamen videtur parum referre istā
antis. vel illam sententiam tueri, cum sanē vtraq̄
 pars sine aliquo fidei discrimine defendi
 valeat. In partem tamen negantem cum san-
 cto Tho. in .1. plus declinamus, quam etiam
 probabiliorem existimat Calet. in .3. part.
 loco citato: & ratio quæ absq; dubio apud
 me magnum habet pondus est, quia omnes
 euangelistæ in locis paulō superius citatis
 loquuntur de columba. non vt de vera col-
 umba, sed vt de similitudine & figura eius
 dem, vtentes ad uerbis similitudinem colū-
 bę significantibus: Mattheus namq; & Lu-
 cas dicunt, sicut columba; Marcus inquit;
 tanquam columba; Ioannes autem ait, quā
 sit columba. Iterū, quoniam colūba fuit à
 Deo condita solū vt significaret missionē
 spiritus sancti, & ad huius muneris functio-
 nem non necessaria erat vera natura colum-
 bę, sed sufficiebat sola illius similitudo.
1. Ratio. ¶ Denuo, quia ex cōsensu omnīū, ignis qui
 apparuit super capita apostolorum nō fuit
 verus ignis, sed similitudo eius: quoniam Lu-
 cas actor. verbis illis quæ recensimus, v-
 ritur ad uerbis, tanquam, similitudinem i-
 gnis significante: at omnes euangelistę sicut
 demonstratum est, vtuntur ad uerbis simi-
 litudinem columbę referentibus: igitur nō
 fuit vera columba. ¶ Obijciat aliquis, spiri-
 tus sanctus apparuit in specie columbę nō
 veræ sed fictitię & commentitię, ergo dece-
 piebat Ioannem, & reliquos qui aderāt exi-
 stimātes eā esse veram colūbam: quod neu-
 tiquam à theologo asserendū est. ¶ Ad hęc,
 filius apparuit in vera humanitate, ergo spi-
 ritus sanctus debuit apparere in vera colū-
 bā. ¶ Ad primam obiectionem breui respō-
 demus negando collectionem: nam solū
 fuit condita illa figura columbę ad repræ-

sentandum missionem spiritus sancti, & in
 illa repræsentatione nulla proculdubio fuit
 fallacia aut deceptio: & si illa ratio alicuius
 momenti fuisset, probaret vtique etiam spi-
 ritum sanctum decepsisse homines, cum ap-
 paruerunt super apostolorum capita non
 vere linguæ, sed similitudo linguarum: ne-
 que verus ignis, sed eius similitudo. ¶ Secū-
 da tandem obiectioni paucis satisfacimus
 negando consequentiam: quando filius dei
 verē factus est homo, humanitatem in vni-
 tatem suppositi assumens. verbum caro fa-
 ctum est. Ioan. 1. sed spiritus sanctus non fa-
 ctus est columba, neque eam assumpsit in
 vnitatem suppositi. Item etiam, quia filius
 dei assumpsit humanam naturam ad operā
 dum, & vt per ei opera mereretur generis
 humani reparatōnem: sed spiritus sanctus
 vltus est columba, solū ad significandum.

Responso ad primā.

Articulus Octauus.

*Vtrum aliqua persona diuina solū mit-
 tatur ab ea, à qua procedit æter-
 naliter.*



Octauum sic pro-
 ceditur. Videtur q̄
 nulla persona diui-
 na mittatur nisi ab
 ea à qua procedit æ-
 ternaliter. Quia sicut dicit Augu.
 4. de trini. pater à nullo mittitur,
 quia à nullo est. Si ergo aliqua per-
 sona diuina mittitur ab alia, oportet
 quod sit ab illa.
 ¶ Præterea, Mittens habet autorita-
 tem respectu missi, sed respectu di-
 uinę personę nō potest haberi au-
 toritas nisi secundum originem.
 Ergo oportet quod diuina perso-
 na quę mittitur sit à persona mit-
 tente.

¶ Præterea.

¶ Præter. Si persona diuina potest
 mitti ab eo à quo non est, nihil pro-
 hibebit dicere q̄ Spiritus Sanctus
 detur ab homine, quanuis non sit
 ab eo. Quod est contra Augustinū
 .3. de tri. Ergo diuina persona non
 mittitur nisi ab ea à qua est.
 ¶ Sed contra est q̄ filius mittitur à
 spiritu sancto secundum illud Isa.
 48. Nunc misit me Dominus deus
 & spiritus eius. Filius autem nō est
 à spiritu sancto. Ergo persona diui-
 na mittitur ab ea à qua non est.
 ¶ Respondeo dicendū, q̄ circa hoc
 inueniuntur aliqui diuersi modo lo-
 cuti esse. Secundum quosdam enim
 persona diuina nō mittitur, nisi ab
 eo à quo est æternaliter. Et secundū
 hoc cum dicitur filius Dei missus
 à spiritu sancto referēdum est hoc
 ad humanam naturam secundum
 quā missus est ad prædicandum à
 spiritu sancto. Augustinus autē di-
 cit. 2. de tri. q̄ filius mittitur & à se
 & à spiritu sancto, & etiam spiritus
 sanctus mittitur & à se & à filio, vt
 sic mitti in diuinis non conueniat
 cuilibet personę, sed solū personę
 ab alio existenti, mittere autem cō-
 uenit cuilibet personę. Vtrunq; au-
 tem habet aliquo modo veritatē.
 Quia cum dicitur aliqua persona
 mitti designatur & ipsa persona ab
 alio existēs, & effectus visibilis aut
 inuisibilis, secundum quem missio
 diuinę personę attenditur. Si igitur
 mittens designetur vt princi-

pium personę quæ mittitur, sic nō
 quelibet persona mittit, sed solū
 illa cui conuenit esse principium il-
 lius personę. Et sic filius mittitur
 tantum à patre spiritus sanctus au-
 tem à patre & filio. Si verō persona
 mittens intelligatur esse principii
 effectus, secundum quem attendi-
 tur missio, sic tota trinitas mittit p-
 sonam missam. Non autem pro-
 pter hoc homo dat spiritum san-
 ctum quia nec effectum gratię po-
 test causare. Et per hoc patet solu-
 tio ad obiecta.

Commentarium.



N titulo questionis
 (ni fallor) mendum
 est. Diuus Thom. re-
 censet duas Theolo-
 gorū sentētiās, quo-
 rū aliqui tutati sunt
 partem affirmantē,
 alij verō negantē.
 Cæterū nos vt ex-
 plicemus sancti Thom. mentem, statuimus
 duas assertiones quarum prior sit. ¶ Ablo-
 lutē loquendo concedendum est, quod ali-
 qua persona mittitur ab ea, à qua non pro-
 ducitur: vt filius ab spiritu sancto, & à se: &
 spiritus sanctus à patre, & à filio, & à se. &
 hæc est aperta August. sententia. 2. de trini.
 cap. 5. & 15. de trinit. cap. 19. & probatur q̄
 filius missus fuerit ab spiritu sancto, Esaię
 enim. 48. in persona Christi legitur, Nunc
 misit me Dominus Deus; & spiritus eius.
 & idem habetur Esaię. 61. spiritus Domini
 super me, eod quod vnixerit dominus me: &
 ad annuntiandum mansuetis misit me, &
 ipse seruator noster Iesus, vt haberetur Lucę.
 4. exposuit ista verba prophetę de se ipso.
 ¶ Quo fit, vt esto de ratione missionis sit,
 quod persona quæ mittitur habeat princi-
 pium (quocirca pater nunquam legitur mis-
 sus, vt ostensum est ar. 4. huius questionis)
 Sed tamen de ratione missionis non est, q̄
 mittatur ab ea; à qua originem ducit. Sc-
 cūda autem assertio sit, per quam illas duas
 sententias

*Dua Theo-
 logorum se-
 tentia.*

*Assertio
 Augusti-
 nus.
 Probatio.*

Corolla.

*Asser-
 tio.*

sententias theologorum quodammodo in concordiam reducit sanctus Thom. ¶ De ratione aut integritate missionis diuinæ personæ est aliquis effectus visibilis aut inuisibilis, secundum quem persona dicitur mitti: ut affatim explicuimus in præcedentibus. Est in super de ratione diuinæ personæ que mittitur, quod habeat principium, ut diximus: quam obrem cum dicitur hæc persona mitti aliam, aut est mittens aliam, distinguenda indubiè est hæc propositio. Nam si verbum mitto, aut participium mittens, dicit principium personæ missæ: tantum redditur vera pro persona quæ est alteri principium: & hoc pacto nulla persona mittitur, nisi ab ea aqua originem ducit. Si verò illud verbum, aut illud participium non significat principium personæ missæ, sed principium effectus, secundum quem diuina persona mittitur: præfata propositio redditur vera pro quacunque persona trinitatis: quia quælibet est principium illius effectus. & in hoc significato utendo illo verbo, quælibet persona missa mittitur à se, & à quacunque alia. Et tandem summa sententiæ diuini Tho. est, quod cum mittere importet principium (nihil enim mittit nisi sit aliquo modo principium) si dicit illud verbum principium personæ missæ, nulla persona mittitur nisi ab ea à qua originem ducit: si verò significet principium effectus secundum quem sit missio, qualibet persona diuina missa mittitur à se, & à quacunque alia: ac subinde quælibet persona est mittens: licet non quælibet persona sit missa. & quod persona diuina mittatur à se ipsa, & ab ea à qua non producitur, Concilium Toletanum vnde decimum docet in assertioe fidei in principio: quod sic ait. Missus tamen filius non solum à patre, sed & à Spiritu sancto missus esse credendus est, in eo quod per prophetam dicitur: & nunc Dominus misit me, & Spiritus eius: à se ipso quoque missus accipitur. ¶ In calce articuli sanctus Thom. affirmat, quod homo Spiritum sanctum non dat. ob id nimirum dubitamus, an ecclesiæ ministri possint dare Spiritum sanctum. Partem negantem tuerentur Magister sententiarum distinctione. 14. primi, & cõmuniter Scholastici eo loco, quam etiã in præsentia affirmat sanctus Thom. & est aperta Augustini sententia. 15. libro de trinitate capite. 26. vbi ratione & scripturæ testimonijs fulcit & corroborat sententiam

hanc: Cuius verba libet subscribere. Neque (inquit) aliquis discipulorum eius (hoc est Christi) dedit Spiritum sanctum, orabant quippe ut veniret in eos, quibus manus imponebant: non ipsi eum dabant. Quem morem in suis præpositis etiam nunc seruat ecclesia. Denique & Simon Magus offerens Apostolis pecuniam, non ait: date mihi & hanc potestatem, ut dem Spiritum sanctum: sed cuiuscunque (inquit) imposuero manus, accipiat Spiritum sanctum: quia neque scriptura superius dixerat, videns autem Simon quia Apostoli darent Spiritum sanctum: sed dixerat, videns autem Simon quia per impositionem manuum apostolorum, daretur Spiritus sanctus. hæc Augustinus. ¶ Verum in hanc sententiam argumentamur ex Paulo ad Galatas cap. 3. vbi de se loquens ait. Qui tribuit vobis spiritum, & operatur virtutes in vobis. Ergo apostoli dabant spiritum sanctum. ¶ Huic argumento responder Magister sententiarum vbi supra, & dicit Paulum affirmare se tribuisse spiritum sanctum, non eò quod haberet potestatem & autoritatem dandi spiritum sanctum, sed quia exequabatur misterium, in quo dabatur à Deo Spiritus sanctus. & hoc certè modo tribuunt ministri ecclesiæ Spiritum sanctum, ministrantes sacramenta in quibus datur Spiritus sanctus. Sed nõ dant spiritum sanctum ut dare importat autoritatem respectu eius quod datur uti dicit sanctus Thomas articulo. 4. ad. 1. ¶ At secundò opponimus. Ministri ecclesiæ per sacramenta conferunt gratiam, sed posita ipsa gratia, per eam inhabitat animam Spiritus sanctus: ergo dant spiritum sanctum. ¶ Insuper sacramenta sunt causa gratiæ, & dationis gratiæ, quia sunt causa quod Deus det gratiam: ergo eadem ratione sacramenta sunt causa dationis Spiritus sancti: quia sunt causa quod Deus det Spiritum sanctum: sed eo modo quo sacramenta sunt causa gratiæ, ministri eorum quatenus ea conferunt, sunt etiã causa gratiæ: ergo ministri sunt causa dationis Spiritus sancti: ac subinde dant Spiritum sanctum. ¶ Respondemus, in primis quod ministri ecclesiæ non dant Spiritum sanctum, si loquamur de datione visibili, de qua videtur duntaxat loqui Augustinus verbis citatis, neque habet potestatem dandi illum: siquidem non habent neque habuerunt potestatem dandi signum illud visibile, sub quo spiritus sanctus apparebat. ¶ Secundò respondemus negando secundò argumenti consequentiam, quoniam dare spiritum sanctum importat autoritatem, & dominium supra spum sanctum, & ferrè in simili defectu illius consequentiæ ostendimus: non enim bene colligitur, homo est dominus suæ actionis, aut habet dominium supra suam actionem: & posita actione, necessarid secundò ordinem naturæ ponitur dei concursus generalis: ergo est Dominus dei, aut dei concursus generalis, aut habet dominium supra Deum, aut concursus Dei generalem. Ad tertiam autem confirmationem respondere possumus, ita esse quod sacramenta & ministri ecclesiæ quatenus ministrant ea,

potestatem dandi signum illud visibile, sub quo spiritus sanctus apparebat. ¶ Secundò respondemus negando secundò argumenti consequentiam, quoniam dare spiritum sanctum importat autoritatem, & dominium supra spum sanctum, & ferrè in simili defectu illius consequentiæ ostendimus: non enim bene colligitur, homo est dominus suæ actionis, aut habet dominium supra suam actionem: & posita actione, necessarid secundò ordinem naturæ ponitur dei concursus generalis: ergo est Dominus dei, aut dei concursus generalis, aut habet dominium supra Deum, aut concursus Dei generalem. Ad tertiam autem confirmationem respondere possumus, ita esse quod sacramenta & ministri ecclesiæ quatenus ministrant ea,

sunt causa moralis dationis Spiritus sancti, id est causa quod Deus det Spiritum sanctum: sed cum postremò colligis, ergo dant spiritum sanctum: negamus planè consequentiam: quia uti proximè diximus, dare spiritum sanctum importat autoritatem respectu Spiritus sancti. ¶ Hactenus de abditissimo trinitatis arcano: Christo seruatori nostro maxime referantur gratiæ, quod contulerit nobis auxilium, ut huic difficillimo omniã tractatui finè imponeremus: faxit Deus, ut reliqua in diuini Thomam commentaria absoluaemus in honorem & gloriam eiusdem Iesu Christi, qui cum patre & Spiritu sancto regnat in secula seculorum. Amen.

Finis laus deo.

Summa sententia diuini Tho.

Concilium Toletanum vnde decimum

Dubium.

August.

1. Argumentum.

Responsio ad argumentum.

2. Argumentum.

Cõfirmatur.

Responsio ad 2.



COMPLVTI.

Excudebat Andreas de Angulo.

1567.

